9
P 53
VIII 12.100
2074. szám
III.)

KRASSÓ VÁRMEGYE

TÖRTÉNETE.

IRTA

PESTY FRIGYES.

HARMADIK KÖTET.

(OKLEVÉLTÁR.)

BIBLIOTECA CENTRALĂ REGIONALĂ
TIMIȘOARA
Nr. de inv.

KIADJA

KRASSÓ-SZÖRÉNY VÁRMEGYE KÖZÖNSÉGE.

LUGOSI FOGYM.
1895
TANÁRI KÖNYVTÁR.

36349

BUDAPEST.
AZ ATHENAEUM R. TÁRS. KÖNYVNYOMDÁJA.
1882.

312.424

9(498.5).0"
91(498.5)

Istoria judeților Cerc.

LŐCSI FŐGIM. TANÁRI KÖNYVTÁR

OKLEVELEK.

1.

1230. napi kelet nélkül.

II. András király, a fia Béla által teljhatalmúlag tett intézkedéseket az elidegenített földek visszaszerzésére, nevezetesen Ugrin esztergomi érsek testvére Miklósra vonatkozólag, Csanád, Temes, Zaránd, Arad, Krassó (Woyla falu), Fehér és Sopron megyében, jóváhagyja.

(Fejér Cod. diplom. III. 2. köt. 205. 206. l. Hazai Okm. VI. 25. l.)

2.

1247. junius 2-án.

IV. Béla király a Woyla nevü krassói várföldet, mely a Duna mellett Zemilen közelében fekszik, a jánosvitézeknek adományozza.

(Fejér IV. 1. köt. 452. lap.)

3.

1266. napi kelet nélkül.

István, ifjabb magyar király, Parabuch comesnek a Kuke nevü krassói várföldet, némely temesi várföldekkel együtt adományozza.

(Fejér IV. 3. köt. 342. l. Katona VI. 466. l. Bárány Á. Temes vm. Emléke és Torontál v. hajdana).

4.

1270. . . . . .

V. István király, a szentágostai remetéket, kiknek a Berzawa folyón egy malmot ajándékoz, a Comes de Mezö-Somlyó hatósága alól kiveszi.

(Knauz: Monumenta Ecclesiae Strigoniensis I. 583. lap.)

BIBLIOTECA CENTRALĂ REGIONALĂ TIMIȘOARA Nr. de inv.

5.

1277. napi kelet nélkül.

IV. László király Lőrinczneк, Lőrincz vajda fiának, a Somlyó megyében fekvő Woya és Keresszeg falukat adományozza.

(Gr. Dessewffy Oklevéltár 79. lap.)

6.

1285. napi kelet nélkül. *)

Capitulum ecclesie Chenadiensis, vniuersis christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie litterarum volumus peruenire. Quod Egidius filius Germen, presente cognato suo Nÿcolao filio Sena ac Jacobo filio Gregorÿ, qui presencialiter astitit pro se, et patre suo, necnon pro Nycolao fratre patris sui, commetaneis et vicinis suis, coram nobis personaliter astando retulit, medietatem terre sue hereditarie iuxta fluuium Karasu iacentem, usque Syreug aparte orientalis (így). Zeploc nuncupate, genero suo Philippo filio Jacobi, dedisse, contulisse, statuisse, atque donasse, cum omnibus vtilitatibus et pertinencÿs suis, sicut idem Egidius a terra Nycolai separando possedit et possidet, pacifice possidendam, volentibus et permittentibus cognatis, et commetaneis, ac vicinis prenotatis. Cuius terre alia medietas, que in porcionem ipsius Nycolai cesserat, vendidit medietatem porcionis sue magistro Symoni filio Simun, nullo contradictore existente. Nos autem ad instantiam et peticionem utriusque partis, ad confirmacionem dicte donacionis presentes concessimus litteras sigilli nostri caractere communitas. Datum Anno Domini M° CCC° LXXX° Quinto. Andrea preposito, Augustino preposito sancti Saluatoris, Petro Cantore, Symone Archidiacono de Karasu, Nycolao Archidiacono vltra morisenо, Gregorio Custode, Johanne et Sebastiano canonicis existentibus.

(Eredetije hártyán gr. Toldalagi Victor levéltárában Koronkán, M.-Vásárhely mellett. — Veres selyemzsinóron függő kerek pecsétje elkopott, azért alakja és körirata kivehetetlen.)

*) A szövegben hibásan 1385 év.

7.

1319. márczius 11-én.

Nos magister Symon Comes de Kraso damus pro memoria. quod Bach Kenezius vna cum Iwan filio Suo. ad nostram accedens presenciam. dixit nobis protestando, quod paulus dictus Oloz. quandam villam suam Egrus nominatam potencialiter ad alium locum in eadem terra, nomine sue possessionis transtulisset et fecisset residere. sed quia nobis ipsius rei ueritas non constitit, hominem nostrum scilicet Comitem Blasium vna cum Laurencio homine discreti viri magistri Johannis prepositi albensis ecclesie domini Regis vicecancellarÿ ad sciendam de premissis ueritatem transmisimus qui demum ad nos vtrique retulerunt quod inissent et sciuissent omnia premissa modo et ordine prehabito per dictum paulum. fuisse irrogata. et idem Baach. prohibuisset eum ab omni vsu ipsius terre antedicti. Datum feria Sexta proxima ante dominicam oculi mei. anno domini M° CCC° decimo nono.

(Eredetije hártyán a Kállay-család levéltárában. Hátán a pecsét nyomával.)

Közli az Anjoukori Okmánytár I. köt. 512. lap, de hibákkal. Ugyan e forrás 516. lapján előfordul a fenebbi Simon, Mihály fia, mint Somlyó és Krassó vármegye főispánja.

8.

1319. szeptember 1-én.

Nos Blasius vice magistri Symonis Comes de Kraso, Johannes et Nicolaus Comites Judices Nobilium de eodem, Damus promemoria quod Comes Johannes officialis magistri Galli de villa Humur dixit nobis protestando quod magister Gregorius sedecim capecias feni domini sui indebite in villam Sancti Georgy fecisset asportari, vnde homo noster scilicet Kylianus ad sciendam Reÿ veritatem per nos missus Reuersus nobis dixit quod vidisset ipsarum capeciarum loca esse vacua et sciuisset in villam sancti Georgy fore asportata, Datum Sabbato proximo aute festum natiuitatis virginis gloriose.

(*Kivül*: Protestatorie pro magistro Gallo contra magistrum Gregorium).

(Eredetije hártyás szeleten a gr. Forgách-család levéltárában; zárlatán pecséttel).

Jegyzet. Közli némi hibákkal Fejér IV. 3. köt. 560. l. Ex autographo archivi Széchényiensis.

9.

1322. augusztus 29-én.

Károly király hozzájárul Vejtechi Tivadar mester és fiainak adományához, melylyel ezek több Csanád és Temes megyei faluval együtt a Krassó megyei Dench birtokát Gál mesterre, a király jegyzőjére örök joggal ruházzák.

(Fejér VIII. 2. k. 339. l. és Bárány Ágoston Temes vármegye Emléke. Függelék 27. l.).

10.

1323. október 23-án.

(K)Arolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex, Princeps Salernitanus et honoris ac montis sancti angeli dominus. Omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris noticiam presencium habituris salutem in omnium Saluatore. Regie maiestatis glorie congruit et honori fidelia fidelium obsequia vbertatis gracia fecundare promptumque suorum animum prompciorem efficere retribucionis cum fauore. Proinde, ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod cum magister Paulus dictus maghor, Castellanus de Gymes fidelis noster, quasdam possessiones N o g h e r m e n et K y u s e r m e n vocatas in Comitatu de Karaso existentes pro meritorÿs suis obsequÿs, nostre maiestati inpensis, a nobis sibi dari et perpetuo conferi postulasset, nosque bonam Regni nostri consuetudinem diligenter imitantes in prouisione cuiquam fidelium nostrorum facienda, ex certa sciencia procedere cupientes, fidelibus nostris Capitulo ecclesie Chanadiensis vt ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quopresente, Paulus filius Dyonisy de genere Chanad, vel Domini-

cus filius Gotaal altero absente homo noster predictas possessiones, vicinis et commetaneis suis conuocatis, iuxta veras et antiquas metas reambulando, nouasque metas iuxta veteres erigendo, cum omnibus vtilitatibus earum statueret, dicto magistro Paulo perpetuo possidendas si non fuerit contradictum Contradictores autem si qui fierent contra eundem ad nostram citaret presenciam ad terminum competentem, tociusque facti seriem nobis fideliter rescriberent, litteris nostris dedissemus in mandatis, tandem ydem fideles nostri Capitulum ecclesie Chanadiensis predictum, nobis rescripserunt in hec verba. Excellentissimo domino suo Karolo dei graci illustri Regi Hungarie Capitulum ecclesie Chanadiensis. — Oraciones in domino debitas ac deuotas. Serenitas vestra nouerit, nos litteras maiestatis vestre recepisse in hec verba Karolus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo ecclesie chanadiensis Salutem et graciam. Noueritis, quod accedens ad nostram presenciam magister Paulus dictus maghor. Castellanus de Gymes dilectus nobis et fidelis quasdam possessiones n o g h e r m e e n et k y u s e r m e n vocatas in Comitatu de Karasou existentes pro suis fidelibus seruicys fideliumque seruiciorum meritis a nobis sibi dari et conferi perpetuo postulauit. verum quia de qualitate et quantitate ipsarum possessionum et vtrum nostre collacioni pertineat necne nobis veritas non constat, fidelitati vestre precipiendo mandamus. Quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, coram quo Paulus filius Dionisy de genere Chanad vel dominicus filius Gotal si alterum abesse contingat homo noster, accedendo ad faciem predictarum possessionum et conuocatis commetaneis, et vicinis earundem iuxta veteres metas et antiquas reambulando et vbi necesse fuerit, iuxta veteres nouas metas erigendo, statuat eidem magistro Paulo si non fuerit contradictum Contradictores si qui fuerint, contra eundem ad nostram presenciam ad terminum competentem legitime euocando. et posthec tocius facti seriem cum cursibus metarum in litteris vestris nobis fideliter rescribatis. Datum in visegarad feria sexta proxima post festum beati Laurencÿ martiris. anno domini M° CCC° XX^mo tercio. Nos igitur mandato vestre celsitudinis volentes obedire, vt tenemur, cum predicto Paulo homine vestro nostrum misimus

hominem videlicet magistrum Andream socium et concanonicum nostrum ad premissa exequenda. pro testimonio fidedignum, quiquidem homo vester postmodum cum eodem homine nostro ad nos reuersus nobis retulit, quod quinta feria proxima post Octauas assumpcionis virginis gloriose, ad faciem predictarum possessionum n o g h E r m e n et k y u s E r m e n vocatarum vna cum eodem homine nostro accessisset et easdem cum omnibus pertinencÿs suis, conuocatis commetaneis et vicinis earundem nemine prohibente prefato magistro Paulo, secundum mandatum vestre serenitatis iuxta metas infrascriptas coram eodem homine nostro statuisset. Quarum possessionum mete tales per vestrum hominem, et hominem nostrum esse dicuntur, in primo (lo)co super fossatam feuldhasad(ek) dictum versus meridiem sunt tres mete terree. deinde procedendo versus occidentem in quodam prato, est vnus trunkus pro meta signatus, Dehinc procedendo versus eandem partem, in vno loco sunt tres mete terree, post haas currit ipsa (difinicio) per singulas binas triplices et quadruplices ac per quintuplices et aliquin per sex metas terreas nouas et antiquas, vsque ad fluuium K o p o y o c h et transeundo ipsum fluuium peruenitur ad alium fluuium B o k a r a n d vocatum circa quem sunt tres antique mete, et ibi terminantur, que mete distigunt ipsas possessiones a terra K e r e z t e s vocata, et a villa G a l m a r. Item hec sunt mete sepe dictarum possessionum ex parte ville B o d u r f o l w a vocate, in primo loco circa quoddam fossatum sunt due mete terree. Dehinc itur versus orientem per fenetum ad duas arbores ylicis et ibi sub ipsis arboribus sunt due terree mete, Deinde eundo ad eandem partem, peruenitur ad vnam arborem ylicis et ibi subter arborem sunt due mete terree, preterea currit ipsa difinicio per siluam versus orientem, et donec ipsa Silua pertransitur sunt in duobus locis subter arbores ylicis singule terree et dum peruentum fuerit iuxta Siluam ad campum, sunt due mete subter arborem dehinc versus orientem sunt iterato due mete terree, et ibi terminantur. Item hec sunt mete que separant predictam possessionem E r m e n et pertinentes ad ipsam a possessione w o r o s d, prima iuxta fluuium B u k u r a n d sub magna arbore ylicis sunt due mete terree nouiter erecte, deinde eundo ad orientem et parum

declinando, ad meridiem sunt in quinque locis duplices mete terree. Hys decursis peruenitur ad vnum magnum dumum Tyweskerek vocatum sub quo dumo sunt due antique mete et due noue, et ibi terminantur. Data sabbato proximo ante festum natiuitatis virginis gloriose. anno domini Millesimo CCC^{o} vigesimo tercio. Nos itaque per veridicam relacionem et legitimam dicti Capituli Chanadiensis nostrorum fidelium, super prefatis possessionibus taliter informati et ex certa sciencia edocti, ipsiusque magistri Pauli fidelis nostri meritorÿs famulatibus et continuis, quorum exhibicione, idem nostrum Regium animum mitissime quietauit, et seipsum erga nostram maiestatem, regia remuneracione dignum effecit et graciosum, in memoriam nostram reuocatis, licet plura, sua fidelia seruicia a nostra celsitudine digne mererentur, tamen in aliqualem recompensacionem ipsius fidelium obsequiorum, predictas possessiones n o g h E r m e e n et k i u s E r m e n nominatas, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencys vniuersis, eidem magistro Paulo et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, dedimus donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras dupplicis Sigilli nostri noui et auttentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Endree Lectoris Quinqueeccleſiensis, aule nostre vicecancellarÿ dilecti et fidelis nostri. anno domini Millesimo CCC^{o} vigesimo tercio. Decimo kalendas nouembris Regni autem nostri anno similiter vigesimo tercio. Venerabilibus in christo patribus et dominis Bolezlao Strigoniensi et fratre Ladislao Colocensi auleque nostre Cancellario archiepiscopis, Johanne nitriensi, Bedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Syrmiensi, Ladislao quinqueeccleſiensi. Iwanka Waradiensi fratre Petro Boznensi, andrea transsiluano Herrico Wesprimiensi et Chanadino agriensi dominis Episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus magnificis viris Philippo palatino, Comite Scepusiensi et de Wywar. Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum, Comite Bachiensi. et Trinchiniensi. magistro Lamperto Judice Curie nostre Comite Chanadiensi, et Nitriensi, Thoma Woywoda transsiluano et Comite de Zonuk, Nicolao bano tocius

Sclauonie. Comite Soproniensi et de kamarun. Paulo bano de Machow. Comite Syrmiensi de wolkou et de Bodrug, dyonisio magistro dapiferorum nostrorum. Blasio magistro agasonum nostrorum. Nicolao Comite posoniensi. et alÿs quampluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

(Eredetije hártyán a magyar nemzeti Múzeumban. Kisfaludy levelek. A függő pecsét elveszett, átmetszései látszanak.)

11.

1335. október 6-án.

Nos Karolus dei gracia Rex Hungarie Sig(nificamus) quibus expedit presencium per tenorem vniuersis. Quod anno domini M°CCC°XXX^mo quinto. accedens ad nostram presenciam venerabilis in christo pater dominus frater Ladislaus eadem gracia Archyepiscopus Colocensis Aule nostre Cancellarius. Conpater noster Karissimus, proposuit coram nobis, et proposicione dilucida confessus extitit in hunc modum. Quod cum ipse exdestinacione mandati nostri causa huiusmodi tractatum de transitu et translacione Bogdan Woywode fily Mykula de terra sua in Hungariam, cuius translacio per maxime tunc inminebat, per plura tempora durauit, ut maturius digestus celebraretur et fieret habens necesse transire ad confinia illarum parcium et ibidem moram facere ex causa predicta, semel afesto omnium sanctorum, usque ad festum Epiphaniarum domini, Secundo deinceps usque ad festum Penthecosten, et tercio demum usque ad festum assumpcionis beate virginis ipsum residenciam facere, in partibus confinÿ Regni in seruicÿs nostris oportuisset, et eapropter maxima sumptuum et expensarum honera inire et facere necesse habuisset, quarum causa quasdam possessiones, videlicet, Jam, et Borzascenthgyurgy vocatas, cum pertinencys earum, possessiones videlicet, parui Nicolai dicti de Jank, fratris sui, quequia inpartibus et finibus illis extiterant, in exaccionibus victualium, et expensarum necessariarum aliquantulum aggrauauerat, verum quia per magistrum Thoukam de Ersumlya et Karasofw, Castellanum suum tamquam officialem et Judicem suum, ad hoc specialiter deputatum, super populos predicta-

rum possessionum, dicte exacciones sumptuum necessariorum fuerant facte et fiebant, Si fortassis idem Thouka, in tenendo et procurando, predictas possessiones, et exhigendo exacciones expensarum predictarum, aliquos rerum dampnis grauasset et affecisset, vel ablacione rerum excessisset et afflixisset, illa omnia suis et illis temporibus in predictis exaccionibus facta sibi relaxasset et condescendendo indulsisset. Ita quod sibi imputari a quoquam non deberet, sed contra omnes, tam ad presens, quam quocunque tempore in futurum querelantes, vel quescionem mouere uolentes, racione rerum exactorum, ipsum Thoukam reddidit omino (így) expeditum et quietum. Ita quod ullo unquam tempore infuturū̃m, aliqui vel aliquis de predictis possessionibus, uel alius pro eis eidem Thouce, racione rerum quarumcunque suo tempore exactarum valeant mouere aliqualem quescionem, nec coram quouis Judice possit in causam trahi, vel causari, pro cassis et irritis affatus extitit habendas, Si alique controuersie racione predictorum, contra ipsum Thoukam mouerentur, vt autem hec sua huiusmodi ordinacio et relaxacio, et confessionis sue emologacio, rata, firma, et accepta inposterum habeatur, et robor optineat perpetue firmitatis, nostra Regia auctoritate petens cum instancia autenticari concupiuit. Nos vero considerantes, quod predicta exacta, in nostris seruicÿs facta fuerant, annuimus ad supplicacionem ipsius domini archyepiscopi de gracia speciali, et ad expedicionem et quietem ipsius Thouce, literas nostras patentes concessimus eiusdem domini archyepiscopi instantibus peticionibus inclinati. Datum in Wyssegrad, in Octauis beati Mychaelis archangeli. Anno domini supradicto.

(Eredetije hártyán a budai kam. ltárban NRA. 1507. cs. 39. sz. Anspachi gyüjt. Hátán a királyi nagy pecsét nyomával fehér viaszban.)

12.

1342. napi kelet nélkül.

Nos Wilhelmus dei et apostolice sedis gracia sancti Martini Sacri montis Pannonie et Siffridus sancti Benedicti de Gron Monasteriorum et eiusdem sancti Benedicti, Ordinis abbates, Presidentes Prouinciales Capituli Anno domini

M° CCC° quadragesimo Secundo, in quindenis festi Penthecostes apud Cenobium sancti Andree apostoli in Wissegrad Wezprimiensis diocesis celebrati, Item Nicolaus Pechwaradiensis, Thomas Zuburiensis et Johannes de Colos Monasteriorum abbates, Quinqueeclesiensis et Strigoniensis diocesum eiusdem Capituli diffinitores, Item Benedictus Soxardiensis, Daniel predicti sancti Andree, ac Heinricus de Zebegin, necnon Michael de almad Monasteriorum abbates, Quinqueecclesiensis Wezprimien. ac Strigonien. diocesum predictarum vniuersis presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam presencium tenore volumus peruenire, Quod inprelibato Prouinciali pleno Capitulo religiosi viri frater Nicolaus prior Conuentualis et fratres Heinricus vlricus Johannes et Jacobus monachi memorati Cenobii sancti Benedicti de Gron personaliter constituti, expensas quas prelatus eorum dominus Siffridus abbas supradictus apud sedem apostolicam, et in Hungaria fecerat in recuperacione, seu restauracione Monasteriorum videlicet Mongerod. Clusmonstura, Bulch, Bissere et Beela Waciensis, Transsiluane, Chanadiensis ac Zagrabiensis diocesum fecerat, sibi ac eorum dicto Monasterio pecierunt resarciri, ac super indempnitate ipsi Monasterio per ipsum Prouinciale Capitulum causa iusticie prouideri. Nos vero attendentes eorundem peticionem iustam esse ac racioni consentaneam habito tractatu cum matura deliberacione concorditer cum toto Capitulo decreuimus vt quadringentos florenos auri debiti valoris et moneti predicta quinque Monasteria prefato beati Benedicti Monasterio de Gron reddere ac restituere teneantur, quamuis expensa facta in ipsa restauracione predictorum Monasteriorum in ampliorem se extendat pecunie quantitatem, Vt autem prelibata Monasteria modo faciliori ipsam solucionem perficere valeant, decreuimus ordinantes, quatenus Monasterium Mongerod sex florenos, Clusmonstura duodecim florenos, Bulch decem florenos, Bissere sex florenos, Bela siue Graab duodecim florenos in die festo beati Michaelis archangeli annis singulis donec predicta solucio integraliter complebitur sub pena dupli in sepedicto beati Benedicti Monasterio persoluere teneantur, litteras expeditorias eiusdem Conuentus super ipsis solucionibus recepturi,

In cuius rei corroboracionem presentes nostris Sigillis autenticis fecimus communiri.

(Eredetije ép hártyán a budai kamar. ltárban. Abbacia S. Benedicti juxta Gron, fasc. 24. No 23. Az oklevélről azelőtt 9 pecsét csüngött, melyből még 8 megmaradt majdnem teljes épségben.)

13.

1343. május 2-án.

Pósa, krassói főispán szolgája Péter, az aradi káptalan előtt tiltakozik, hogy Rajk fia Lukács, az Érsomlyó királyi várhoz tartozó, Steepkfolua, Lucaya, Bykesd, Harastowth, Brancfolua, Fekete izwar és Nevegteluk nevü helységeket bitorolja.

(Közli Pesty Frigyes: A szörényvármegyei hajdani oláh kerületek 51. lapján.)

14.

1343. november 25-én.

Nos Petrus filius Lorandi vice Comes de Karasow, et Judices nobilium de eodem, Damus pro memoria Quod Benedictus filius Pauli fily Heym personaliter ad nostram accedens presenciam conquestus est per hunc modum, quod iobagionem suum nomine Mykola, Ladizlaus filius Galli literati non suis culpis exigentibus captiuasset, et captum in suum preiudicium et grauamen in sua detineret captiuitate, et cum nos per peticionem eiusdem Benedicti Nycolaum filium Kilyani hominem nostrum adhoc vestrum predictum hominem captiuasset (így) destinassemus, demum idem homo noster ad nos reuersus dixit vt abomnibus hominibus aquibus decuit pro veritate resciuisset, quod idem ladislaus in captiuitate predicti hominis culpabilis esset et quod proprio suo motu idem Ladislaus captiuari fecisset hominem predictum, cuius tercia septimana preteriisset, Datum iuxta ecclesiam beati Stephani regis feria quinta proxima ante festum beati Andree apostoli Anno domini M.CCC.XL^{mo} tercio.

(*Kivül:* Pro Benedicto filio Pauli filÿ Hym, contra Ladislaum filium Galli literati Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán és hátán a pecsét nyomával.)

15.

1343. deczember 18-án.

Nos Petrus filius Lorandi vice Comes de Karasow et Judices nobilium de eodem, Damus pro memoria Quod Emericus officialis Benedicti fily Pauli in persona sui domini personaliter ad nostram accedens presenciam protestatus est per hunc modum, quod in festo beati Nycolai confessoris proxime preterito, Bracan Kenezius de Sosd cum Gregorio et finta suis filÿs, Centum porcos minus sex porcis iobagionum sui domini de Remete abstulisset, et Subulcum earum porcorum manibus cum amico ligatum abduxisset, et cum nos Johannem filium Chepani hominem nostrum per peticionem predicti Emerici ad inquisicionem duxissemus destinandum, demum Idem homo noster ad nos reuersus dixit, vt ab omnibus hominibus aquibus decuit pro veritate resciuisset (quod dictus) Bracan cum suis filÿs in ablacione predictarum porcorum culpabilis esset, et quod predictus Subulcus inde saltum fecisset, de quibus porcis idem Bracan quindecim porcos elegisset, et retinuisset, licet ceteri porci inde effugissent. Datum iuxta ecclesiam beati Stephani Regis feria quinta proxima ante festum beati Thome apostoli Anno domini M° CCC° XL° tercio.

(*Kivül:* Pro Benedicto filio Pauli fily Heym contra Bracan Kenezium de Sosd et suos filios Inquisicio super ablacione porcorum.)

(Eredetije szakadozott papiron a magy. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán pecsét nyomával. Folyószám 672.)

16.

1344. márczius 11-én.

Nos Petrus filius Lorandi vice Comes de Karasov, et Judices nobilium de eodem, Damus pro memoria Quod Emericus officialis Benedicti fily Pauli personaliter ad nostram accedens presenciam conquestus est per hunc modum, quod feria quinta proxima ante diem medÿ quadragesime (azaz márczius 4-én), Michaelem iobagionem sui domini de Remete, venientem de Hom, Mychael paruus seruiens Bedre Dobrota Kenezius Lucach filius Myrsa, peruenientes in campo ligatum

percollum introduxissent, ad villam eiusdem Bedre nomine Bodugazunfolua vnam marcam denariorum, gladium, pharetram et arcum, tunicam cum clamide grauis dorneti, videntibus cunctis in foro prouinciali conuenientibus, ab eodem abstulissent, in eundem per noctem et diem in Cypo ligatum tenuissent et punissent, et cum nos per peticionem eiusdem Emerici, ad inquisicionem faciendam magistrum Stephanum filium Bodov, hominem nostrum adhoc duxissemus destinandum, demum idem homo noster ad nos reuersus dixit, vt ab omnibus hominibus, aquibus decuit pro veritate resciuisset, quod ydem Mÿchael paruus Dobrota et Lucach in supradicto nocumento et facto culpabiles et nocentes essent, Datum iuxta ecclesiam beati Stephani Regis feria quinta proxima post predictum diem medÿ quadragesime. Anno domini M° CCC° XL^mo quarto.

(*Kívül:* Pro Benedicto filio Pauly fily Heym contra Mychaelem officialem Dobrota et Lucach Kenezÿos magistri Bedre, super ablacione rerum captivitate Mychaelis sui iobagionis de Remete Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán 3 pecsét nyoma. Folyószám 674.)

17.

1346. június 14-én.

Excellentissimo domino suo Lodouico dei gracia illustri Regi Hungarie Capitulum ecclesie Chanadiensis oraciones in domino debitas et deuotas Litteras nobilis et (magnifici) viri Comitis Pauli Judicis curie vestre celsitudinis noueritis nos recepisse in hec verba: Viris discretis et honestis Capitulo ecclesie Chanadyensis Amicis suis reuerendis Comes paulus Judex Curie domini Lodouici dei gracia Regis Hungarie parate (amicicie . . . . . .) discrecionis vestre amicicia quod cum nos vigesimo secundo die residencie exercitus Regi versus partes cruacie (így) moti et ad quindenas festi Epiphaniarum domini proclamate in sede nostra Judiciaria sedissemus et causales processus quorumlibet litigancium in statera equitatis (. . . . . de Gerebench) ad nostram accedens presenciam nobis tres litteras unam scilicet vestram et duas Capituli ecclesie Tytuliensis omnino ream-

bulatorias et recaptiuatorias et nostras quamplures infrascripte cause prorogacionem continentes ac Judiciales in diuersis annis et terminis . . . . . habebatur, quod cum ipse Johannes filius Luka receptis Stephano filio Pauli, homine Regio et Stephano sacerdote chorÿ ecclesie vestre, per . . . . . litteras domini karoli olim Regis Hungarie illustris recordacionis ad citaciones prohibiciones metarum erecciones (et possessionum . . . . . beati Mychaelis archangely) anno domini M^mo CCC^mo XL^io primo preteritas eidem magistro Johanni tunc in Curia Regia in seruicio Regio residente (datis . . . . . misse) feria tercia proxima post quindenas festi beati Mychaelis Archangely anno in predicto preteritum ad faciem eiusdem possessionis . . . . . accessissent et eam vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis reambulari, et nullo alio penitus contradictore (existente . . . . . .) eosdem regium et vestros homines sibi statui facere voluissent Johannes Rufus et Emericus filius eiusdem, huic statucioni . . . . . Rufum et Emericum filium suum eodem die et in facie eiusdem possessionis contra ipsum magistrum Johannem filium Luka ad regie celsitudinis presenciam . . . . . quindenas festi beati Michaelis confessoris anno in predicto preteritas eisdem pro termino conparendi assignando. Et cum ipsa causa . . . . . purificacionis beate virginis anno domini M^mo CCC^mo XL^io secundo preteritas quibusdam prorogacionum cautelis Juxta continenciam litterarum nostrarum . . . . . extitisset Demum ipsis octauis festi purificacionis beate virginis aduenientibus, idem magister Johannes filius (Luka . . . . . .) Rufum et Emericum filium suum in figura nostri Judicy exhibuisset litteras Reambulatorias vestras predictas formam proposicionis sue taliter continentes vt cum homo regius presente testimonio vestro feria Tercia proxima post festum beati Mychaelis Archangely proxime . . . . . hereditario Jure ad possessionem suam G e r e b e n c h vocatam vt asseruisset attinentem statuere voluisset ydem Johannes Rufus et Emericus huic statucioni contra dixissent Cuius contradiccionis racionem scire vellet ab eisdem Quo audito idem Emericus. . . . . .

procuratorys litteris vestris astando se et eundem Johannem super facto predicte possessionis Zeules efficacia Instrumenta habere asserens ad earum exhibicionem ulteriorem terminum ipso dari postulasset Vnde nos commisissemus eo modo vt ipsi Johannes Rufus et Emericus . . . . . festi Penthecostes anno in prefixo preteritis coram nobis exhibere tenerentur, ad habendam discussionem in premissis iusticia mediante qui quidem Johannes Rufus et Emericus filius suus ad ipsas octauas festi Penthecostes ipsa eorum Instrumenta exhibituri, predicto magistro . . . . . diebus continuis expectante non venissent nec misissent, et sic In Judicÿs se opprimi permisissent sicut series litterarum nostrarum predictarum adhoc nos informabat. In alia autem littera recaptiuatoria dicti Capituli ecclesie Tytuliensis et n . . . . . istomodo quod in ipsius magistri Johannis fily Luka persona domino Regi dictum extitisset, vt predicta possessio Zewles eiusdem magistri Johannis in Comitatu de Crasso existens cum ad se pertinentibus, que per dictum Johannem Rufum de Halymba occupata detinentur recaptiuacione et metarum ereccionibus plurimum indigeret Quare idem dominus Rex eidem Capitulo Tytuliensi fidelibus suis scribens dedisset in mandatis vt ipsi eorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum quo presente Stephanus filius Pauli homo suus ad faciem dicte possessionis Zewles accedendo vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis et presentibus recaperet et reambularet eandem per veteres suas metas et antiquas nouas iuxta veteres vbi necesse fieret erigendo recaptiuatamque et reambulatam et ab aliorum possessionibus distinctam relinqueret eandem prefato magistro Johanni eo Jure, quo ad ipsum pertinere dinosceretur, perpetuo possidendam si non fieret contradictum contradictores vero si qui fierent contra ipsum ad suam regiam citaret presenciam ad terminum competentem et post hec diem et locum citacionis nomina citatorum et terminum assignatum ac seriem tocius facti cum cursibus metarum Regie sue excellencie fideliter rescriberet Capitulum Tytuliense prenotatum. Ipsum siquidem Capitulum in suis litteris Regie rescripserat maiestati in hunc modum quod ipsi preceptis Regie serenitatis fideliter obedire cupientes vt

tenerentur vnacum Stephano filio Pauli homine Regie excellencie predicto eorum misissent hominem videlicet petrum clericum chorÿ eorum pro testimonio fidedignum ad premissa exsequenda. Qui demum ad eos redeuntes ipsis concorditer retulissent quod idem homo sue excellencie . . . . . eorum, Sabbato . . . . festum beati Martini confessoris anno (domini) M° CCC° XL^io Tercio . . . . ad faciem dicte possessionis Zewles accedendo vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis recaptiuasset et reambulasset, eandem, Sed cum eandem idem homo Regius sub ipsius hominis eorum testimonio ipsi magistro Johanni filio Luka statuere voluisset predictus Johannes Rufus a statucione dicte possessionis Zewles eundem hominem Regium testimonio eorum predicto presente prohibuisset Vnde idem homo Regius in die predicti Sabbati sub eiusdem hominis eorum testimonio predictum Johannem Rufum in facie eiusdem possessionis Zewles contra eundem magistrum Johannem filium Luka ad Regie maiestatis presenciam (ci)tauisset octauas festi beati Andree apostoli anno in preannotato transactas eidem pro termino conparendi assignando, quiquidem Johannes Rufus ad easdem octauas beati Andree apostoli racionem contradiccionis se redditurus Nicolao Rufo filio Nicolai d e D e w e c h e r pro ipso magistro Johanne filio Luka cum procuratoribus (így) litteris Conuentus de yazo quindecim diebus continuis coram nobis expectante similiter non venisset neque misisset et sic se in Judicio innodari permisisset. In tercia autem littera similiter recaptiuatoria predicti capituli ecclesie Tytulyensis et nostris litteris predictis seriose conperimus contineri quod predicto domino nostro Regi in persona ipsius magistri Johannis fily Luka dictum fuisset, quod eadem possessio Zewles per iamdictum Johannem Rufum occupata reambulacione et metarum ereccione ac ab illorum (így) possessionibus separacione plurimum indigeret, Super quo eidem dominus Rex eidem Capitulo ecclesie Tytulyensis scribens precepisset, vt misso eorum fidedigno testimonio, cum Stephano filio Pauli homino suo ad eiusdem possessionis Zewles faciem accedendo vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis legitime conuocatis et presentibus reambulare ips . . . . . ueras suas metas et antiquas, nouas iuxta veteres ubi necesse

fieret erigendo, Reambulatamque et recaptiuatam ac ab aliorum possessionibus separatam et distinctam relinqueret ipsam eidem Johanni filio Luka eo Jure (quo ad) ipsum pertinere dinosscretur perpetuo possidendam si non fieret contradictum contradictores vero si qui fierent citaret contra eundem ad Regiam presenciam ad terminum conpetentem Et posthec seriem ipsius Reambulacionis cum cursibus metarum . . . . . nominibus contradictorum (et) termino assignato sue Regie maiestati fideliter Rescriberet Capitulum prenotatum Tytuliense Ipsum siquidem Capitulum Tytulyense Regie sublimitatis rescripserat in hunc modum, quod ipsi mandatis sue Regie maiestatis fideliter . . . . . tenerentur, vnacum Stephano filio Pauli homine Regio predicto eorum misissent hominem videlicet dominum Gregorium sacerdotem chory ecclesie . . . . . testimonio fidedignum ad premissa exercenda (így) Qui demum ad eos redientes ipsis concorditer retulerunt . . . . . eiusdem hominis eorum ad faciem eiusdem possessionis Zeules (így) accedendo vicinis et commetaneis suis vniuersis conuocatis . . . . . reambulassent et ipsam recaptiuassent per veras suas metas et antiquas, et cum idem homo (Regius) presente eodem testimonio . . . . . eandem possessionem predicto magistro Johanni filio Luka statuere voluisset idem Johannes Rufus, a statucione predicte possessionis Zewles eundem hominem Regium prohibuisset vnde predictus homo Regius sub eiusdem hominis eorum testimonio . . . . . prenominate possessionis Zewles in festo beati Blasÿ martiris contra eundem magistrum Johannem filium Luka ad p. . . . . Regie Serenitatis citauisset octauas diei Cinerum anno domini M° CCC° XL^io quarto preteritas . . . . . gnando quibus quidem octauis diei Cinerum aduenientibus Emerico filio ipsius Johannis Rufi, pro eodem Johanne patre suo . . . . . procuratorÿs litteris dicti Capituli Tytulyensis coram nobis astante, quia idem magister Johannes filius Luka . . . . . infacto eiusdem possessionis Instrumenta exhibere assumpsisse, et non exhibuisse, exhibicionibus litterarum nostrarum . . . . . nostri formam et seriem denotancium declararat; predictus Emericus filius et procurator ipsius Johannis . . . . . Instru-

menta sua tunc ad presens exhibere non posse allegarat sed dilacionis terminum ad eorundem exhibicionem absque effic . . . . . eidem Johanni per nos assignari postularat Ideo ad quindenas beati Georgÿ martiris in Anno domini M° CCC° XL^io quarto preteritas eo modo duximus prorogandam, ut predictus Johannes Rufus preallegata sua Instrumenta in eodem . . . . . cum Judicio trium marcarum ante litis ingressum, contra ipsum magistrum Johannem filium Luka deponendo exhibere in facto dicte possessionis teneretur coram nobis. Que quidem causa simul et Instrumentalis exhibicio ab ipsis quindenis beati Georgy martiris de parcium voluntate, ad quindenas beati Michaelis archangely Et ab hinc ad octauas festi beati Martini confessoris anno in iam dicto post se se transactas prorogata extiterat, sed quia predictus Emericus filius ipsius Johannis Rufi . . . . . eodem Johanne Rufo patre suo cum procuratorÿs litteris vestris conparendo Ipsa Instrumenta tunc ad presens eundem exhibere non posse allegarat Sed exhibicionem eorum absque euidenti racione prorogabat Ideo conmiseramus vt idem Johannes Rufus . . . . . sua Instrumenta in octauis beati Georgy martiris nunc proxime preteritis, cum altero Judicio trium marcarum ante litis ingressum deponendo contra ipsum magistrum Johannem filium Luka exhibere teneretur coram nobis nichilominus aliam partem Judicÿ trium marcarum quam idem Johannes Rufus parti aduerse ante litis ingressum in eodem termino soluere debens, non soluebat in octauis beati Georgÿ martiris predictis, similiter ante litis ingressum cum dupplo soluere teneatur coram nobis (Et) cum . . . . . simul et Instrumentalis exhibicio Judiciorumque predictorum solucio, ab ipsis octauis beati Georgÿ martiris ad predictum XX^um secundum diem residencie exercitus Regÿ Regio de mandato fuisset prorogata. Tandem idem Johannes Rufus . . . . . vigesi . . . . . residencie exercitus Regÿ preallegata sua Instrumenta iam vicibus trinis exhibere assumpta exhibiturus, et dicta Judicialia honera ante litis ingressum soluturus predicto magistro Johanne filio Luka decem et nouem diebus . . . . . personaliter (coram) nobis astante et expectante . . . . . sic et sic pro amissione termini in simplicy Judicio trium marcarum, pro negligencia (solucionis) dictorum

Judiciorum in dupplo eorundem permisit se agrauari Vnde quia predictus Johannes . . . . . magistrum Johannem filium Luka (trinis) recaptiuacionibus possessionis sue Zeules predicte semper sue statucioni contradictor extiterat et sua Instrumenta, in facto dicte possessionis Zewles se habere allegata, similiter vicibus trinis . . . . . presencia . . . . . assumpta nonquam (így) exhibebat sed plurimis terminorum obmissionibus factis dilacionisque cauciones per eum aquisitis, nunc in ultimo ad XX^um^ secundum diem residencie dicti exercitus Regÿ sepius dicta sua Instrumenta exhibiturus, et Judicia . . . . . ante litis ingressum soluturus non veniebat nec mittebat, et sic ipsam possessionem Zewles taciturnitatis in silencio minus Juste occupatam in preiudicium iuris ipsius magistri Johannis detinere videbatur. Ipse autem Johannes filius Luka . . . . . Zewles exhibicione litterarum vestrarum Inquisicionalium suam fore hereditariam manifeste conprobabat. Ideo licet ipse Johannes Rufus pro indebita occupacione et detencione ipsius possessionis Zeules maiori honore (így) debuerit (agr)auari misericorditer tamen agentes cum eodem ipsum in emenda estimacionis ipsius possessionis Zewles agrauari Judiciaria auctoritate committentis Ipsam possessionem Zewles ipsi magistro Johanni eo Jure quo sibi dinoscitur pertinere sine preiudicio Juris alieni perpetuo . . . . . iudicauimus possidere. Et quia habitis terminis possessionarÿs recaptiuacionibus, et totidem Instrumentorum exhibicionibus assumpcionibus factis contradiccione sue, contradiccionis racione reddere suaque Instrumenta exhibere nolente possessiones hominibus eas legitime requirentibus non obstante contradiccione quarumlibet statui debere de regni consuetudine (pristina) Ideo vestram amiciciam requirimus diligenter, per presentes quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Nicolaus dictus Og homo Regius de Curia Regia personaliter ad id transmissus in die medi XL^ie^ scilicet feria quinta (proxime affutura) ad faciem ipsius possessionis Zewles accedendo, conuocatis vicinis et commetaneis eiusdem nouis metis iuxta ueteres fuerit (erectis) statuat eam ab aliorum possessionarÿs Juribus distinctam . . . . . eo Jure quo sibi dinoscitur pertinere, sine preiudicio Juris alieni per-

petuo possidendam contradiccione quorumlibet eo quod in tam diutina (igy) ventilac . . . . . premissis trinis recaptiuacionibus eiusdem factis null . . . . . hÿ vero qui aliquid Juris se habere sperat in eadem facta statucione prosequan . . . . . Regni consuetudine exposscente Nichilominus (eandem possessionem) Zewles vniuersis suis vtilitatibus . . . . . gente et hÿs peractis ipsum Johannem Rufum in possessione sua H a l y m b a uocata super emenda estimacionis ipsius possessionis Zewles et Judicÿs . . . . . in se agregatis nobis et parti aduerse satisfacturum . . . . . assumpturum euocet ad octauas beati Georgÿ martiris proxime affuturas in presenciam Regie maiestatis Et posthec seriem omnium premissorum tocius (peracti) negocy processum ad dictas octauas beati Georgÿ martiris . . . . . rescribatis Datum In Wyssegrad vigesimo die termini prenotati, Anno domini M° CCC° XL sexto. Nos igitur peticionibus et mandatis eiusdem Comitis Pauli obtemperantes vt tenemur cum . . . . . misimus ex nobis magistrum Blasium socium et Concanonicum nostrum pro testimonio fidedignum ad premissa . . . . . Qui demum ad nos reuersi . . . . . retulerunt, quod in die medi quadragesime proxime preterito . . . . . possessionis Z e w l e s vocate accessissent, et eandem vicinis et commetaneis eiusdem legitime conuocatis et presentibus iuxta ueteres metas . . . . . reambulassent, et vbi necesse fore videbatur, iuxta veterem . . . . . Reambulatam et ab aliorum possessionibus distinctam contradiccione quorumlibet non obstante ipsi magistro J . . . . . (mete?) quo sibi dinoscuntur pertinere sine preiudicio Juris alieni statuissent perpetue possidendam . . . . . tunc etiam, quod dictam possessionem Z e w l e s vocatam visis qualitate vtilitate et quantitate eiusdem In quinquaginta marcis estimassent cursus autem metarum dicte possessionis habent ordinem . . . . . meridionali vbi stagnum H y g a n vocatum est posita super vnum longum monticulum vna meta terrea, ab (hinc tendit) versus septemtrionem . . . . duas antiquas metas vbi tercia est nova constructa D . . . . . vna noua meta est eleuata circa latus cujusdam vie, Deinde vadit ad vnam planam terram, et apud

viam . . . . . vna noua meta, Deinde currit versus eandem . . . . . duas antiquas metas est posita vna nova meta Deinde tendit ad vnam metam lapideam . . . . . est posita vna . . . . . ab hinc . . . . . Deinde diuertit se versus . . . . . antiquas metas (apud quas) vna noua meta est eleuata, postea currit ad duas metas positas in medio terre arabilis . . . . . duas antiquas metas jacen . . . . apud quas una noua meta . . . . . postea versus Jugera vadit ad . . . . am novam Demum currit ad vnam foueam in cuius latere . . . . duas antiquas metas confec . . . . . ab hinc vadit versus dictum stagnum I g a n ad vnam novam metam vbi determinantur mete dicte possessionis, Datum feria quarta proxima post octauas festi Penthecostes Incarnacionis domini prenotatis.

(Eredetije szűette, penésztől elmállott, nagyrészben olvashatlan, hártyán, a m. nemz. Múzeumban, Horváth István gyűjteményében.)

18.

1347. márczius 7-én.

Lodovicus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Magnificis viris, palatino, Judici Curie, eorumque vices gerentibus, Comitatibusque parochÿalibus et Judicibus nobilium, quorumlibet Comitatuum, et generaliter cunctis Regni sui Judicibus et Justiciarÿs, quorum noticie presencium peruenerit continencia, Salutem et graciam, Datur intelligi nostre maiestati, quod Mychael, Thomas et Mark, filÿ Benedicti, fraudulenter et nequiciose, super facto cuiusdam possessionis D e a k o l c h alio nomine B u k r a n, nominate, in Comitatu de Karassou existentis, dudum magistro Alberto speciali Notario domine Regine genitricis nostre karissime, nomine honoris Regÿ conseruare commisse, et hactenus per eundem conseruate, et possesse, litteras nostras recaptiuatorias Reambulatorias, simul et Statutorias, Capitulo ecclesie Tytulensis scriptas, pro se ipsis, habere procurassent, vnde cum ipse magister Albertus prenominatam possessionem non vt suam propriam, sed sub nomine honoris nostri Regÿ, conseruare dinoscatur, exeoque eundem, racione ipsius possessionis per nullum Judicem, et Justicia

rium Regni nostri, contra quemcunque Judicari permittere velimus, Idcirco fidelitati vestre, et cuiuslibet (igy) vestrorum firmo firmius edicto Regio precipientes, damus in mandatis, quatenus iamdictum magistrum Albertum, super facto predicte possessionis Deakolch, alio nomine Bukran nominate, contra quemcunque Judicare vel vestro Judicatui, astare compellere, nullatenus presumpmatis. Secus facere non audentes, volumus eciam vt predicte littere nostre et eciam alie quelibet, per ipsos filios Benedicti, super facto iam dicte possessionis, quomodo cumque optente, cassate sint, viribusque per omnia cariture, vobis autem predicto Capitulo Tytulensi, precipientes damus in mandatis, quatenus, quaslibet litteras vestras, contra predictas litteras nostras, pro ipsis filÿs Benedicti datas et emanatas, reuocare, et suis viribus per omnia carere committere debeatis Secus pro nostra gracia non facturi. Datum Bude feria quarta proxima post dominicam Oculi Anno domini M° CCC° XL^mo septimo.

(Eredetije hártyán a magyar nemz. Múzeumban.)

Közli Fejér IX. 6. köt. 21. lap.

19.

1347. április 11-én.

Nos magister Mychael de Rÿma vice Comes de Karasow, et Judices nobilium de eodem, Damus pro memoria, Quod cum feria quinta proxima post Octauas pasce domini, Johannes filius Lucachy, contra Nycolaum filium Pauli fily Heym coram nobis comparens, dixisset, quod idem Nycolaus contra ipsum superfacto duorum bouum Juramentum deponere ipsa die haberet e converso vero idem Nycolaus nullam se habere contra ipsum Johannem allegabat, et de hoc nostris litteris continentes, quod ipso die contra nos super facto duorum bouum Juramentum facere debuisset, et quia idem Johannes pluries per nos requisitus neque instrumenta, neque aliquam racionem contra ipsum Nycolaum, ad suam proposicionem exhibere vel dare nobis valuit, Igitur eundem Johannem filium Lucachÿ in astacione falsi termini commisimus contra predictum Nycolaum fore conuictum, Datum iuxta ecclesiam beati

Stephani Regis, termino prenotato Anno domini M°CCC°XL^mo septimo.

(*Kiveül*: Pro Nycolao filio Pauly filÿ Heym contra Johannem filium Lucachy super astacione falsi termini conuiccionalia.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán 3 pecsét nyoma, középsője nagyobb.)

20.

1347. június 24-én.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, Significamus presencium pertenorem memorie commendantes. Quod magnificus vir Thomas quondam Wayuoda Transiluanus, nunc Comes de Crasou et Castellanus de Galambuch ab vna, et magister Stephanus specialis notarius nostri sigilli annularis parte exaltera, coram nobis personaliter constituti, fassi extiterunt oraculo viue vocis, vt pro eo Ne lesio et preiudicium animarum in ereccione metarum inter possessiones Jeneutelek ipsius Woyuode, et Bachanad ipsius magistri Stephani fieri possit, Ita ereccionem ipsarum metarum ordinassent, et ordinarunt coram nobis, quod partes adducent communiter quatuor probos viros videlicet Nicolaum filium Michaelis de Woya, Paulum filium Petri fily Iwanch Mathyus de Baas et fogach de fogach, Ita quod si vnus ex ipsis adesse non possit tunc loco ipsius erit Jacobus filius deseu de Rede, Si uero plures ex ipsis deficerent, extunc erunt illi quos partes uel eorum homines adducere poterunt, tamen preter istum Nicolaum filium Michaelis alÿ famuli ipsius Wayuode interesse non possint, Quiquidem quatuor probi viri Jurando prius super eo vt deum habendo pre oculis iusticiam inter ipsas partes obseruent, vadant et videant illas veras et rectas metas erectas exantiquo, per quas dicte possessiones Bachanad et Jeneutelek ab inuicem separantur, quibus visis et recta limitacione earum rescitis coram Ictore de Myse et Johanne rufo de Erdeutelek ac Stephano de Kulpi*) hominibus nostris Regÿs et testimonio Capituli ecclesie Budensis quod partes communiter adducent, circa veteres nouas erigant metas et ereccione

*) Itt hevesmegyei helységek emlittetnek.

metarum ipsas possessiones ab inuicem distingant et separent, vt deinceps altercacio fieri non possit inter ipsas, Hoc tamen expresso vt si talis terra in qua fruges et segetes circa metas seminate existunt, vnius partis, in Jus alterius partis dewolueretur, tunc fruges et segetes eis quorum sunt restituantur. Cum non fuerit notum actenus cui ipsa terra deuoluatur, assumpserunt autem partes istam ordinacionem sub vinculo quinquaginta marcarum obseruare. Datum Bude in crastino festi Natiuitatis sancti Johannis baptiste. Anno domini M° CCC° XL^mo Septimo.

(Eredetije papiron a budai kamarai ltárban, NRA. 5. csomag, 4. szám. Hátán nagy pecsét nyoma.)

21.

1347. augusztus 26-án.

Nos magister Ladislaus vicepalatinus domini Nicolai Regni Hungarie Palatini et Judicis Comanorum Memorie commendamus, quod in congregacione generali eiusdem domini nostri Palatini universitati nobilium Comitatus de Karassou feria secunda videlicet in festo beati Regis Stephani prope Ciuitatem Mezeusumlio celebrata Nicolaus filius Pauli de predicta Mezeusumlio de medio vniuersorum nobilium personaliter exsurgendo proposuerat tal(imodo) quod Johannes et Nicolaus fily Pauli feria secunda proxima ante festum natiuitatis domini, cuius quarta preteriisset reuolucio annualis .... nis suis non exigentibus ipsum captiuando duos equos suos cum frenis et sellis et duas facetras duos ..... vnam marcam expensam tunicam et clamidem propria ipsorum auctoritate recepissent, Quo audito predicti Johannes et Nicolaus fily pauli fily Heym personaliter exsurgentes se in prenotatam acquisicionem predicti Nicolai fily pauli innocentes et immunes penitus et per omnia fore allegarunt vestri quia predictus Nicolaus accionem feria supradicta nec literis inquisitorÿs declarabat, nec humano testimonio comprobare assummebat Ideo vnacum Judicibus nobilium Juratisque assessoribus ac vniuersis nobilibus dicti Comitatus decreuieramus Judicando quod predicti Johannes et Nicolaus fily pauli fily Heym

quilibet eorum tercio se nobilibus sibi similibus se ..... sexto die congregacionis predicte coram capellanis nostris contra predictum Nicolaum Sacramentum prestare tenerentur Super eo quod ipsi in prenotata acquisicione predicti Nicolai innocentes exstant penitus et immunes, Tandem ipso sexto die occurente predicti fily pauli fily Heym cum ipsorum condepositoribus Juramenti prout ex relacione capellani nostri fuimus informati coram eodem iuxta nostram adiudicacionem prestiterunt sacramentum vt debebant, vnde nos eosdem filios pauli fily Heym super premissis acquisicionibus ipsius Nicolai reddidimus et commisimus expeditos tenore presencium mediante datum septimo die congregacionis predicte in loco antedicto Anno domini M° CCC^mo XL^me Septimo.

(Eredetije a Niczky-család levéltárában).

22.

1347. deczember 11-én.

Az aradi káptalan előtt Himfy Pál fiai Miklós és Péter, és rokonai Bodur fiának Miklósnak Perdeve birtok iránt támasztott igényei ellen óvást tesznek.

(Eredetije a sümegi reáliskolában. Közli a gr. Dessewffy-féle Hazai Oklevéltár 252. lapja).

23.

1348. május 22-én.

Nos Capitulum ecclesie Agriensis S(igni)ficamus vniuersis quorum interest presencium per tenorem, quod Laurencio filio Oliuerÿ fily pauli de Zenth mycloscłana exuna. et Comite Nicolao filio Michaelis de vaya famulo magnifici viri domini Thome quondam voyuode transsiluani nunc Comite de Keue et de Crassou pro eodem domino suo parte ab altera, coram nobis personaliter constitutis, per eundem Laurencium filium Oliuerÿ viueuocis ministerio propositum extitit et relatum, quod totam porcionem suam possessionariam in possessione Zenthgergyclana vocata in Comitatu Heuesvyuar vt refertur existenti habitam titulo Juris hereditarÿ ipsum contingentem cum suis vtilitatibus quibuslibet et pertinencÿs ac

BIBLIOTECA CENTRALĂ REGIONALĂ
TIMIȘOARA
Nr. de inv.

sub certis metis et antiquis, quibus eadem hucusque per ipsum et suos progenitores habita extitisset et possessa pro subleuandis et repellendis quibusdam necessitatibus suis ipsum ad presens vrgentibus dedisset et vendidisset et coram nobis dedit et vendidit predicto domino Thome voyuode pro Quinquaginta marcis grossorum et florenorum compoti Budensis plene persolutis ab eodem et receptis sibi et suis heredibus Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendam tenendam pariter et habendam Nullum Jus nullum ve dominium amplius prose ineadem reseruando Insuper obligauit se idem Laurencius et suos heredes memoratum dominum Thomam voyuodam et ipsius posteritates ab omnibus racione prefate possessionis sue possessionarie tempore progressiuo Inquietare nitentibus semper et vbique defendere et expedire laboribus suis proprÿs et expensis presentes autem quamprimum ad nos Inportate fuerint ob maiorem rei euidenciam et cautelam vberiorem in formam nostri priuilegÿ redigi faciemus, datum in festo sancte Elene Regine Anno domini M° CCC° XL^mo octauo.

(*Kivül*: Super possessione Scenthgyurgchania empticia.)

(Eredetije vízfoltos hártyán a gróf Erdődy család monyorókeréki levéltárában. Hátán pecsét nyomával.)

24.

1352. november 8-án.

Nos magister Possa de Zer et Comes de Karassov Castellanus de Sebus, ac filÿ sui magister Ladislaus, magister Stephanus Memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis per tenorem, Quod accedentes ad nostram presenciam Juga Bogdan fily Stephani de Mutnok querulose humiliter, Postulauerunt anobis vnam terram que iacet deserta M u t n u k p a t a k a vocatam in tali libertate, in qua libertate habent liberas villas quenesi in prouincia S e e b u s, et in eadem libertate possiderent et multiplicarent, Nos vero considerantes fidelia seruicia ipsorum predictam terram eis concessimus, cum suis vtilitatibus cum meta et siluis cum pratis que meta sua incipit circa M u t n u k et transiet per siluam et peruiam ad G a m z a ueniet et transiet ad M a c k a s conces-

simus dedimus et contulimus Jure perpetue et irreuocabiliter possidendam et habendam, in filios filiorum et suorum heredum successoribus, et quod ratum et firmum sit dedimus literas nostras mediante fide nostra, ita tamen quod nullus Judex habeat iudicare ipsi autem poterunt iudicare preter tres causas, scilicet latrocinium furtiuum et incendarium, et si contingerit esse tunc ad sedem Judicis ad S e b u s admittere debeatis, Datum in E l y e d, quinta feria post festum omnium sanctorum, anno domini Millesimo CCC^mo^ quinquagesimo secundo.

(Eredetije hártyán a tinkovai Macskási család levéltárában. — (?) csomag, 881. szám. A pecsétnek csak fűző-szíjja látszik.)

25.

1355. szeptember 10-én.

Nos petrus dictus Boc et Jacobus Judices nobilium de comitatu Karaso significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem quod ab vna parte Stephanus filius dominici ex altera vero nicolaus filius micaelis Coram nobis astando confessisunt oracullo viue vocÿs ut idem nicolaus filius micaelis quendam particullam sue possessionis vnum locum Curie de g h u l u e z ac vigiinti Jugera terre in b a i o l a eidem Stephano filio dominici pro secunda dimidia marca inpignorasset tali modo quod si quandocunque predicta particulla terre ab eodem nicolao alenaretur (így) extunc idem nicolaus eidem Stephano in alio loco sue possessionis similem particullam terre dare teneatur Datum in Sede h a r a m feria quinta proxima post festum Beati antoninis (így?) martyris,[1]) anno domini M^o^ CCC^o^ quinquagesimo quinto.

(*Kivül*: Pro Stephano filio dominici contra nicolaum filium Micaelis super inpignoracione quendam (így) particulle sue possessionis pro secunda dimidia marca.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán 3 pecséttel, melynek középsője nagyobb.)

[1]) Kétes nap. Knauz szeptember 3-ára Antalt és Antoninust sorol fel. E vértanúk nevének genitivusa azonban nem végződik *is*-sel; különben szeptember 3-ika 1355. évben épen csütörtökre esik. A személynév fölött rövidítési jegy.

26.

1355. november 8-án.

Nos magister Stephanus filius Thome Castellanus de Haram et Comes de Karasso Judicesque nobilium de eodem memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod Stephanus Mychael et Andreas filj domine Katherine litteras domini Nicolaj Strigoniensis et Chanadiensis Ecclesiarum Canonicj nec non venerabilis in Christo patris domini Thome dei et Apostolice sedis gracia Episcopi dicte Ecclesie Chanadiensis vicarj in Spiritualibus generali in sede nostra nobis presentarunt, in quibus nos vidimus contineri vt nos de medio nostro viros probos nobiles una cum Stephano Mychaele et Andrea prelibatis mittere et destinare dignaremur, ut iuxta litteras priuilegiales eiusdem Magistri Nicolay et Vicary quandam terram, videlicet terciam partem cuiusdam possessionis Guluez vocate pro quarta parte puellary seu filiali a parte meridionali existentem, quam Nicolaus filius Jacobi de Chortow una cum filÿs suis Johanne et Matheo domine Katherine sorori ipsorum et per eam filÿs suis prelibatis traditam et donatam presente Clemente Sacerdote de Haram homine ipsius ÿdem homines nostri eidem et suis filÿs superius nominatis assignarent et statuerent, Nos vero Petrum bok Michaelem filium Kemen de Fejereghaz, Ladislaum et Johannem filios Peteu, Nicolaum filium Mÿchaelis de Bayla ad predictam statucionem terre Guluez vocate nobiles ex nobis duximus destinandum, qui quidem homines nostri demum ad nos reuersi concorditer nobis retulerunt, ut terciam partem possessionis Guluez Nicolaus filius Jacobj Matheo et Johanne filÿs suis secundum Regni consuetudinem presentibus probis viris vicinis et commetaneis aduocatis pro quarta parte puellarj domine Katherine sorori ipsorum et filÿs suis prenominatis cum ereccione metarum distinguendo hinc et inde, presente homine ipsius Vicarj cum quodam promontorio seu terra inculta secus quam vineam facere seu plantare solent de porcionibus possessionarÿs ipsorum Chorto Bayla et Guluez habitam eandem sessionem distinguendo de eisdem in filios filiorum iure perpetuo irreuocabiliter possi-

dendas tradidissent et contulissent et quia sessio sufficiens domine non fuisset a parte Zerdahel cum terris arabilibus signando hinc et inde. Nicolaus cum predictis filÿs suis domine preĥate et suis filÿs prelibatis ad augmentassent condonando obligantes se Nicolaus cum suis filÿs, quod si alias possessiones apud manus alienas habitas rehabere possent, extunc dicte domine sorori ipsorum et filÿs suis supradictis partem ipsis attingentem extradare tenebuntur et ipsa domina vel sui filj Nicolaum et filios suos cum eorum laboribus et expensis adiuvare tenebuntur. Datum in octauis omnium Sanctorum Anno domini Millesimo Tercentesimo quinquagesimo quinto.

(Eredetije a pécsi püspöki levéltárban. Közli Fejér IX. 2. k. 457. l.)

27.

1355. november 23-án.

Nos magister petrus filius bethlen vicecomes Comitatus de Crasso Castellanus de Galambuch ac Judices nobilium de eodem Damus pro memoria, quod cum secundum formam priorum literarum nostrarum feria secunda proxima post festum Cecilie virginis et martiris Stephanus filius dominicy rufi de Guluez cum quinque personis sibi similibus contra paulum et Benedictum famulos magistri Nicolai litterati super wlneracione et mutilacione eorundem sacramentum deponere debuisset Ipso termino adueniente predictus Stephanus cum predictis hominibus coram (nobis szó kimaradt) comparuit ut debebat sed in iuramento astando per composicionem virorum nobilium in talem pacis vnionem se dixerunt deuenisse, vt unus alium in amicum susscepisset omnem rancorem et iniuriam de medio ipsorum inanem extirpassent nobisque de suo birsagio pacis satisfaciendo reddendo nos ipsum expeditum modis omnibus absolutum, Datum die et loco prenotato anno domini M° CCC^mo quinquagesimo quinto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán 3 pecséttel, melynek középsője nagyobb.)

28.

1357. deczember 5-én.

Nos Capitulum ecclesie Chanadyensis damus pro memoria, quod accedens ad nostram presenciam farkas, Gregorius et Nicolaus fily Zokul, in sua, et in prenominatorum farkasy et Nicolai fratrum suorum personis vigore predictarum literarum procuratoriarum, parte ex altera, magister Johannes Bissenus Castellanus de Ersomlou, propositum extitit per eosdem oraculo viue vocis et relatum, quod ipsi in facto possessionis Zekaspotak vocate in Comitatu de Crasso existentis, taliter inter se concordassent, quod ipsi farkas, Gregorius, et Nicolaus fily Zokul dictam possessionem Zekaspataka, ipsi magistro Johanni, resignassent, et de omni Jure et dominio eiusdem se ipsos (el)ocassent et excepissent, Ita tamen, quod vnam sessionem terre, vbi quinquaginta mansiones in facie eiusdem terre, cum omnibus vtilitatibus scilicet terris arabilibus Siluis fenetis et alÿs vtilitatibus vniuersis ad easdem quinquaginta mansiones sufficientibus, secundum estimacionem proborum virorum tunc per partes adducendorum, vbi idem magister Johannes assignabit, dare tenebitur perpetuo, quousque ipsis filys Zokul, a domino Rege aliam terram seu vallem poterit impetrare perpetuam, Et postquam inuenerit, predicti fily Zokul, ipsam terram pro quinquaginta mansionibus assignatam, ipsi magistro Johanni tenebuntur resignare. Datum feria tercia proxima ante festum beati Nicolai confessoris. Anno domini Millesimo CCCmo quinquagesimo septimo.

(Szécsy Miklós országbiró 1358. évi átiratából, a nemzeti Múzeumban.)

29.

1358. június 14-én.

Nos Comes Nicolaus de Zeech Judex Curie serenissimi principis domini Lodouici dei gracia Incliti Regis Hungarie, Comitatusque de Turuch tenens honorem, Memorie commendantes significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, Quod cum magister Johannes bissenus Castellanus de Ersomlow Gregorium farkasium et Nicolaum filios Zekul,

ob contradictoriam inhibicionem statucionis cuiusdam vallis Zekaswelgh vocata legitime citacionis modum obseruando, contra se in Regiam presenciam in causam attraxisset, et ipsa causa, quibusdam prorogacionum cautelis, et terminis interuenientibus, ad octauas festi beati Mychaeles archangeli proxime preteritas prorogatiue deuenisset Tandem ipsis octauis aduenientibus, Stephanus filius Benedicti de Echer, pro ipso magistro Johanne bisseno, cum procuratorÿs litteris Capituli ecclesie Chanadyensis ad nostram veniendo presenciam, contra predictos Gregorium, farkasium et Nicolaum filios Zokul, In figura nostri Judicy, quasdam litteras dicti Capituli ecclesie Chanadyensis, formam possessionarie reambulacionis exprimentes, asserens accionem, et proposicionem eiusdem magistri Johannis in eisdem contineri nobis presentarat, In quarum tenoribus manifeste reperiebatur, quod cum idem magister Johannes bissenus Regium adiens conspectum, suas fidelitates, et fidelium seruiciorum preclara merita, eidem domino Regi exhibitas et impensa proponens, et declarans, quasdam terras Regales, seu valles, vnam scilicet Zekuswelgh vocatam, Inqua quidem Ryuulus Zekaspatak nominatus curreret Juxta fluuium Karassou existentem et habitam, quam antea quondam farkasius et Gregorius fily Zokul, Kenezÿ, tenuisse et conseruasse dinoscebantur ante cuiusdam Montane Regalis Zekusbanya incipiendo vsque metas seu terminos possessionum seu terrarum Castri eiusdem Regie maiestatis, Crassou vocati, et aliam vallem in qua Ryuulus Kuespatak meari assertur, a Capite eiusdem Ryuuli incipiendo, quousque caderet in Ryuulum Nyaragh nominatum in Comitatu de Crassou existentes asserens ipsas Regie collacioni pertinentes fore ab eodem domino Rege sibi, Item andree et Mathÿe fratribus suis vterinis dari et conferri perpetuo postulasset, verum quia de qualitate et quantitate dictarum terrarum, atque vallium, vtrum modo premisso sue Regie collacioni pertinent necne veritas non constitisset, Ideo idem dominus noster Rex fidelibus suis Capitulo ecclesie Chanadyensis firmiter precipiendo mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius pauli de Kuthres homo sue Regie maiestatis, ad faciem dicta-

rum terrarum atque vallium, in dicto Comitatu existencium vicinis et commetaneis earundem vniuersis legitime inibi conuocatis et presentibus accedendo, si easdem modo premisso sue Regie collacioni pertinentes fore inueniret, statueret ipsas predicto Johanni dicto Beseneu, noue donacionis sue Regie titulo perpetuo possidendas, si non fieret (így) contradictum, Contradictoribus autem si qui fierent, contra eundem in suam Regiam presenciam ad terminum competentem legitime euocatis, Tandem ipsius statucionis seriem, si necesse fieret nomina contradictorum et euocatorum, cum termino assignato Regie fideliter rescriberet maiestati Capitulum Chanadyense prenotatum, Tandem ipsum Capitulum, mandatis et preceptis ipsius Regie celsitudinis obedientes vt tenerentur, cum predicto Nicolao filio pauli homine Regio, vnum ex ipsis magistrum Martinum archydiaconum de Karasou, socium et concanonicum ipsorum pro testimonio fidedignum, ad premissa exequenda transmisissent, Qui demum ad eos reuersi, eidem concorditer retulissent, Quod sabbato proximo, post festum beati Jacobi apostoli, proxime preteritum, ad faciem cuiusdam vallis Zykaswelgh vocate, In qua esset Ryuulus Zykaspatak nominatus accessissent, vbi plenam Inquisicionem facere nequiuissent, quia multi Nobiles et commetanei vocati vt dixissent propter diuersos labores ipsorum venire nequiuissent, qui autem venissent ab illis sciuissent, quod terra Regalis esset, et ad Regiam pertineret collacionem, et cum eandem ipsi magistro Johanni statuere voluissent, huic statucioni Gregorius et farkasius fily Zokul pro se ipsis personaliter, et pro Nicolao fratre ipsorum contradixissent, quosquidem Gregorium et farkasium et Nicolaum, contra eundem magistrum Johannem, idem homo Regius presente testimonio dicti Capituli ad octauas festi beati Regis Stephani proxime preteritas citauisset in presenciam Regie maiestatis, asserens ipse Stephanus legitimus procurator ipsius magistri Johannis, vt hoc scire vellet ab eisdem qua racione fecissent prohibicionem prenotatam, Quo audito Mychael filius Benedicti, pro eisdem Gregorio, farkasio et Nicolao, cum procuratorÿs litteris Capituli ecclesie Chanadyensis exurgendo responderat ex aduerso quod serenissimus princeps dominus Karolus quondam Illustris

Rex Hungarie bone memorie, in ipsis vallibus duas possessiones Zekas nominatas cum suis pertinencÿs intra metas earundem existentibus, predicto Zokul, patri ipsorum Nicolai Gregorÿ et farkasÿ pro meritorÿs seruicÿs ipsius Zokul, mediantibus literis suis Regalibus dedisset et contulisset, et exeo ipsi farkasius, Nicolaus et Gregorius non in statucione aliarum aliquarum possessionum, nisi in statucione predictarum duarum possessionum Zekas nominatarum et suarum pertinenciarum intra metas earundem existencium fecissent prohibicionem prenotatam, sed ipsa Instrumenta quibus mediantibus dicte possessiones Zykas nominate ipsi Zekul patri eorundem farkasy Gregorÿ et Nicolai per predictum dominum Karolum Regem collate fuissent, exhibere non vallerent, pro eo, quia Bozorad Kenezius de Nog Carassou et alter Bozorad de Kyskarassou, propria eorum auctoritate et potentia cum eorum complicibus feria secunda proxima, post festum beati Mathey apostoli, noctis in silencio manibus armatis preconcepta malicia, ad domum ipsorum veniendo, ipsos interficere voluissent, et nisi fuge presidio euadere potuissent, vtique interfecissent eosdem, domos autem ipsorum igne combussissent, In quo incendio dampna plusquam quadraginta marcarum eisdem irrogassent literaliaque eorum Instrumenta super possessionibus ipsorum Kethzykas nominatis confecta et emanata, in eadem domo concremata extitissent, sed si Juri consonum fore videretur, tunc ad requirendum tenorem earundem literarum priuilegialium, dicti domini Karoli Regis terminum vlteriorem eis dare dignaremur, vnde nos hys perceptis vnacum Baronibus, et Nobilibus Regni nobiscum in Judicio sedentibus adiudicantes comiseramus eomodo, vt prenominati, farkasius, Gregorius et Nicolaus fily Zokol, tenorem predictarum literarum priuilegialium prenominati domini Karoli Regis, vsque octauas diei Strennarum tunc venturi, requirere, et reinuenire, ac in predictis octauis diei Strennarum tenorem premissarum literarum priuilegialium ipsius domini Karoli Regis si inueniri possent coram nobis exhibere tenerentur, Quo viso Judicium et Justiciam facere valeremus inter partes prout fieret oportunum, Tandem ispsis octauis diei Strennarum aduenientibus, dominicus filius Wyda, pro

ipso magistro Johanne bÿsseno cum procuratorÿs litteris predicti Capituli Chanadyensis ab vna, et prenominatus Gregorius filius Zokul pro se personaliter, et pro prenominatis farcasio et Nicolao fratribus suis, cum procuratorÿs litteris eiusdem Capituli, parte ab altera, ad nostram veniendo presenciam, super facto premisse vallis Zekaswelgh vocate, se ad pacis reformacionem per nos admitti postularant, Cumque nos easdem partes ad ipsius pacis reformacionem beniuole admisissemus, Tandem prenominatus dominicus filius Wyda legitimus procurator dicti magistri Johannis Bisseni ex vna, et prenominatus Gregorius filius Zokul, in sua, et prenominatorum farkasy et Nicolai fratrum suorum personis vigore predictarum literarum procuratoriarum, parte ex altera, ad nostram Judiciariam redeundo presenciam, quasdam litteras prenominati Capituli Chanadyensis hunc tenorem continentes nobis presentarant.

(Lásd a csanádi káptalan 1357. évi levelét.)

Quarum litterarum exhibicionibus factis, cum nos ipsum dominicum filium Wyda legittimum procuratorem dicti magistri Johannis Bysseni, et Gregorium filium Zekul in sua, et predictorum faskasÿ et Nicolai fratrum suorum personis, de eo vtrum ipsi videlicet magister Johannes byssenus, et Gregorius, farkasius, ac Nicolaus fily Zokul, premissam possessionariam composicionem et ordinacionem, inter ipsos Juxta seriem, et continenciam literarum prenominati Capituli Chanadyensis, premisso modo factam et stabilitam inter se vellent observare vel ne, ternario numero vt nostro incumbit officio habuissemus requisitos, mox prenominatus dominicus filius Wyda, ipsum magistrum Johannem Byssenum, vigore premissarum litterarum procuratoriarum dicti Capituli Chanadyensis, et prefatus Gregorius filius Zokul se personaliter, et predictos farkasium ac Nicolaum fratres suos, In quorum personis legittimus existebat procurator, prenominatam possessionariam composicionem et ordinacionem, vt premittitur inter ipsos factam, Juxta seriem et continenciam literarum prefati Capituli ecclesie Chanadyensis, sine variacione aliquali perpetuo interse obseruare, et in nullo retractare velle affirmarant

plures coram nobis replicando, vnde quia partes prenotate se in dominium possessionariorum suorum Jurium, per nos legittime introduci postulabant Ideo vnacum Baronibus et Nobilibus Regni, nobiscum in Judicio assedentibus, et eisdem partibus id benivole assumpmentibus, adiudicantes commiseramus, quod Nicolaus filius Johannis de Hord, vel andreas filius Nicolai de Zenthmarton, aut petrus filius Beke, siue Ladislaus filius Nicolai de Nezde pro parte prefati magistri Johannis Bisseni actoris, Item Nicolaus filius andree de Berkez, vel Mychael de Arusnuk, aut Johannes filius petri de W o y a pro parte predictorum filiorum Zokul, alÿs absentibus homines Regÿ, presentibus testimonÿs prefati Capituli Chanadyensis, que per ipsum Capitulum ad id amicabiliter transmitti postularamus, in octauis festi pasce domini tunc venturis, ad faciem predictarum possessionum Z e k a s p a t a k vocatarum, vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis et presentibus vel earum legitimis procuratoribus presentibus accederent, et easdem possessiones Zekaspatak vocatas, ipsi magistro Johanni Bysseno, secundum seriem, et continenciam predictarum literarum Capituli Chanadyensis, eo Jure quo sibi dinoscerentur pertinere statuerent et committerent perpetuo possidendas tenendas pariter et habendas, Ita tamen, quod vnam Sessionem terre de eisdem vbi quinquaginta mansiones fieri possent, in facie eiusdem terre, cum omnibus suis vtilitatibus, scilicet terris arabilibus, Siluis, fenetis et alÿs quibuslibet vniuersis, ad easdem quinquaginta mansiones sufficientibus, secundum estimacionem proborum virorum, per partes illic adducendorum, in illa parte, vbi idem magister Johannes assignaret, eisdem filÿs Zokul signis metalibus consignando perpetuo applicare et statuere tenerentur, quousque idem magister Johannes Byssenus pro ipsa terra, aliam terram equiualentem, ipsis filÿs Zokul, a domino nostro Rege possit et valeret impetrare, Et posthec premissarum possessionariarum statucionum seriem, cum cursibus metarum, et tocius peracti negocÿ processu, ad octauas festi beati Georgÿ martiris similiter tunc venturas, per partes nostro Judiciario examini volueramus reportari, denique nobis in quindenis festi Penthecostes, vnacum prelatis Baronibus et Nobilibus Regni in nostra sede Judicaria seden-

tibus, causalesque processus quorumlibet coram nobis litigancium, in statera equitatis dimecientibus, magister Petrus literatus pro ipso magistro Johanne Bysseno, cum procuratorÿs litteris Regalibus, ad nostram accedendo presenciam, quasdam litteris predicti Capituli Chanadyensis memoriales nobis presentauit, In quibus comperimus haberi manifeste, quod ipsum Capitulum Chanadyense, visis litteris nostris formam Judiciarie sentencie nostre exprimentibus cum Nicolao filio Johannis homine Regio, in ipsis litteris nostris assignato vnum misissent ex ipsis, scilicet magistrum Stephanum socium et concanonicum ipsorum, hominem eorum pro testimonio fidedignum ad exequenda in eisdem litteris nostris contenta, qui demum ad ipsum Capitulum reuersi, eidem concorditer retulissent, quod ipsi in octauis festi pasce domini proxime preteritis, vnacum Gregorio procuratore magistri Johannis Bysseni, tunc Castellani de Ersomlou, ac Gregorio, Farkasio, et Nicolao filÿs Zokul, ad facies possessionum Zekaspataka vocatarum in Comitatu de Crassou existencium accessissent, et cum easdem Juxta veteres ipsarum metas et antiquas reambulare voluissent, propter magnam Niuem, tunc inibi existentem reambulare nequiuissent, sed ex voluntate parcium ambarum ad octauas festi penthecostes tunc proxime venturas sine aliquo grauamine prorogassent, aduenientibus ipsis octauis, iterato ad facies dictarum possessionum accessissent, et easdem Juxta veteres metas et antiquas, vicinis et commetaneis earundem legitime conuocatis et partibus presentibus reambulassent, reambulatasque et ab aliorum possessionibus separatas et distinctas, ipsi magistro Johanni Bysseno, nullo contradictore existente statuissent perpetuo possidendas tenendas pariter et habendas, Ita tamen, quod vnam sessionem terre de eisdem, vbi quinquaginta mansiones fieri possent, ipsis Gregorio, Farkasio et Nicolao filÿs Zokul commisissent eodemmodo possidendas et habendas, quousque dictus magister Johannes, a domino nostro Rege, aliam terram equiualentem, ipsis filys Zokul posset et valeret impetrare, Quarumquidem possessionum et dicte Curie Sessionalis, mete, hoc ordine distingerentur, Prima enim meta, inciperet Juxta fluuium Zekas vocatum circa viam magnam a parte septemtrionali

deinde ascendendo tenderet ad montem l a d a m e r H e g e dictum, versus dictam partem septemtrionalem, et ibi in latere eiusdem montis esset vna meta terrea, et ascendendo ad verticem eiusdem montis L a d a m e r h e g e dicti, Intrandoque quandam viam, per quam eundo et perueniendo, ad antiquam metam terream, posuissent vnam novam, deinde autem procedendo per verticem predicti wlgariter Beerch dicti flectendo versus occidentem, Juxta eandem viam esset vna meta terrea, ab inde procedendo in eadem esset vna meta terrea, posthec autem eundo per paruum spacium per terras arabiles esset vna meta terrea, Inter quas supradictas metas esset quidam locus palodinosus, postmodum flectendo, ad partem dextram, versus partem iterum septemtronalem perueniendo ad quondam metam piri esset vna meta terrea, posthec autem directe transeundo, versus partem septemtrionalem, per quasdam terras arabiles per Berch supradicti montis esset vna meta terrea noua, deinde modicum transeundo et perueniendo, ad quendam lacum directe versus septemtrionem, vbi finite essent mete filiorum Lodomerÿ esset vna meta terrea, postmodum transeundo per duas valles descedendo, versus partem occidentalem esset vna meta terrea, et sic procedendo, ad fluuium Z a p a n u s dictum, et eundem fluuium transeundo versus partem occidentalem directe ascenderet, ad verticem cuiusdam montis Berch dicti, et iret per eundem Berch, ad quendam lacum magnum versus partem septemtrionalem ascedendo ad montem peterhege dictum, abinde iret ad montem p r y b r a t h m a g y l a vocatum et sic tenderet per quandam semitam versus partem orientalem descendendo seu reflectendo ad fluuium p u d . . . a s p a t a k a nominatum, et sic perueniendo ad Metas Z e k a s b a n y a vocatas, et ibi flectendo ad partem orientalem ascendendo ad laterem cuiusdam montis, ibi esset vna meta terrea erecta, et sic ad verticem Montis eundo, versus partem orientalem perueniendo ad Caput Z a l a t h n u k p a t a k f e w vocatum, Ibi esset vna meta terrea erecta, Inde progrediendo per verticem montis predicti, per quendam semitam transiret ad partem meridionalem perveniendo ad meatum C h r e m a s p a t a k f e u dictum, et ibi modicum flectendo, tenderet ad magnam siluam ad quasdam terras extirpatas, et

ibi esset vna meta terrea erecta, per eandem partem meridionalem tenderet quedam semita posita pro meta per terras extirpatas supradictas per verticem cuiusdam montis, usque ad meatum fluminis Supan dicti, qui flueret in fluuium Crassou, deinde flecteret se per verticem cuiusdam montis, ad partem occidentalem per quandam Siluam, et perueniendo ad quasdam terras arboribus eradicatas, similiter viam habendo pro meta, et ibi esset vna meta terrea erecta, Juxta eandem semitam supra caput Kumapataka dictum, et sic procedendo per easdem terras eradicatas perueniendo ad finem predicti montis, ad Capita Nyaraztÿ et Kumanpataka fluuiorum, Ibique esset vna meta terrea erecta, abinde autem transeundo per quasdam siluas, et perueniendo ad vnum montem supra secundum fluuium Nyaraztya dictum, ibi esset vna meta terrea, deinde autem per verticem eiusdem montis flectendo ad partem occidentalem, et perueniendo ad alium montem esset vna meta terrea erecta, et sic tendendo per verticem ipsius montis a parte Gegeuch, et fluuÿ Crassou, esset vna meta terrea erecta, abhinc progrediendo per verticem alterius in medio ipsius montis a parte occidentali, esset vna meta terrea erecta, deinde flectendo ad primam septemtrionalem, perueniret ad primam metam vbi incepisset, et ibi terminaretur, Item mete ipsius loci sessionalis ipsis filys Zokul pro quinquaginta mansionibus assignati, discurrerent per hunc modum, Prima enim inciperet a parte occidentis circa quandam arborem in wlgo Haas vocatam, vbi esset vna meta terrea erecta deinde egrediendo procederet ad montem Lodomerÿ vocatum, et ibi circa quandam arborem in wlgo Gyartÿan vocatam, esset vna meta terrea erecta, abhinc procedendo circa quandam arborem quercus esset vna meta terrea erecta, deinde procedendo ad partem septemtrionalem esset vna meta terrea erecta, abhinc egrediendo, ad partem orientalem, perueniret ad quendam Ryuulum Karachunpataka vocatum, et in Capite eiusdem Ryuuli, essent posite due mete terree, quarum una separaret ipsis filys Zokul, alia vero magistro Johanni predicto, deinde procedendo perueniret ad quasdam segetes, et in medio dictarum segetum essent posita duo signa metalia, abhinc procedendo, perueniret ad quandam

semitam que semita caderet ad Karachunpathaka vbi essent erecte due mete terree, abinde procederet ad quendam Ryuulum, qui Ryuulus caderet ad Zekas, cuius quidem pars inferior pro filys Zokul, superior vero pro magistro Johanne separaret, deinde transeundo curreret ad domum farkasy, et ibi super vnam arborem piri esset factum quoddam signum metale, adhinc procedendo perueniret ad vnum montem Berch vocatum, de quoquidem Beerch procederet ad domum pradad Kenezÿ, et ibi Juxta metas magistri Johannis Bisseni esset vna meta terrea erecta, et ibi terminaretur, adiunxisset eciam, quod saluas et terras Siluestres, communiter vti et participere commisissent, Quarum literarum exhibicionibus factis et perlectis continencÿs earundem prenominatus magister petrus, eidem magistro Johanni Bisseno super premissis medelam equitatis per nos postulauit impertiri, verumquia per predictos Regium et Capituli Chanadyensis homines, predictas possessiones Zekaspataka, vicinis et commetaneis earundem legitime conuocatis, et partibus presentibus, per premissas metas reambulatas, et ab aliorum possessionibus separatas et distinctas, Ipsi magistro Johanni bisseno, nullo contradictore existente perpetuo possidendas tenendas pariter et habendas, statuisse, et vnam Sessionem terre de eisdem, ubi quinquaginta mansiones fieri possent, ipsis Gregorio, farkasio, et Nicolao filys Zokul comodo possidendas et habendas, quousque dictus magister Johannes, a domino nostro Rege aliam terram equiualentem, ipsis filys Zokul possit et valeret impetrare, Juxta formam nostre Judiciarie commissionis, et eciam earundem parcium compositiuam vnionem commisisse, ex serie pre exhibitarum literarum Capituli ecclesie Chanadyensis experiebam(ur), Ideo vnacum eisdem prelatis Baronibus et Nobilibus Regni, premissas possessiones Zekaspataka, nuncupatas, eidem magistro Johanni, sub premissis metis, et metarum distinccionibus, excepta premissa sessione ipsis filys Zokul modo premisso commissa, eo Jure quo sibi dinoscuntur pertinere, nostra Judiciaria potestate commisimus et reliquimus perpetuo possidendas tenendas pariter et habendas, saluo Jure alieno In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes litteras nostras privilegiales, pendentis et autentici sigilli nostri muni-

mine roboratas duximus concedendas, Datum in Wissegrad duodecimo die quindenarum festi penthecostes predictarum, anno domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo octauo.

(Eredetije hártyán a magyar Nemz. Múzeum levéltárában. Sárga selyemről csüngő pecséttel.)

30.

1358. szeptember 19-én.

Honorabilibus viris et discretis Capitulo ecclesie albensis Transiluanie, Comes Nicolaus de Zeech Judex Curie domini Lodouici dei gracia Regis Hungarie Comitatusque de Turuch tenens honorem amiciciam paratam sincero cum honore, dicit nobis magister Alexander filius Andree de Ilye in sua et magistri Irinei fratris sui in personis, quod ipsi in dominium possessionum ipsorum Banligeth, Kalynhaza, Felso Zamsor et Olso Zamsor vocatarum in Comitatu Orodiensi existencium ipsos hereditario Jure contingencium apud religiosum virum dominum fratrem Nicolaum albatem (így) de Bulch occupatiue habitarum legittime vellent introire, si contradiccio cuiuspiam ipsis non obiuaret, Quare vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magister Benedictus vel paulus Curie nostre Notarius altero absente homo regius ad facies predictarum possessionum accedendo vicinis et commetaneis ipsarum specialiterque predicto domino abbate inibi legittime conuocatis et presentibus recapeat ipsas et reambulet perueras suas metas et antiquas nouas iuxta veteres in locis necessarÿs erigendo recaptiuatasque et reambulatas ac ab aliarum possessionarÿs Juribus separatas et distanctas statuat easdem predictis magistris Alexandro et Irineo eo Jure quo ipsis dinoscitur pertinere perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, Citet eosdem contra iamdictos magistrum alexandrum et Irineum in Regiam presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, Et posthec ipsarum possessionariarum recaptiuacionum et statucionum seriem cum cursibus metarum ac nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint ac termino assignato regie fideliter rescri-

batis maiestati datum in Wysegrad feria quarta proxima post octauas festi Natiuitates virginis gloriose Anno domini M^mo CCC^mo L^mo octauo.

(*Kivül:* Honorabilibus viris et discretis Capitulo ecclesie Albensis Transilvanie, amicis suis reuerendis, pro magistro Alexandro filio Andree de Ilye et Irineo fratre suo recaptiuatorie). A beigtatás végrehajtása nem jelentetik.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan levéltárában. Cista Marmaros, fasc. 4. No 50. Zárlatán a pecsét nyomával.)

31.

1360. augusztus 9-én.

Nos Nicolaus Kont regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum, damus pro memoria quod in congregacione nostra generali vniuersitati nobilium Comitatus de Karassou feria secunda proxima post Octauas festi beati Jacobi apostoli prope villam G a t a l celebrata dominicus filius Iwan fily Bac de medio aliorum exsurgendo proposuit eo modo, quod possessiones Z e u r e n, O z y a g, B o k r a n d vocate et dimidietas possessionis E g r e s suorum predecessorum acquisiticie fuissent, et ipsius acquisicionis titulo efficacissimorum Instrumentorum vigoribus sibi pertinerent, quas nunc magister Laurencius filius Heem cum fratribus suis conseruaret, vnde scire vellet ab eodem, qua racione ipsas possideret, Quo percepto, quia dyonisius filius pauli pro magistro Benedicto filio Heem cum litteris procuratorys Comitis Capelle regie astando, eundem magistrum Benedictum in predictis possessionibus inporcionatum fore referebat, dictus eciam Laurencius filius Heem absque interessencia Nicolai fily Georgy, ac petri Georgy et Blasy filiorum Blasy fily Georgy fratrum suorum diuisionalium in causa premissa se respondere non posse allegabat, Ideo ipsam causam ad octauas festi beati Martini confessoris proxime venturas in Curiam regiam in nostram presenciam peremptorie duximus prorogandam eomodo, vt idem dominicus actor, medio tempore prescriptos Nicolaum filium Georgÿ et filios Blasÿ legittime Citacionis modum obseruando vel aliter quoquomodo legittime poterit, ad easdem Octauas contra se in causa premissa adducere teneantur, datum septimo die con-

gregacionis nostre predicte in loco antedicto, Anno domini Millesimo CCC^mo sexagesimo.

(*Kivül:* Pro dominico filio Iwan fily Bac contra magistrum Laurencium filium Hem ad octauas festi beati Martini confessoris prorogatorie, ad quas quidem octauas idem dominicus Nicolaum filium Georgy et filios Blasy fily Georgÿ intrascriptos per modum legittime Citacionis coarctando in nostram presenciam adducere tenebitur).

(Balszélén: Pro *a* Johannes de deed cum nostris pro *i* de videlicet Citatis Johannes litteratus racione prioritatis, eoque simul et semel debent terminari, ad Georgÿ.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán két pecsét nyoma. Folyószám 1299.)

32.

1361. november 18-án.

Nos Ludouicus dei gracia Rex Hungarie, Memorie commendamus per presentes. Quod nos attendentes inuiolabilem fidem et fidei puritatem magistri Benedicti filÿ Heym Comitis nostri Zathmariensis Maromorusiensis et de Vgucha, necnon fidelitates et obsequiosa eiusdem merita, quibus ab ewo primeue nostre etatis tempore, quo Regyo dyademate, Jure et ordine geniture sumus redimiti, continue vestigia nostre maiestatis inmitendo, sudorosasque labores et onera expensarum subeundo, agilitate strennua et continua operum adieccione non parcens rebus nec persone nostre laudabiliter studuit complacere maiestati, et se preceteris suis coetaneis, reddere graciosum, vtique et acceptum, et licet idem pro tantis suarum virtutum, et seruiciorum meritis multo maiora antidotum premia, a nobis mereretur, in recompensacionem tamen premissorum suorum obsequiorum aliqualem, quasdam possessiones nostras K w e s p a t a k a, S e k a s p a t a k a, et W o y a vocatas, ac medietatem cuiusdam possessionis B a c h ÿ t h ÿ u i s s e nuncupate, in C o m i t a t u de C r a s s o u existentes, a magistro Johanne Bysseno nunc Comite et Castellano de Owar pro tribus Milibus et quadringentis florenis per nos emptas et comparatas cum omnibus earum vtilitatibus et vtilitatum quarumlibet integritatibus ac pertinencys vniuersis sub Hÿsdem suis veris metis et antiquis, quibus eedem ab olÿm habite extiterunt et

possesse, noue donacionis nostre titulo dedimus donauimus et contulimus prefato magistro Benedicto et per eum Nicolao et Petro vterinis, ac Ladizlao filio Johannis patrueli, fratribus suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas Jure alieno quorumcunque semper saluo, Datum in Wyssegrad in octauis festi beati Martini confessioris, anno domini M^mo^ CCC^mo^ Sexagesimo primo.

(Eredetije hártyán a Kállay-család levéltárában. Múzeumi folyószám 1334. A lehúllt pecsét alatt olvasható: Contra dominium Regis, scilicet dominus archiepiscopus Strigoniensis, contradixit dominio Regis et prohibuit Johannem Byssenum, et Benedictum filium Heym ab occupacione possessionis Kuespataka alterarum contra eandem prohibicionem Rex fecit dare litteras patentes, Saluo tamen Jure ecclesie Colocensis et aliorum quorumcunque. — Ez oklevelet átírta Nagy Lajos király 1364, a csanádi káptalan 1387. évben.)

33.

1361. november 29-én.

Capitulum Budensis Ecclesie omnibus christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam, Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam Harum serie volumus peruenire, Quod magister Johannes dictus Beseno aule Regie Juuenis, ab vna, et magister Benedictus filius Hem, similiter aule Regie miles, vice et nomine excellentissimi principis domini nostri, domini Ludouici dei gracia Illustris Regis Hungarie parte ab altera coram nobis constituti Idem magister Johannes, dixit et est confessus eo modo, quod ipse matura deliberacione in se prehabita, quasdam possessiones suas, Kuespotaka, Voya, Zekaspotaca, vocatas et medietatem possessionis Bachtuisse vocate, in Comitatu de Crasso existentes prout ipsum contingerent cum omnibus ad easdem pertinentibus, et earundem vtilitatibus, et pertinencÿs vniuersis, terris scilicet arabilibus fimatis et campestribus, siluis, nemoribus, fenetis, Jobagionum sessionibus, Ecclesiarum patronatibus, et alÿs quibuslibet ad easdem vndique de Jure spectantibus, predicto domino nostro Regi, et pereum suis Heredibus Heredumque suorum succes-

soribus, perpetuo et irreuocabiliter pro tribus milibus et quadringentis florenis vt dixit plene ab eodem receptis, et Habitis, dedisset, tradidisset et vendisset (igy) ÿmo dedit tradidit, et vendidit coram nobis tenendas, habendas et possidendas, ac secundum suam voluntatem, donandas legandas, cuicunque voluerit, ac disponendas, nil Juris nilque proprietatis in eisdem sibi, uel suis successoribus amodo et deinceps reseruando, sed totum Jus et proprietatem dominÿ ex integro, in ipsum dominum Ludouicum Regem, et suos successores transferendo, assumpmendo ipsum dominum Regem racione ipsarum possessionum per ipsum venditarum, ab omnibus fratribus proximis et cognatis suis, et alÿs quibuslibet expedire, et defendere suis proprÿs laboribus et expensis, In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras priuilegiales sigillique nostri muninime roboratas alphabeto intercisas ad peticionem parcium duximus concedendas, datum per manus magistri alberti lectoris Ecclesie nostre secundo die festi beate Elysabeth, anno domini M^{mo} CCC^{mo} sexagesimo primo, presentibus viris discretis magistris Petro cantore, Petro custode, Ladislao, Emerico, Mychaele, Nicolao, Marco, Jacobo et alÿs canonicis in eadem Ecclesia nostra deo deuote famulantibus.

(Eredetije hártyán a magy. nemz. Múzeumban. Kisfaludy levelek. Zöld sárga selymen függ a káptalan monyorú pecsétje.)

34.

1362. április 21-én.

Nos magister Laurencius filius dominicÿ Castellanus de Haram et vicecomes comitatus de Karasov memorie commendamus, Quod Ontonius faber de Zeredahel abna (igy), uero exaltera parte Mychael de eng Johannes pilleÿ par et Nicolaus filius Chachmaz coram nobis personaliter constituti ministerio uiuecuocis propositum et relatum extitit, per eosdem, quod ipsi Mychael de Heng et Johannes pellipar et Nicolaus superius nominati super fabrum ontonium super cremacione domorum ipsorum uel aliarum iniuriarum per composicionem magistri laurencÿ Castellani de Haram et aliorum proborum virorum de eadem Zeredahel taliter inuicem concordassent,

quod omnes cause eque actenus interipsos uerse fuissent mutuo inuicem relaxassent et anihilassent obligantes se ambe partes quod si aliqua parcium ipsam causam contra ontonium uel suos posteros uel ontonius contra ipsos litem suscitaret in curriculo ad eorum ipsorum tunc ante litis ingressum in tribus marcis deponendis pars parti composicionem observanti dare teneatur. Datum in Haram feria quinta proxima post festum resurreccionis domini anno domini Millesimo CCC° LX^mo II°.

(Eredetije hártyán a magy. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét. Folyószám 1346.)

35.

1362. június 2-án.

Nos magister Laurencius filius dominicÿ Castellanus de Haram et vice Comes comitatus de Caraso Judicesque nobilium de eodem damus pro memoria quod Stephanus filius dominicÿ de fevtelec ad nostram accedendo presenciam hominem nostrum videlicet Johannem filium pethew de B a y l a ad inquisicionem recepit qui quidem Johannes homo noster ad nos reuersus nobis retulit in hunc modum quod ipse ab omnibus a quibus decuisset palam et oculte omnimodam resciuisset veritatem, quod Nicolaus filius Nicolay de K u t r e z tres Jobagiones ipsius Stephani fily dominicÿ videlicet vnum druguzlav et alium Miloch et vezlin de possessione ipsius Stephani vias pepulisset, et per hoc ipse idem Stephanus filius dominicÿ sedecim marcas dampni haberet, datum in Haram feria quinta proxima dey (így) festi ascensionis domini nostri Jehsu christi anno domini M° CCC° LX II°.

(*Kivül:* Pro Stephano filio dominicy de fevtelec contra Nicolaum filium Nicolay de Kutrez super hoc quod tres Jobagiones ipsius de possessione sua uias pepulisset.)

(Eredetije papiron a magy. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárban. Hátán három pecsét nyomával. Folyószám 1348.)

36.

1362. június 2-án.

Nos magister Laurencius filius dominici Castellanus de Haram vice Comes Comitatus de Carasow Judicesque nobilium de eodem damus pro memoria. Quod Stephanus filius dominicÿ de fevtelec coram nobis personaliter accedendo hominem nostrum videlicet Ladislaum de Sag ad prohibicionem recepit quiquidem Ladislaus de Sag homo noster ad nos reuersus nobis retulit in hunc modum, quod ad possessionem fevtelec uocatam accessisset et Nicolaum filium Nicolay de Kutrez et filios suos videlicet Johannem Stephanum et Lucasium et alios vicinos suos et alios omnes a percepcione vtilitatis et vsus tercie partis possessionis feyvtelec vocate a parte orientali que ipsum contigeret prohibuisset, Datum in Haram feria quinta proxima diei assensionis domini nostri Jesu christi anno domini Millesimo CCC° LXII°.

(*Kivül:* Pro Stephano filio dominici de fevtelek contra Nicolaum filium Nicolai de Kutrez et contra filios suos videlicet Johannem Stephanum et Lucasium et contra omnes alios homines prohibitoria.)

(Eredetije a Kállay-család levéltárában, papir, három pecséttel). Most a m. nemz. Múzeumban, 1349. folyószám.

37.

1362. június 9-én.

Nos magister Laurencius filius dominicÿ Castellanus de Haram, et vicecomes Comitatus de Carasow Judicesque nobilium de eodem damus pro memoria, quod Stephanus filius dominicÿ de Geuluez ad nostram accedendo presenciam petensque hominem nostrum ad prohibicionem, Nos quidem Ladislaum filium Peteu de Bayla eidem Stephano filio dominicÿ dedimus, quiquidem Ladislaus filius Petheu, homo noster ad nos reuersus nobis retulit in hunc modum, quod ipse ad possessionem fevtelec uocata accessisset et Nicolaum filium Nicolay de fevtelec et filios suos videlicet Johannem Stephanum et Lucasium et ad ipsos pertinentes, de percepcione vtilitatis tercie partis possessionis porcionis sue in eadem

fevtelec habita aparte orientali prohibuisset. Datum in Haram feria quinta proxima ante festum beati Barnabe anno domini Millesimo CCC° LXII°.

(*Kivül:* Pro Stephano filio Dominicy de Gevluez contra Nicolaum filium Nicolay de fevtelec et contra filios suos prohibitoria. Zárlatán három pecsét nyomával).

(Eredetije papir, a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Folyószám 1347.)

38.

1362. november 17-én.

Nos magister Laurencius filius dominicy Castellanus de Haram et vicecomes de Krasow ac Judices nobilium de eodem Damus pro memoria, quod Stephanus et Michael fily dominicy ad nostram accedentes presenciam per modum . . . . . hominem nostrum postularant ad prohibendum, quandam particulam terre inter duas vias iacencium secundo medis (így) . . . . Johannes et Ladislaus fily pethew ab alienacione uendicione pignoracione prohibuit, Igitur hominem nostrum . . . . . ad dictam prohibicionem faciendam, Nos uero iustis peticionis eisdem eisdem misimus Michaelem filium p(. . . . . de)mum ad nos reuersus nobis dixit quod ad faciem quandam particulis (így) terre accessisset et ibi omnes Commetaneos (vicinos) et specialiter Nicolaum cum filÿs suis de Churta ab occupacione et recepcione prohibuisset et inhibuisset et si(militer) Ladislaum et Johannem filios petew ab alienacione et pignoracione prohibuisset et inhibuisset In Cuius prohibicionis eiusdem literas nostras dedimus communi iusticia ipsorum requirente, datum In Haram feria quinta proxima ante festum beate Elizabeth regine anno domini M° CCC^mo LX^mo secundo.

(*Kivül:* Pro Stephano et Michaele filÿs dominicy inter duas cuiusdam particule terre secundo metis . . . . . expediciones Johannis et Ladislai de Bayla . . . . . de Churta et filios eiusdem arecepcione . . . . . cione ac alios Commetaneos prohibicion . . . . . et inhibicionis).

(Eredetije szakadozott papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Folyószám 1350).

39.

1363. márczius 22-én.

Excellentissimo principi, domino Lodouico, dei gracia illustri regi Hongarie, domino ipsorum naturali, Capitulum ecclesie Chanadiensis, oraciones in domino, pro ipsius vita pariter et salute, literas vestre serenitatis maiori Sigillo suo consignatas recepimus honore cum decenti in hec verba, Lodouicus dei gracia, Rex Hongarie fidelibus suis Capitulo ecclesie Chanadiensis, Salutem et graciam, Noueritis, quod nos attendentes in uiolabilem fidem et fidei puritatem magistri Benedicti fili pauli fili Heem Cummitis nostri posoniensis, nec non fidelitates et obsequiosa eiusdem merita, quibus abeuo primeue nostre etatis tempore, quo Regio dyademate Jure et ordine geniture, nobis debito sumus redimiti, continue nostre maiestatis vestigia in mitendo sudorosasque labores et onera expensarum subeundo, agilitate Strennua et continua operum adieccione non parcens rebus nec persone nostre laudabiliter studuit cumplacere maystati, et se preceteris suis cuetaneis reddere graciosum utique et acceptum, licet idem pro tantis suarum uirtutum et seruiciorum meritis multa maiora antidotum premia anobis meretur in recompensacionem tamen suorum premissorum suorum (igy) obsequiorum aliqualem, Quasdam possessiones nostras Kuespataka, Sekaspataka, et Voya vocatas, ac medietatem cuiusdam possessionis Bachtiuesse nuncupate in Comitatu de Karasso existentes, a magistro Johanne bisseno condam Comite et Castellano de ouar, pro tribus milibus et quadringentis florenis per nos emtas, et comparatas, cum omnibus earum vtilitatibus et utilitatum quarumlibet integritatibus, ac pertinencÿs vniuersis sub hÿsdem suis ueris metis et antiquis, quibus eedem abolim habite extiterunt et possesse, noue nostre donacionis titulo, dedimus, donauimus et contulimus, prefato magistro Benedicto, et per eum Nicolao et Petro vterinis, ac ladislao filio Johannis patrueli fratribus suis ipsorumque eredibus et posteritatibus vniuersis, iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, Jure ecclesie Colocensis et alios (igy) quorumconque

saluo remanente in eisdem, Superquo fidelitati vestre, firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael dictus Bobal de Veÿtth, uel Nicolaus filius Johannis de Zlatinch[1]) aut Nicolaus filius andree de Kerestes, seu magistri ladislaus filius posa, siue Blasius frater eiusdem de Sceer, uel donch de Machadonia, aut lucasius filius Nicolai de Nyarag siue Paulus filius Kiliani, an Dyonisius filius Nicolai alÿs absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum, uicinis et cometaneis earundem vndique conuocatis accedendo, easdem reambulet perueras suas metas et antiquas, nouas metas vbi necesse fuerit erigendo, reambulatasque et ab aliorum possessionibus metaliter separatas statuat, predictas magistro Benedicto et fratribus suis, premisse noue donacionis nostre titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, eiosdem contra prefatos magistros, Benedictum et fratres suos, in nostram citet presenciam, ad terminum competentem, et Post hec ipsius possessionarie reambulacionis et statucionis seriem cum cursibus metarum uel nominibus contradictorum si qui fuerint et citatorum cum termino assignato nobis fideliter rescribatis, Datum Bude in festo conuersionis sancti pauli apostoli, Anno domini M^mo CCC^mo LX^mo tercio. Nos igitur preceptis vestre serenitatis in omnibus obedire cupientes ut tenemur, vna cum predicto Nicolao filio andree de Kerestus homine celsitudinis uestre nostrum hominem fidedignum, videlicet magistrum petrum ecclesie sancti saluatoris canonicum, pro testimonio transmisimus ad premissa mandata vestra fideliter exsequenda, Qui postmodum inde ad nos reuersi, nobis concorditer retulerunt per nos requisiti, quod ipsi sabato proximo ante dominicam oculi proxime nunc preterita (igy) pariter accessissent ad faciem prescripte possessionis Kwuespataka, in dicto comitatu Karaso existentis, cunuocatisque uicinis et commetaneis suis vniuersis et eisdem presentibus dum eandem per suas veras metas et antiquas reambulare reambulatamque predicto magistro Benedicto filio pauli fili Heem et per eum

[1]) Helyesebben Zlawotynch.

Nicolao et petro vterinis ac ladislao patrueli fratribus suis, et ipsorum heredibus iure premisso statuere uoluisset, petrus filius stepani famulus et oficialis venerabilis in christo patris, domini Thome archiepiscopi Colocensis, in persona eiusdem domini sui, ipsos non a reambulacione, sed a statucione et metarum ereccione vsque ad quendam montem f e k e t e h e g vocatum, et usque ad duas uias K e t k e r e s t u t vocatas prohibuisset, quem quidem dominum Tomam archiepiscopum, idem homo vestre celsitudinis, presente eodem nostro testimonio, eodem die et loco, contra annotatum magistrum Benedictum solum, ad vestre magnitudinis presenciam citauisset, octauas festi passe domini proxime nunc venturas, partibus predictis pro termino coram vestra maiestate comparendi asignando, Item feria secunda proxima post annotatam dominicam oculi, Idem vestre excellencie et noster homines accessissent ad faciem prelibate possessionis Z e k a s p a t a k a nominate, in eodem comitatu Karaso adiacentis, similiter uicinis et commetaneis eiusdem vniuersis legitime cum vocatis, et eisdem presentibus, per suas veras metas et antiquas reambulando, nouas metas iuxta veteres erigendo, et abaliorum possessionibus vndique distinctam et separatam, prefatus homo vestre serenitatis presente eodem nostro testimonio statuisset prescripto magistro Benedicto, et per eum Nicolao et petro uterinis, ac ladislao filio iohanis patrueli fratribus suis, superius nominatis, titulo donacionis anotate, penitus nulla contradiccione existente, Mete autem quibus dicta possessio Z e k a s p o t a k a, ab aliorum possessionibus separatur et distinguitur, prout ydem vestre excellencie et noster homines retulerunt hoc ordine protenduntur, quod prima meta incipit aplaga orientali aparte cuiusdam montane Z e k a s b a n i a vocate, super vnum montem Berch vocatum, vbi esset vna antiqua meta terrea iuxta quam erexissent aliam de nouo, Inde in eodem Berch satis perlargum (igy) spacium procedendo venissent ad aliam metam Terream, secus quam erexissent aliam de nouo, vlterius ad hoc Super eundem Berch eundo, secus quandam paruam uiam venissent ad quendam potak, N i a r a s t y a f e u vocatum vbi esset vna antiqua meta terrea, penes quam posuissent aliam de nouo, ahinc in eodem Berch ad partem meridionalem

reflectendo parum percurendo esset vna antiqua Meta terrea, penes quam erexissent aliam de nouo, que separaret a filio Zekul, Inde descendit de Ipso Berch ad Zekaspataka supradictum, abhinc procedendo assendisset super vnum Berch ad partem occidentalem Supradictam ad quemdam locum Ketsapanus kuzÿ vocatum, vbi in vertice eiusdem Berch essent due mete antique terree Juxta quas erexissent terciam de nouo, ab inde de ipso Berch descendendo iungit quendam riuulum sapanus vocatum, iuxta quam esset vna antiqua meta terrea, penes quam erexissent aliam de nouo, de hinc iterato ad quendam berch assendendo in vertice cuius esset vna antiqua meta terrea, iuxta quam posuissent aliam de nouo, que quidem mete ad plagam meridionalem separarent ad Karassofeu, ad partem vero occidentalem ad Sekas Supra dictum, Inde in eodem Berch currit ad quendam locum petermagala vocatum vbi esset vna antiqua meta terrea, circa quam erexissent aliam de nouo, vlterius in eadem Berch aliquantisper procedendo iungeret quendam alium locum peterlabratmagalaia vocitatum, vbi esset vna antiqua meta terrea, secus quam erexissent aliam de nouo, Inde in eodem Berch ad partem septemtrionalem vergendo, et modicum pergendo iungeret vnam metam terream, penes quam erexissent aliam de nouo, abinde ad huc in eodem Berch versus eandem plagam modicum currendo in uenissent tres antiquas metas terreas, iuxta quas erexissent quartam de nouo de hinc ad huc Super ipsum Berch modicum vlterius pergendo esset vna antiqua meta terrea, circa quam erexissent aliam de nouo, quam scilicet mete ad partem septemtrionalem separarent nobilibus, ad plagam vero orientalem secarent ad Zekas Superius nominatum, de hinc vlterius in eodem Berch pergendo venissent supra dicta montana Sekasbana vocata, ibique invenissent vnam antiquam metam terream, iuxta quam acumulassent aliam de nouo, que quidem mete ad dictam partem septemtrionalem separarent ad dictam Sekasbana, ad partem vero meridionalem ad Zekas nominatum, ibique terminantur mete possessionis Sekaspataka Supra dicte. preterea feria quarta proxima similiter post annotatam dominicam Oculi proxime elapsa accessissent ad faciem iam nomi-

nate possessionis V o y a in eodem comitatu Karaso adiacentis, similiter vicinis et commetaneis eiusdem legitime conuocatis et eisdem presentibus, per suas veteres metas, et antiquas iuxta quas nouas erigendo metas reambulassent reambulatasque ab aliorum possessionibus, preter quandam terre particulam, exparte c a s t r i I l i e a d, et quandam silvam, sicut inferius exprimitur super facto metarum dissessio extitisset, separatam, et distinctam, prefatus homo vestre magnitudinis presente nostro testimonio, prenominato magistro Benedicto, et fratribus suis Supra dictis per easdem prescripte donationis titulo, perpetuo possidendam statuisset, Mete autem quibus eadem possessio V a y a ab aliorum possessionibus separatur et distinguitur, prout idem vester et noster homines retulerunt et nobis in scriptis reportauerunt hoc ordine protenduntur, quod prima meta incipit aplaga septemtrionali in quodam loco vbi Z i c i p a t a k a cadit in fluuium Karasso, vbi eciam quidam alter riuulus d o b o k a p a t a k a nominatus cadit in ipsum riuulum Z i c i p a t a k a Inde in ipso d o b o k a p a t a k a asendendo incipit tenere commetaneitatem cum filio posa versus plagam orientalem, per largum spacium eundo, veniret ad caput ipsius patak, Inde ad quoddam Berch assendendo in vertice ipsius Berch essent due antique mete terree, circa quas erexissent terciam de nouo, ab hinc ad eandem plagam orientalem pergendo venissent ad quendam campum vbi essent due antique mete terree, secus quas erexissent terciam de nouo, hinc de ipso Berch ascenderet ad vnam vallem wlgo patac vocatam, in qua essent due antique mete terree, penes quas posuissent terciam de nouo, ab inde versus partem meridionalem reflectendo veniret ad quendam montem Berch nominatum in uertice cuius invenissent vnam antiquam metam terream, secus quam acumulassent aliam de nouo, vlterius in eodem berch currendo iungeret vnum campum in quo essent due antique mete terree penes quas posuissent terciam de nouo, inde ad huc ad eandem plagam per bonum spacium eondo iungeret quoddam rubetum volgo Cher vocatum, in cuius latere essent due antique mete terree, circa quas erexissent terciam de nouo, inde vlterius pergendo veniret ad quoddam fenetum in quo existerent tres antique mete terree, quarum vna sepa-

raret filis posa, secunda ad v o y a, tercia vero ad territorium C a s t r i I l i a d vocatum, vlterius pergendo incipit tenere cummetaneitatem cum territorio ipsius castri I l i a d vbi Kenezÿ holahorum ad ipsum castrum pertinentes, quia metas ipsius territorÿ magis extra quam pretactus magister petrus sua et ipsius magistri Benedicti et fratrum ipsorum prescriptorum in personis fore asseruissent, ideo inibi in ipsarum metarum ereccione contendare (így) non potuissent, quos tamen citare propter earundem mansionis seu residencie incertitudinem noluissent, sed vestre maiestatis deliberacioni commisissent, de quo quidem campo exeundo iungeret vnam siluam f o r a t l a n [1]) vocatum vbi ipsi kenesÿ et magister petrus in posicione metarum concordare non potuissent et similiter citacione posttergata eodem modo deliberacioni vestre serenitatis ad vestram presenciam prorogassent, in ipsaque silua per largum spacium currendo, venerunt ad commetaneitatem filiorum posa iungeretque sex antiquas metas terreas, continue post sese existentes, ab eisdem filÿs posa separantes, circa quas erexissent singulas nouas metas terreas, vlteriusque in ipsa silua currendo in exitu eiusdem essent due antique mete terree, penes quas erexissent terciam metam de nouo, ad (így) hinc ad partem occidentalem trans eondo iungeret quoddam fenetum in quo essent due mete terree, secus quas erexissent terciam de nouo, abinde vlterius pergendo veneret ad finem cuiusdam patak T i u a d a r b a r a vocatum, ibique ipsum patac cadit in fluuium Karasso et sic terminantur mete possessionis supranominate, postremoque feria sexta proxima post eandem domminicam Oculi accessissent ad predictam dimidietatem ipsius possessionis B a c h T i u i s s e vocate similiter in dicto commitatu Crasso existentis a parte occidentis cuiusdam vallis siluati, conuocatisque uicinis et commetaneis eiusdem legitime factis et eisdem presentibus per suas veras et antiquas metas, de pertinentibus (így) ad possessionem E r s o m l i a et a stepano filio Bede separantes et distingentes, nouis metis iuxta ueteres erectis, reambulassent, reambulatamque et ab aliorum possessionibus distinctam cum omnibus suis vtilitatibus et perti-

[1]) Inkább: foiatlan.

nencis quibuslibet idem homo vestre excellencie presente eodem nostro testimonio, prefato magistro Benedicto et suis fratribus superius anotatis, prescripte donacionis Titulo statuisset perpetuo possidendam tenendam pariter et habendam, nullo penitus contradictore existente. Et prefatus homo noster omnia premissa et premissorum singula eo modo sicut idem homo nostre (igy) celsitudinis coram nobis consequenter afirmauit. Datum feria quarta proxima post dominicam Judica anno domini Supradicto.

(*Kivül:* Domino Regi, pro magistro Benedicto filio Pauli fili Hem, in facto possessionis Kuespatak, et aliarum possessionum interius expressarum, reambulatorie et contra venerabilem in christo patrem dominum Thomam Colocensem, ad Octauas festi Passce domini citatorie).

(Eredetije hártyán a magy. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán pecsét nyoma, de függőpecsét átmetszései is látszanak. — Folyószám 1404.).

40.

1363. május 18-án.

Lodovicus dei gracia Rex Hungarie fideli suo, magistro ladislao filio pouse de Zeer, Salutem et graciam, dicit nobis Mykch filius finta de Zakalar in sua ac Blasy carnalis fratris sui, nec non Mychaelis Lucasy et Nicolai filiorum dicti Blasy personis, quod magister Ladislaus filius Zubunya Comes de K e v e et Gregorio ac Mychaele vice Castellani eiusdem de Ilyed Jobagiones eorum de Kuuesd propria eorum cum potencia ad villam Illyeed moraturos deducti fecissent ac magnam particulam terre et prata dicte possessionis Kuuesd et vnum fenile iam dicte possessionis Z a k a l a r quibus temporibus Johannis filÿ Heuch Thome de Kartal et dicti magistri pouse patris vestri ac vestro aliorumque quam plurimorum condam Castellanorum dicti Castri pacifice vsi fuissent, et in eorum dominio sine contradiccione extitissent, occupassent et perarari ac defalcari fecissent et nunc facerent violenter, vnde cum nos de hÿs per vestram fidelitatem cercius velimus edoceri, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, de premissis vnacum Mychaele fratre Wluengi homine nostro speciali, iuxta vestram fidem deo debitam et fidelitatem nobis et

sacro nostro dyademati obseruandam de premissis inuestigando sciatis ēt inquiratis omnimodam veritatem, posthec prout exinde vobis veritas constiterit, vel constat nobis fideliter in vestris et Capituli Chanadiensis litteris rescribātis. Datum in Visegrad in Octauis festi Ascensionis domini Anno eiusdem M° CCC° LX° tercio.

(*Kivül:* Fideli suo magistro Ladislao filio Pouse de Zcer).

(Papiron; zárlatán veres viaszba nyomva meglehetős ép gyürüpecsét, alatta e szavak: »Commissio domine Regine.« Eredetije Keszthelyen, gr. Festetics-család levéltárában: Ignota miscellanea 46.)

41.

1363. június 29-én.

Nos māgister Laurencius filius dominici Castellanus de Haram et vice Comes de Krassow, Judicesque nobilium de eodem Comitatu, damus pro memoria, quod Johannes filius Petri de Chatar ad nostram accedendo presenciam in sua per modum Inhibicionis significauit in hunc modum quod Jobagiones Petri fily Chulnuc vterorum hospites de Chatar, Igitur a nobis hominem nostrum postulauit, ad prohibendum, Nos uero iust*is* petition*is* eius annuentes Nicolaum filium Bartholomei de farkasfalva ad premissa prohibenda fideliter transmisimus, qui demum homo noster ad nos reuersus nobis dixit quod ad faciem dicte possessionis accessisset quod in dicta facie possessionis accessisset Chatar et Jobagiones Petri fily Chulnuk ab vsu et utilitate *b*ossessionis eiusdem Johannis fily Petri prohibuisset et inhibuisset. In Cuius prohibicionis eidem Johanni nostras literas concessimus iusticia requirente Datum in Haram feria quinta proxima post festum beati Ladislai regis Anno domini M° CCC^mo LX^me Tercio.

(*Kivül:* Pro Johanne filio Petri de Chatar contra Jobagiones Petri fili Chulnuk de eadem Chatar vocatam ab vsu et utilitates Jobagionum eiusdem Petri prohibicionales).

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Három pecsét nyomával. Elég jó irás, de a fogalmazat zavaros).

42.

1363. deczember 9-én.

Magnifico viro domino Nicolao Kont palatino et Judici Comanorum domino et amico eorum reuerenciam, Capitulum ecclesie Orodyensis Amiciciam cum Honore paratam, Magnitudinis vestre literas amicabili cum reuerencia noueritis Nos recepisse in hec uerba, Amicis suis honorandis, Capitulo ecclesie Orodiensis, Nicolaus Kont Regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum, amiciciam paratam debito cum honore, amiciciam vestram presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius petri de Chatar uel petrus filius Kazmer, aut Stephanus filius Nicolai de . . . aren? alÿs absentibus homo noster, citet laurencium filium Hem fily rach contra dominicum filium Iwan de Gyuluez nostram in presenciam ad terminum competentem, et partibus diem et locum ipsius citacionis et nomina citatorum cum termino assignato nobis amicabiliter rescribatis. datum in vysegrad in quindenis festi beati Mychaelis archangeli anno domini M° CCC^mo LX° tercio. Nos igitur uestris peticionibus amicabiliter inclinati cum petro filio Kazmer Homine uestro predicto Stephanum chori nostri clericum pro testimonio fidedignum ad ipsam citacionem exercendam duximus dirigendum qui deinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt requisiti quod ipsi accedendo annotatum laurencium filium Heym in O z y a g possessione sua sabbato proximo post festum beati andree apostoli proxime preteritum contra prefatum dominicum filium Iwan, ad uestre citassent presenciam magnitudinis, octauas diei strennarum nunc uenturas eidem pro termino assignato, datum quinto die diei citacionis predicte, Anno in predicto.

(*Kivül:* Domino palatino pro dominico filio Iwan de Gyuluez contra laurencium filium Hem de Ozyag, ad octauas diei strennarum Citatorie).

(Balszélén: Pro *a* Stephanus filius dominicy cum Chanadiensi, pro *i* Nicolaus filius Iwan de Sar cum Wesprimiensi ad . . . . . super facto possessionis Z e u r e n d, Bokrand, Ozyag et medietatem Egres d . . . . e).

(Eredetije vízfoltos papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Folyószám 1393. Zárlatán pecsét).

43.

1364. január ~~8-án~~. 15-én. Strenae = Jan. 1

Nos Nicolaus Kont. Regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum, Damus pro memoria Quod causam quam Dominicus filius Iwan de Gyuluez, pro quo Stephanus filius dominici cum literis procuratorÿs Capituli ecclesie Chanadiensis astitit, contra Laurencium filium Heym fili Rach de Ozyagh, pro quo Nicolaus filius Iuan de Saar cum procuratorÿs literis Capituli ecclesie Wesprimiensis comparuit, Juxta continenciam literarum, Capituli ecclesie Orodiensis citatoriarum in octauis diei Strennarum mouere habebat coram nobis, Quia procurator prefati Dominici actorem eiusdem in facto possessionario declarabat, procuratorque annotati Laurencÿ se in tam ardua causa irrequisito eodem Laurencio ad presens respondere non posse iudicabat, Ideo ad octauas festi beati Georgy martiris nunc venturas statu in eodem duximus perhemptorie prorogandam, Datum in Wissegrad octauo die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^mo LX quarto.

(*Kivül*: Pro dominico filio Iwan de Gyuluez contra Laurencium filium Heym de Ozyagh ad octavas festi beati Georgÿ martiris procuratoria).

(Oldalvást: Pro *a* Jacobus dictus Bogar, cum Chanadien. pro *i* Blasius filius Pauli cum Wesprimien).

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 1410.).

44.

1364. január 31-én.

(L)Odouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque Rex, Princeps Sallernitanus, et honoris montis sancti Angeli dominus, Omnibus christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Salutem in Omnium saluatore, Sicut ad regiam pertinet excellenciam vnicuique promeritis condigna dare beneficia premiorum, sic peripsum prius rite donata muniminis beneficio debet solidare, vt perreuocacionis titulum ea inconcussa permaneant quo suis temporibus excelsi

principes statuerunt, Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, Quod magister Benedictus filius Pauli fily Heym Comes noster Posoniensis sua inpersona adnostre celsitudinis veniens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes maiori Sigilli nostro in vzura casualiter deperdito consignatas super donacione quarumdam possessionum Sekaspathaka voya et Kwesdpathaka vocatarum, ac medietatis cuiusdam possessionis Bachituusse[1]) nuncupate in Comitatu de Crasso existencium, Amagistro videlicet Johanne bisseno protribus Milibus et quadringentis florenis per nos emptarum sicque per nostram maiestatem pro meritorÿs seruicys eiusdem magistri Benedicti sibi et filio suo perpetuo facta, confectas, tenoris infrascripti, supplicans nostre Regye excellencie humiliter et deuote, vt easdem literas nostras et collacionem possessionum predictarum ineisdem expressam acceptare, approbare, ratificare, et pro eodem, suoque filio, noui Sigilli nostri appensione dignaremur confirmare, Quarum tenor talis est.

(Lásd Nagy Lajos király Visegrádon 1361. szent Márton utáni nyolczadán kelt levelét).

Nos itaque supplicacionem eiusdem magistri Benedicti in premissis nobis porrectam tamquam iustam et iuri consonam fore attendentes, seruicÿs eciam, et fidelitatibus suis in reminiscenciam nostre reductis celsitudinis pretactas literas nostras omni prorsus suspicione carentes, presentibus deuerbo aduerbum insertas simul cum collacione dictarum possessionum intenore earundem expressis, de beneplacita voluntate et consensu Serenissime principisse domine Elizabet Regine Hungarie genetricÿs nostre karissime, Acceptamus, approbamus, ratificamus et de plenitudine nostre Ragalis (igy) potestatis perpetuo valituras confirmamus presentis Priuilegÿ patracino (igy) mediante, Saluis Juribus Alienis, Incuius confirmacionis nostre testimonium firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras Priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri noui dupplicis muninime roboratas, Datum per manus venerabilis in christo patris domini Nicolai

[1]) Egy másik 1364. évi példányban: Bastiuisse.

archyepiscopi Strigoniensis locique eiusdem Comitis perpetui dilecti et fidelis nostri. Anno domini M^mo^ CCC^o^ Sexagesi^mo^ quarto Sexto nonas februarÿ, Regni autem nostri vicesimo tercio, venerabilibus in christo patribus et dominis, eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wglino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, et Elya Ragusiensi archyepiscopis, Demetrio Waradiensi, Dominico transilwano, Colomano Jauriensi, Ladislao Wesprimiensi, Stephano Zagrabiensi, Regnique Sclauonie vicario generali, Dominico Chanadiensi, Mychaele Agriensi, vilhelmo Quinqueecclesiensi, Johanne Wachyensi, Petro Boznensi, fratribus Stephano Nitriensi, Thoma Syrimiensi, Johanne Tyniniensi, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Stephano farensi, vallentino Macariensi, Matheo Sibinichensi, Mychaele Scardonensi, Portiua Sceniensi, ecclesiarum Episcopis, Ecclesias dei fideliter (így) gubernantibus, Magnificis viris Nicolao Konth palatino, Dyonisio Woyuada, Comite Stephano Bebek Judice Curie nostre, Johanne magistro Thauarnicorum nostrorum Nicolao de Zeech Dalmaciae et Croacie, Nicolao de Machou Banis, Petro Zudar Pincernarum, Paulo Dapiferorum, Emerico agazonum, Johanne Janitorum magistris, ac eodem magistro Benedicto Comite Posoniensi alysque quampluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

(Eredetije hártyán a m. nemz. Múzeumban. Kisfaludy levelek. A függő pecsét elveszett. Egy másik szórul szóra megegyező példányról, — mely szintén e gyüjteményből a Múzeumban őriztetik, zöldvörös selyemről még a pecsét töredéke csüng. Egy harmadik 1364. évi átiratról a függő pecsét elveszett, zöldvörös selyme még megvan.)

45.

1364. május 3-án.

Nos Capitulum ecclesie Chanadiensis tenore presencium Significamus vniuersis quorum interest memorie commendantes, quod Dionisio filio Nicolai de V r u z a p a t i pro magistro Petro filio Pauli fily Hyem de Remetee, cum sufficientibus litteris procuratorÿs magnifici viri domini Nicolai Kuntht Regni Hun*a*garie palatini et Judicis Comanorum ab vna, et Nicolao Ordas dicto de O l s o w H a l i m b a parte ab altera coram

nobis personaliter constitutis, per eundem Dionisium filium Nicolai nomine procuratorio propositum extitit et relatum, quod quia idem Nicolaus Ordas dictus quoddam priuilegium super facto cuiusdam possessionis Chernewch vocate in Comitatu de Karassow existentis confectum, eidem magistro Petro in specie dedisset et assignasset ob hoc ipse magister Petrus eidem assumpsisset se firmiter ad hoc obligando, quod si ipse dictam possessionem Chernewch vigore ipsius priuilegi a domino Rege pro se obtinere poterit et valebit extunc Sexagesimo die cum in pleno dominio ipsius possessionis foret et extiterit, Centum florenos eidem Nicolao, uel si ipsum medio tempore domino sic volente de medio decedere contingeret suis posteris dare et soluere coram nobis teneretur, duplum incursurus si secusfacere quoquomodo attemptaret in premissis, Insuper autem idem Petrus filius Pauli vnum Molendinum cum vna rota in fluio Borza habitum, a data presencium per septem Annos integros ad vtendum dedisset et commisset (így) ita videlicet quod infra predictum tempus predictum Molendinum ab eodem Nicolao vel suis posteris re habere sew affere non possit et non valeret modo aliquali, Si uero aliquis dictum Molendinum ab eo*n*dem Nicolao affere conaretur tunc ipse Petrus prius decem Marcas deponere deberet et sic ipsum Molendinum auffere possit a Nicolao et suis posteris prenotatis, Conpletis autem ipsius septem annis, ipse Nicolaus Ordas dictus dictum Molendinum eidem Petro deberet et teneretur resignare absque contradiccione et reclamacione aliquali. Ad quod idem Nicolaus se personaliter pretactus vero Dionisius eundem Petrum filium Pauli auctoritate procuratoria obligarunt coram nobis, Datum in festo exaltacionis sancte Crucis anno domini M° CCC° LX quarto.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Múzeumi folyószám 1407. Hátán a pecsét nyomával).

46.

1364. május 4-én.

Nos magister Laurencius filius dominicy Castellanus de Haram et vice Comes Comitatus de Crassow Judices

nobilium de eodem damus pro memoria Quod dionisius filius Nicolay de Maius ..... in sua et pro magistro petro filio magistri Heym in persona ad nostram accedens presenciam modo protestatorio significare curarat in hunc modum, quod Petrus filius Michaelis fily Hag dum Judex de Kuuest fuisset in persona magistri ladislai fily Zobonia idem magister Petrus ad suam possessionem potencialiter venisset, superior Raunam nominatam et vnum equum in sua propria potencia potencia (kétszer) recepisset et ipsam possessionem dictam in suo facto predasset, Secundario super Jobagiones eiusdem magistri Petri tres marcas Scekas (így) recepisset in sua propria potencia, Igitur ad huius rey ueritatem a nobis sibi dari nostrum hominem postulauit. Nos uero Benedictum filium Petri de Zagatag fideliter ad premissa duximus transmittendum qui dictus homo noster ad nos reuersus nobis dixit de premissis quod talem scitus ueritatem pallam et oculte Cuiusuis status pro ueritate resciuisset sic fuisse et fecisse per predictum Petrum, filium Michaelis, Datum in Mezew Somliov Sabbato proximo post diem ascensionis domini, Anno domini M° CCC° LX quarto et possessionem Suran penitus anihilasset et domos eiusdem ville destruxisset.

(*Kivül:* Pro magistro Petro filio Heem contra magistrum petrum filium Michaelis fily Hag (Pag) super recepcione vnius equi et tres marcas Inquisicionales).

(Eredetije szakadozott papiron a Kállay-család ltárában. Hátán három pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 1408.).

47.

1364. június 27-én.

Nos magister magister (így) Laurencius filius dominicÿ fily Zouard Castellanus de Haram et vicecomes Comitatus de Crassow Judicesque nobilium de eodem Memorie commendamus, Quod Michael filius Petri de Chure ab vna parte vero exaltera Jacobus filius Johannis gener Andree fily nigas coram nobis personaliter constituti, per eundem Michaelem propositum extitit ministerio viuenocis pariter et relatum, quod in quibusdam necessitatibus ipsum ad presens

urgentibus quadam (így) possessionariam porcionem suam Teryen uocatam in Comitatu de Crassow existentem, quamquidem possessionariam et porcionem suam prelibato Jacobo inpignorauit ymo inpignorauit coram nobis decem marcÿs computi istius terre plene persolutis et habitis eomodo usque donec eidem Jacobo dictas decem marcas pretaxatas Michael reddetur Jacobus liberam habeat vtendi et frucus (így) eiusgem percipiendi facultatem, tali eciam obligacione mediante, quod si aliquis prelibatum Jacobum super dictam possessionem Termen[1]) molestare niteretur extunc idem Michael cum rebus et personi (így) expedire teneatur. Sic eciam quia preter duas mansiones super dicta possessione non erant quicunque in processu ipsorum libarere (?) possit extunc illos homines quos idem Jacobus duxisset ad suam porcionem habeant ducendi tali eciam obligacione quod adata presencium usque quindecimum diem iuxta migrare et formam comitis parochialy et iudicum nobilium ad Capitulum ecclesie Tytuliensis accedere teneantur et literas dicti Capituli dare teneatur Tali obligacione Interserta quod si prenotatus Michael In premissis non non (így) staret extunc salua parte iudicÿs incurreret penam dupli, idem Michael spontanea coram nobis obligauit uoluntate, datum In Haram, in festo beati Ladislai regÿ (így) Anno domini M° CCC° LX^mo quarto.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Három pecsét a levél hátán. Múzeumi folyószám 1409.).

48.

1364. június 29-én.

Nos magister Laurencius filius dominicy Castellanus de Haram et vicecomes Comitatus de Crassow Judicesque nobilium, de eodem, damus pro memoria quod Laurencius filius Heym in sua ad nostram accedens presenciam per modum protestacionis significare curauit in hunc modum quod Georgius et Vybar famuli Johannis dicti dorman vicecastellani de Crassowfew Sabato proximo nunc preterito ante festum beati Barnabe apostoli tres Jobagiones suos videlicet Raduz-

[1]) A két helynév nem egyformán van irva.

low nexse et Salamonem dictos de communi forro videlicet de Mezew Somliow versus domum ipsorum pergere uoluissent intra metas eiusdem possessionis Ozioag uocatam peruenissent prenotati Georgius et Vybar more latrocini contra ipsos irruissent et spoliassent bona eorum ab eisdem recepissent et Raduzlow sclauum crudeli neci tradidissent Nexsam et Salamonem letalibus vulneribus vlnerando relinquissent ad huius rei videre cer*tu*tudinis a nobis sibi dari nostrum hominem postulauit Nos uero Johannem filium Gregory et Ladislaum filium Jacobi de Chernewch ex nobis ad premissa exsequenda duximus transmittendum qui demum ad nos reuersi dixit nobis quod hec premissa ab omnibus hominibus cuiusuis status pro ueritate sic sciuissent per predictos Vybar et Georgium fecisse, Datum in Mezew Somliow in festo beatorum petri et pauli apostolorum anno domini M° CCC^mo LX^mo quarto.

(*Kivül:* Pro Laurencio filio Heym contra Georgium et Vybar super latrocini*um* et interfecci*one* Raduzlow et contra Johannem dictum dorman Inquisicionales).

(Eredetije papiron saját gyüjteményemben, öt pecsét nyomával).

49.

1364. július 25-én.

Nos Nicolaus Konth Regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum, damus pro memoria, quod in Congregacione nostra generali vniuersitati nobilium et alterius status et condicionis hominum, feria secunda proxima ante festum beati Jacobi apostoli prope Ciuitatem Mezewsomlyou celebrata, Nicolaus Johannes et Andreas fily Johannis fily Georgÿ de Zlawotynch, de medio ceterorum consurgendo, per modum protestacionis et prohibicionis nobis declararunt, quod Stephanus dictus Sulyuk, Johannes Thomas et demetrius fily Mathey Kenezÿ de Komÿan, quandam terre particulam, quam quidam riuulus wrwystapataka nominatus possessioni ipsorum Zlawotÿnch vocate separare dinoscitur, vterentur et vti facerent per ad ipsos pertinentes incessanter vsus fructus et vtilitates quaslibet percipiendo et percipi faciendo, vnde

huiusmodi protestacione facta, eosdem Stephanum Johannem Thomam et demetrium, ab vlteriori vsu et vtilitatum quarumlibet premisse terre particule percepcione et percipi faccione, prohibuerunt, contradicendo et contradixerunt inhibendo coram nobis testimonio presencium mediante, datum quarto die Congregacionis nostre memorate in loco annotato, Anno domini M^mo CCC^mo LX^mo quarto.

(*Kivül:* Pro Nicolao Johanne et Andrea filÿs Johannis de Zlavatynch, contra Stephanum Johannem Thomam et Demetrium Kenezios de Komÿan protestatorie et prohibitorie).

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyomával. Folyószám 1463.)

50.

1364. július 26-án.

Nos Nicolaus Kont regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum damus pro memoria quod in congregacione nostra generali vniuersitati nobilium Comitatus de Krassou feria secunda proxima ante festum beati Jacobi apostoli prope Civitatem Mezeusomlov celebrata Petheu filius Bartholomei de farkasfalva de medio aliorum exsorgendo proposuit tali modo Quod nobilis domina Clara vocata filia Nicolai fily Symonis consors farkasÿ fily Bartholomei fratris sui post (obitum) dicti fratris sui ipso domi non existente omnia bona videlicet quatuor equos bonos, sex boues, quatuor vaccas sexaginta oves et quadraginta scroffas nec non clenodia domus vnum scrinium ac lectisternia domine matris sue que de patre et matre et dicto fratre suis remansissent ad possessionem Nicolay fily Nicolai de Teyed asportasset Ibique Johanni filio Balase fily Nicolai legeromana se in consortem coniunxisset insuper triginta tres marcas dicti fratris sui quas Idem frater suus pro expedicione cuiusdam cause seruasset simıliter asportasset in quo facto sexaginta marcarum dampna sibi intulisset, quo percepto Tompa filius Andree de Bayton in persona eiusdem domine Clare cum nostris literis procuratorÿs exsurgendo (respon)dit exaduerso Quod ipsa domina Clarra in totali premissa accione et acquisicione ipsius Petheu

innocens esset penitus et in*m*unis, unde quia prefatus Petheu filius Bartholomei accionem suam annotatam nullo euidenti documento declarabat nec in futurum declarare assumpmebat per nos legitime requisitus pro eo nos comisimus Quod prefata nobilis domina Clara vocata in octavis festi beati Mychaelis archangeli nunc proxime affuturis in ecclesia beate virginis in v i l l a G a y constructa presente testimonio Capituli ecclesie Tytulensis per ipsam dominam inibi ad ducendo, quod per ipsum Capitulum presencium serie ad id amicabiliter transmitti postulamus sola sua in persona super eo quod ipsa in totali premissa (acci)one et aquisicione ipsius Petheu innocens et inmunis existat sacramentum prestare Et tandem ipsius Juramenti seriem in octavis festi beati Martini confessoris in literis dicti Capituli ecclesie Tytulensis partes nobis reportare teneantur, Datum quinto die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini M^mo^ CCC^mo^ LX^mo^ quarto.

(*Kivül*: Pro Petheu filio stb.)

(Eredetije foszlányos és vízfoltos papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 1411.)

51.

1364. július 27-én.

Nos Nicolaus Kont Regni Hungarie palatinus et Judex Cumanorum, damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali vniuersitati nobilium Comitatus de Crassow feria secunda proxima ante festum beati Jacobi apostoli prope C i u i t a t e m M e z e v s o m l y o celebrata magister petrus filius pauli de Remete de medio aliorum causancium exsurgendo proposuit tali modo, quod ipse Gregorio de Chernech vnum Crinale pro decem marcis fini argentei (így) comparatum et vnum Baltheum pro tribus marcis obligasset, et dum ipse quandocunque tempore predictos Crinale et Baltheum pro ipsis tribus marcis redimere voluisset nunquam sibi restituere curasset vnde nunc a Johanne filio suo eosdem rehabere vellet instancia requirente Quo audito predictus Johannes filius Gregory pariter exsurgendo respondit exaduerso, quod ipse Crinale et Baltheum apud ipsum in pignore in specie haberetur quod

non ad presens sed in termino vlteriori per nos sibi Legitime asignando eidem magistro petro pro ipsa pecunia qua circa ipsum haberentur coram nobis restituere promptus esset et paratus nisi de predicta sua pecunia pro qua ipsum Crinale et Balteus apud ipsum pro pignore haberetur sibi satisfaccio fieret per magistrum petrum prenotatum vnde nos antedictis parcium proposicionibus ipsisque partibus volentibus ad Judicantes commisimus quod prefatus Johannes filius Gregory in congregacione nostra generali vniuersitati nobilium Comitatus Orodiensis proxima per nos celebranda ipsum Crinale et Baltheum in specie coram nobis presentare et exhibere teneatur, quibus presentatis Judicium et instanciam facere valeamus inter partes prout fuerit oportunum Datum sexto die congregacionis nostre predicte in loco memorato Anno domini M^mo CCC^mo LX^mo quarto.

(*Kivül:* Pro magistro petro filio pauli de Remete contra Johannem filium Gregorÿ ad congregacionem nostram generalem vniuersitati nobilium Comitatus Orodiensis proxime per nos celebranda prorogatorie). Alább: reus non venit.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Múzeumi folyószám 1452.)

52.

1364. július 28-án.

Nos Nicolaus Konth Regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum, damus pro memoria, quod in congregacione nostra generali vniuersitati nobilium et alterius cuiusuis status et condicionis hominum, feria secunda proxima ante festum beati Jacobi apostoli prope Civitatem M e z e w s o m l y o w celebrata, Andreas dictus Torma, filius Johannis de Z l a n o t ÿ n c h, de medio vniuersorum exsurgendo proposuit talimodo, quod demetrius filius Mathyus Kenesius de K o m ÿ á n (így) feria sexta proxima post festum beati Jacobi apostoli, cuius nunc quarta proxime preterÿsset reuolucio annualis, ad possessionem suam predictam Z l a n o t ÿ n c h potencialiter cum suis complicibus ex preconcepta malicia veniendo, ipsum Andream interficere voluisset, vbi vnum equum eiusdem Andree quadraginta florenos valentem, ictu sagitte interfecisset, Qui quidem demetrius

ad ipsam congregacionem nostram non venit neque misit, per ipsum Andream legitimis diebus ipsius Congregacionis nostre expectatus vnde ipsum demetrium, in Judicio decreuimus fore conuictum si se racionabiliter non poterit excusare, Datum septimo die congregacionis nostre memorate in loco annotato, Anno domini M^mo CCC^mo LX^mo quarto.

(*Kivül:* Pro andrea dicto Torma filio Johannis de Zlanotynch, contra demetrium filium Mathyus Kenesium de Komÿan Judicialis.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Folyószám 1462.)

53.

1364. augusztus 7-én.

Nos magister Laurencius filius dominici Castellanus de Haram, et vicecomes Comitatus de Crassow ac Judices nobilium de eodem Memorie commendamus, Quod Johannes filius Nicolai de Chorto ab vna parte uero exaltera Stephanus filius dominici de Gyuluez coram nobis personaliter constituti, per eundem Johannem propositum extitit et relatum, ipse eundem Stephanum filium dominici super quandam causam que inter ipsos exparte fabyani famuli videlicet eiusdem Stephani orta et uentilata extitisset, reliquisset et commisisset expeditum pariter et quietum testimonio presencium literarum, ymmo reliquit coram nobis, tali obligamine interposito quod si dictam causam super eundem Stephanum exsequi conaretur uel nitteretur extunc infacto calumpnie conuinceretur eofacto Johannes prenotatus, datum feria quarta proxima post festum beati dominici confessoris anno domini M^mo CCC^o LX^mo quarto.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három pecsét töredékével. Múzeumi folyószám 673.)

54.

1364. augusztus 22-én.

Nos magister laurencius filius dominicy Castellanus de Haram et vicecomes Comitatus de Crassow, Judicesque nobilium de eodem, damus pro memoria quod iuxta priorum litera-

rum nostrarum obligatoriarum quod in festo assumpcionis gloriose virginis marie magister petrus filius Heym tres homines, Jacobus et Johannes fily Johannis ordas similiter tres ad possessionem Bodugazunfalua ad ducere tenerentur, et quicquidem illi Sex probi viry super recepcione duorum equorum trium marcarum cum altera dimidia fertone arbitrarentur sew Judicarent et acceptare tenerentur et si alica parcium non acceptaret uel in premissis non staret extunc in sex marcis conuinceretur eo facto. Tandem termino ipso adueniente idem magister petrus filius Heym cum euidenti proborum nobilium virorum comparuit Jacobus uero cum Johanne fratre suo illos tres arbitratores aducere non curantes nec idem Johannes uenire curauit, Tamen illos duos equos sine sellis et frenis reddiderunt, specialiter tres marcas reddiderunt cum altera dimidia fertone reddere recusantes. Datum [In Bedrefalua feria quinta proxima post festum assumpcionis virginis gloriose marie Anno domini M° CCC^mo LX^mo quarto.] [1]) Igitur in predicta obligacione Sex marcarum Jacobum et Johannem commisimus conuictos, datum termino et loco prenotato, anno domini M° CCC^mo LX^mo quarto.

(*Kivül:* Pro magistro petro filio Heim contra Jacobum et Johannem dictos ordas ad arbitrium ambe parcium in festo assumpcionis virginis gloriose debuisset, et prenotaty Jacobus et Johannes suos arbitros ipsorum Igitur in ipsa obligacione commisimus conuictos.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 1406.)

55.

1365. január 20-án.

Nos Nicolaus Konth Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum damus promemoria Quod causam quam dominicus filius Iuan de Gyuluez pro quo Stephanus filius dominici cum procuratorÿs literis nostris comparuit, contra Nicolaum filium Georgÿ Petrum Georgium et Blasium filios Blasy, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum Super factis in prioribus literis nostris contentis et

[1]) A [ ] jel közti szavak az eredetiben ki vannak törölve.

expressis, inoctauis festi Epiphanarum domini mouere habebat coram nobis ad regium literatorium mandatum pro ipsis in causam attractis nobis allatum, ad quindenas residencie presentis exercitus Regalis, statu sub priori duximus perhemptorie prorogandam, datum in Vyssegrad Octauo die termini prenotati, anno domini Millesimo CCC^{mo} LX^{mo} quinto.

(*Kivül:* Pro dominico filio Iuan de Gyuluez, contra Nicolaum filium Georgÿ, Petrum Georgium et Blasium filios Blasy ad quindenas residencie presentis exercitus Regalis prorogatorie.)

(Bal szélén: Pro *a* Johannes filius Nicolai cum Chanadiensi, pro *i* Nicolaus *p* ad octauas S. deparcium due. asser.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét. Folyószám 1473.)

56.

1365. szeptember 22-én.

(L)odouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex, Princeps Sallernitanus et honoris montis sancti Angeli dominus, Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris Salutem in Omnium saluatore, Regia circumspeccio tantam penes subditos debet adhibere diligenciam, vt quis quanto fidelius famulatur, tanto largius regali retribucione perfruatur, potissime apud forenses in Regnum suum confluentes suam graciam solet exiberare, vt hÿ relicto sue perfidie scrpulo, ad agnicionem fily dei viui, tanquam quibusdam muneribus inuitati allectiuis recurrant, et sub vnius eiusdemque fidei orthodoxe karactere, suppremo Omnium famulentur creatori, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire. Quod Karapch Olachus filius ladislai fily Zarna Olachÿ, aule nostre familiaris fidelis, nostre serenitatis adiens conspectum, propositis suis, et fratrum suorum infra annotandorum seruicÿs, ac inmemoriam nostre celsitudinis reductis, quandam possessionem nostram I k w s vocatam cum villis et pertinencÿs eiusdem vniuersis, anobis sibi Item Stanizlao, Negwe, Wayuk, Nicolao et Ladislao filys dicti Ladislai fily Zarna fratribus suis vterinis, perpetuo dari et conferi postulauit. Nos siquidem fidelitatibus et fidelium obse-

quiorum meritis ipsius Karapch et fratrum suorum predictorum, quibus ipsi implerisque nostris et regni nostri negocÿs et expedicionibus, iuxta possibilitatis et condicionis eorum exigenciam, eatenus quatenus potuerunt, nostre studuerunt complacere maiestati, volentes eosdem pro premissorum seruiciorum eorundem consideracione, regio prosequi donatiuo, vt ceteri eo exemplari, ad dei cultum et debite fidelitatis, opera exercenda feruencius inardescant, discantque sub principe glorioso deuocius famulari, premissa eorum supplicacione regia benignitate exaudita et admissa, pretactam possessionem nostram Ikws nuncupatam, cum villis Padushauasa, Margina, Ikuspataka, Wechepataka, Endredpataka, vocatis, cum terris Molendinis, alpibus Montibus Siluis ceterisque earum fructuositatibus, et vtilitatum integritatibus ac pertinencÿs, ab antiquo ad easdem de Jure spectantibus, sub earum veris metis et antiquis, omni eo titulo quo rite et racionabiliter ipse possessiones nostre incumbunt collacioni dedimus donauimus et contulimus, prefatis Stanizlao Karapch et alys eorum fratribus eorumque heredibus et heredum ipsorum successoribus Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas et habendas, Assumpmentes nostro et successorum nostrorum nominibus, ipsos et eorum successores, inpacifico dominio prefatarum possessionum et villarum contra quoslibet pacifice conseruare et a cunctis pretextu possessionum prefatarum inquietare uolentibus, expedire et defensare. Siqui autem quicunque Juris ineisdem se habere sperant, hÿ a nostra prosequantur maiestate. Quibus nos, nostrique successores respondebimus prout Juri et Justicie consonum fore videbitur et oportunum. Volumus tamen et presenti sanccimus decreto, vt ÿdem fily ladislai Olachy nostri familiares sepefati eorumue posteri meram sinceram et immutabilem fidelitatem et debite fidelitatis Omagium, prius deo cunctorum plasmatori, in cuius manu Cor Regis sacro testante eloquio fore, et aquo omnis plenitudo gracie dependere nouimus, et demum nobis, nostrisque successoribus et sacre Corone nostre regie inuariabili federe amodo inperpetuum, tenebuntur obseruare, vbi presentem nostram donacionem successu temporis optabunt ipsis suffragari. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam

presentes concessimus litteras nostras Priuilegiales pendentis et auttentici sigilli nostri noui dupplicis munimine roboratas. Datum per manus venerabilis in Christo patris domini Nicolai Archiepiscopi Strigoniensis, locique eiusdem Comitis perpetui, aule nostre Cancellarÿ, dilecti et fidelis nostri, anno domini M° CCC° LX^mo quinto, decimo kalendas Octobris. Regni autem nostri anno XXIIII° venerabilibus in Christo patribus et dominis, eodem Nicolao Strigoniensi, Thoma Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Elya Ragusiensi Archiepiscopis, demetrio waradiensi, dominico Transyluano. Colomanno Jauriensi, ladislao Wesprimiensi, Stephano Zagrabiensi. Regnique Sclauonie vicario generali, villermo Quinqueecclesiensi, Mychaele agriensi, Johanne vacyensi, dominico Chanadiensi, demetrio Syrimiensi. Petro Boznensi fratre Stephano Nitriensi, demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Valentino Macarensi, Stephano farensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Scardonensi et Portiua Senniensi ecclesiarum Episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, Tinniniensi et Corbauiensi sedibus vacantibus. Magnificis viris Nicolao Kont Palatino, dionisio Woyuoda Transiluano. Comite Stephano Judice Curie nostre, Johanne magistro Tauarnicorum nostrorum. Nicolao de Zeech dalmacie et Croacie, Nicolao de Gara de Machou banis. Petro pinceonarum, Paulo dapiferorum, Johanne Janitorum et Emerico agazonum nostrorum magistris, ac magistro Ladislao Comite Posoniensi, alysque quampluribus Comitatus regni nostri tenentibus et honores.

(Eredetije hártyán a budai kamarai ltárban NRA. 1510. csomag, 7. szám. Zöld-vörös selymen függő pecséttel).

57.

1365. október 13-án.

Nos Nicolaus Konth Regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum damus pro memoria quod exhibicionem Instrumentalem quam magister petrus filius pauli fily Heym in causam attractus, contra Benedictum filium Johannis fily petri de v a y a actorem pro quo Johannes filius Nicolai cum literis procuratorÿs Capituli ecclesie Chanadiensis comparuit, iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum

in quindenis residencie regalis exercitus versus Bulgariam moti et ad octavas festi beati Mychaelis archangeli proclamate super facto dicte possessionis v a y a et ad ipsam pertinencium cum Judicio trium marcarum facere tenebatur coram nobis, de regio literatorio mandato proipso magistro petro nobis allato, ad octauas festi Epiphanie domini nunc venturas in eo statu, in quo nunc existit, duximus prorogandam, datum in Wyssegrad octauo die termini prenotati, Anno domini Millesimo CCC° LX^mo quinto.

(*Kivül*: Pro magistro petro filio pauli fily Heym, contra Benedictum filium Johannis fily petri de Waya, super exhibendis Instrumentis cum Judicio trium marcarum, ad octauas festi Epiphanie domini, prorogatorie).

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét. Folyószám 1475.)

58.

1366. április 23-án.

Lodouicus (dei gracia)
Rex (Hwng)arie.

Literas tuas recepimus continentes quod in proxima congregacione tua generali in Comitatu (de Crassou) celebrata duodecim Jurati assessores, per nobiles ipsius Comitatus assignati Ladizlaum filium (. . . . ai) literati hospitem furum et fautorem malefactorum publicum tibi assignassent et extradedissent vnde quid de hoc facere debeas, nos uelimus tibi intimare, Quare mandamus sue fidelitati, quatenus ipsum Ladizlaum pro huiusmodi suo maleficio conserues vinculis mancipatum. Datum in alba Gyule, feria quinta proxima ante festum beati Georgy martiris.

(*Kivül*: Fideli nostro magistro Benedicto filio Pauli, fily Heem Comiti Crassouiensi).

(Eredeti zárt papiroklevél a m. nemz. Múzeumban. A lemállott pecsét alatt e szavak: relacio magistri Georgy Zudor).

59.

1366. deczember 26-án.

Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, fideli suo magnifico viro domino Benedicto nato pauli fily Heem regni nostri Bul-

garie Bano, Salutem et graciam, Noueritis, quod Johannes et Mychael fily petri dicti Vaguch de Z a g a r ÿ a n nobiles, Comitatus de Crassuo, graui cum querela nostre detexerunt maiestati, quod predecessores vestri, quandam particulam terre prefate possessionis ipsorum Z a g a r c ÿ a n (így) nuncupate, ipsos Justo ac hereditario titulo contingentem, a prefata possessione ipsorum Z a g a r i a m vocate sequestrassent, et sequestratam nostro regio culmini minus iuste occupassent et occupatam detenuissent, in grande preiudicium Juris ipsorum non modicum et grauamen, vndecum nos neminem regnicolarum nostrorum suo Jure priuare velimus, Ideo fidelitati vestre firmo edicto regio precipientes mandamus, quatenus mox habita presencium noticia, ab omnibus quibus decet et licet, deum preoculis habendo diligenter et conscienciose, de alienacione, prefate possessionarie porcionis ipsos ut dicitur de Jure contingentis meram experiamini ueritatem, et rescita omnium premissorum ueritate, si dictam possessionariam porcionem, ipsis Johanni et Mychaeli de Jure pertinere adinueneritis, extunc circa restitucionem eiusdem, prout exinde uobis ueritas constiterit, iusticie complementum obseruens, auctoritate nostra mediante, Secus pro nostra regia gracia facere non ausuri, Datum In wissegrad in festo beati Stephani prothomartiris, anno domini M° CCC^mo CCC^mo (így) LX^mo sexto.

(*Kivül:* Fideli suo Benedicto regni nostri Bulgarie Bano).

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán veres viaszos pecsét töredéke, mely alatt ezen szavak olvashatók: relacio nicolai de Zeech bani sancta? dymorlian? Folyószám 1506).

60.

1367. április 8-án.

Nos magister Johannes filius petri Castellanus de Haram et vicecomes Comitatus de Crassow Judices nobilium de eadem, damus pro memoria, quod Michael filius petri fily thore, quod cum nos in figvra sedis nostra sedebamus, videlicet feria quinta proxima ante festum purificacionis beate gloriose virginis in v i l l a H a r a m super linguam suam vnius marcarum birsagy coram nobis conuictus fore existerat et nobis satis facere in-

pendebat Igitur idem Michael prescriptus de premissis vnius marcarum birsagy nos conplacavit et nobis satisfecit qua propter eundem Michaelem in nostro birsagio commissimus et reddidimus expeditum et omnibus modis absolutum eidem Michaeli literas nostras expeditorias commisimus et reddidimus expeditum datum in Haram feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum Anno domini M° CCC^mo LX^mo septimo.

(*Kivül:* Pro Michaele filio petri fily thore super vnius marce birsagy expeditoria quam super linguam conuictus fuit coram nobis).

(Eredetije papiron Szalay Ágoston gyüjteményében. Zárlatán három pecsét nyoma).

61.

1367. május 7-én.

Excellentissimo principi domino eorum Lodouico dei gracia illustri regi Hungarie, Capitulum ecclesie Chanadiensis oraciones in domino sedulas et deuotas perpetua cum fidelitate. Litteras vestre excellencie omni cum reuerencia recepimus in hec verba, Lodouicus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Chanadiensi Salutem et graciam, dicunt nobis Johannes et Mychael fily Petri dicti vagud de Zegerien, quod ipsa possessio ipsorum Zegerien vocata, et ad eandem pertinentes in Comitatu de Crassou apud manus eorum existentes, Legittimis reambulacionibus, et metarum ereccionibus ac renouacionibus nimium indigerent. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Emericus filius Johannis de Hylymba, uel Johannes dictus Balugh, an Erne de Chatar, siue Mychael filius Petri de Zinkad, seu Nicolaus de Chorta alÿs absentibus, homo noster ad facies premisse possessionis et ad ipsam pertinencium, vniuersis vicinis et commetaneis earundem legittime conuocatis, et presentibus accedendo, reambulet eandem et ad ipsam pertinentes per eorum veras metas et antiquas, nouas secus veteres in locis necessarÿs erigendo, reambulatasque, et ab aliorum Juribus possessionarÿs, metaliter sequestratas et distinctas, relinquat

eandem, et ad ipsam pertinentes annotatis filÿs Petri, eo Jure quo ipsis dinoscuntur pertinere, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, citet contra annotatos filios Petri in nostram presenciam ad terminum competentem, Et posthec seriem ipsius possessionarie reambulacionis, cum cursibus metarum, uel nominibus contradictorum et citatorum, ac termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad feria tercia proxima post dominicam Ramispalmarum Anno domini M^mo CCC^mo LX^mo Septimo. Nos igitur preceptis serenitatis vestre humiliter obedire cupientes ut tenemur, vnacum prefato Nicolao de Chorta homine vestro nostrum misimus hominem videlicet discretum virum magistrum Ladislaum Archidiaconum de Crassou, fratremque et concanonicum nostrum, pro testimonio fidedignum, ad premissa singula fideliter exsequenda. Qui demum ad nos abinde redeuntes, concordi voce nobis retulerunt, quod idem homo vester, dicto testimonio nostro presente, feria quarta proxima post festum beati Georgÿ martiris proxime nunc elapsum, cum quibusdam alÿs diebus sequentibus, ad facies premisse possessionis et ad ipsam pertinencium, vniuersis vicinis et commetaneis eorundem legittime conuocatis, et presentibus, accedendo, reambulasset eandem, et ad ipsam pertinentes, per earum veras metas et antiquas, nouas secus veteres in locis necessarÿs erigendo, reambulatasque, et ab aliorum Juribus possessionarÿs metaliter sequestratas, et distinctas, reliquisset eandem et ad ipsam pertinentes, prelibatis filÿs Petri, eo Jure quo ipsis dinoscuntur pertinere, perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore, tam in facie predicte possessionis, ac ad eandem pertinencium, quam eciam nostri in presencia comparente, diebus legittimis expectato. Mete uero predictam possessionem Zegerien vocatam, cum pertinentibus ad eandem, ab alÿs possessionibus sequestrantes, distinguerentur eo modo, quod prima meta inciperet in capite cuiusdam montis wlgo Hlevnÿberch vocati ubi duas nouas metas terreas erexissent, quarum vna a parte videlicet meridionali possessioni vestre Radamlya vocate, altera vero a parte septemtrionali separaret possessioni Zegerien supradicte. Deinde super eodem monte ad plagam occidentalem parum per gradiendo,

iterum vnam metam terram cursualem de nouo aggregassent. Abinde modo simili super dicto monte ad eandem plagam occidentalem, usque finem eiusdem montis peragrando, ipsum montem, inter dictas possessiones R a d u m l y a videlicet et Z e g e r i e n, pro meta reliquissent. Juxta finem quoque montis antedicti in planicie duas nouas metas terreas cumulassent. Ab hinc iterum ad occidentem procedendo, caderet ad fluuium L i z k o w ÿ z ÿ nominatum, ac in eodem fluuio per cursum et meatum eiusdem descendendo, perueniret usque finem ipsius fluuÿ, qui videlicet fluuius a parte occidentis dicte possessioni vestre regali, a parte vero orientis, prefate possessioni Z e g e r i e n vocate separaret, ac tandem in fine predicti fluuÿ in loco ubi idem ac quidam alter fluuius M ÿ k u z w y z y vocitatus insimul coniunguntur, duas nouas metas terreas eleuassent. Exinde reflectendo ad plagam orientalem, ac ascendendo in fluuio M y k u z w ÿ z ÿ supradicto, perueniret ad caput eiusdem, ubi duas metas cum lapidibus, de super cum terra coopertas cumulassent. Deinde flecteretur uersus plagam septemtrionalem et perueniret ad vnam metam terream cursualem. Deinde uersus eandem plagam aliquantulum procedendo, essent due mete terree erecte. Ab hinc modo simili ad septemtrionem gradiendo, esset vna meta terrea. Abinde iterum ad plagam septemtrionalem tendendo, perueniret supra villam D r a g u d u l vocatam, ubi duas nouas metas terreas erexissent, quarum vna a parte occidentali predicte possessioni vestre regali R a d u m l y a vocate, altera uero a parte orientali predicte possessioni Z e g e r i e n separaret. Demum iterum uersus plagam septemtrionalem per quandam latam viam ultra fluuium N y a r a g h vocatum transeuntem, declinando, caderet in predictum fluuium N y a r a g h, ac in ipso fluuio modicum ascendendo, perueniret ad duas metas terreas, penes ipsum fluuium a parte orientis eiusdem fluuÿ sub quodam monte eleuatas, quarum vna a parte orientali dicte possessioni Z e g e r i e n, altera vero a parte occidentali possessioni W l a s o l c h vocate separaret. Abinde dictum montem uersus orientem ascendendo, perueniret ad vnam metam terream cursualem, et deinde ad orientem modo simili gradiendo, esset vna meta terrea cursualis in medio eiusdem montis. Abhinc ad eandem plagam parumper descen-

dendo deueniret ad caput cuiusdam riuuli vgliarpathaka nominati, ubi duas nouas metas terreas erexissent. Demum iterato uersus plagam orientalem gradiendo veniret ad quandam terram aquosam wlgo Bara nominatam, ubi essent due mete terree erecte. Deinde reflectendo aliquantulum uersus plagam septemtrionalem transiret ad vnam metam terream cursualem. Abhinc iterato uersus septemtrionem procedendo essent due mete terree. Abinde iterum directe tendendo aliquantulum, duas metas terreas eleuassent, et deinde similiter uersus eandem plagam peragrando, ueniret ad duas metas terreas de nouo cumulatas, et ulterius iterato uersus septemtrionem eundo, esset vna meta terrea cursualis. Posthec modo simili uersus plagam septemtrionalem gradiendo perueniret ad dictam terram aquosam Bara vocatam, iuxta quam duas metas terreas eleuassent, quarum vna a dicta possessione Zegerien altera vero a possessione regali Pathaky vocate separarent. Demum flecteretur uersus orientem et ascendendo quendam montem Goronoy Berch uocatum, ueniret ad vnam metam cursualem, Tandem reflectendo uersus plagam meridionalem, perueniret ad duas metas terreas, quarum vna a parte orientali possessionem regalem Kakarek uocatam, alia vero a parte occidentis dictam possessionem Zegerien vocatam separaret. Deinde iterum uersus meridiem tendendo, veniret ad vnam metam cursualem. Abinde uersus eandem plagam meridionalem quendam magnum montem ascendendo, perueniret ad duas metas terreas, quarum vna a parte orientali dicte possessioni Kakarek (így) vocate, altera vero a parte occidentali prelibate possessioni Zegerien separarent. et deinde descendendo caderet ad dictum fluuium Nyaragh in loco ubi idem fluuius, cum alio fluuio Byele vocato insimul coniunguntur et demum in dicto fluio Nyaragh vocato ascendendo, veniret ad quandam petram Wracha nominatam, quam pro meta reliquissent. Postremo uero uersus plagam occidentalem directe procedendo, iuxta cursus antiquarum metarum dudum erectarum, dictam que possessionem Zegerien, a possessione Kwesd vocata, sequestrancium, quas omnes suo in statu et ordine reliquissent, rediret ad primas metas in capite predicti montis Hlevnyberch vocati cumulatas; et

ibi finirentur. Datum secundo die festi beati Johannis apostoli et Ewangeliste ante portam latinam. Anno domini supradicto.

(*Kiegül:* Domino regi, pro filÿs Petri dicti Vaguch de Zegerien reambulatorie — későbbi kéz által: possessionis Zegeryen In Cottu de Crassou habite).

(Eredetije hártyán az országos ltárban. A pecsét nyomával).

62.

1367. május 11-én.

Nos Ludovicus dei gracia Rex Hungarie Significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, Quod Johannes filius Petri de Zagoryan insua et Mychaelis fratris sui vterini personis, ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras Capituli ecclesie Chanadiensis super legittima reambulacione et metarum ereccione iamdicte possessionis Zagoryam et ad eandem pertinencium, pro ipsis facta confectas, nobis inscripcionales, tenoris infrascripti, petens nostram excellenciam humiliter et deuote, vt easdem presentibus de verbo ad verbum transscribi et transumpmi faciendo apposicione nostri noui Sigilli pro ipsis et eorum heredibus dignaremur confirmare, Quarum tenor talis est:

(Lásd fent a csanádi káptalan 1367. évi jelentését Nagy Lajoshoz).

Nos itaque iustis et legittimis peticionibus, iamdicti Johannis in sua et prefati Mychaelis fratris sui personis nostre humiliter porrectis maiestati, per eundem, regia pietate clementer exauditis et admissis, predictas litteras iamdicti capituli Chanadiensis super ipsa reambulacione et metarum ereccione nobis rescripcionales, presentibus de verbo ad verbum transscribi et transumpmi faciendo, eatenus quatenus eedem rite et legittime emanate existunt et prout vires earum veritati suffragantur, dicti Sigilli nostri noui apposicione pro predictis Johanne et Mychaele eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis duximus confirmandas, Saluis dumtaxat Juribus alienis, Presentes autem dum nobis reportate fuerint, in formam nostri priuilegy redigi faciemus, Datum Budae feria Tercia proxima

post festum apparicionis beati Mychaelis archangeli, Anno domini Millesimo CCC^mo XL^mo Septimo.

(Eredetije hártyán az országos levéltárban. Hátán nagy pecsét nyomával).

63.

1367. szeptember 16-án.

Lodouicus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex Princeps Salernitanus et honoris montis sancti Angeli Dominus, Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatore, Ordo suadet equitatis et ad apicem regie pertinet maiestatis, vt ea que rite processerunt illibata conseruentur et que a suis fidelibus modeste petentur ad exaudicionis graciam admittantur, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Johannes filius Petri de Zagaryan sua ac Mychaelis fratris sui vterini in personis, ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes maiori et autentico nouo sigillo nostro consignatas, Super reambulacione et metarum ereccione eiusdem possessionis eorum Zeguryan et suarum pertinenciarum ipsis facta, confectas, Tenoris infrascripti, petens nostram excellenciam humiliter et deuote, vt easdem acceptare approbare, ratificare ac pro ipsis et eorum heredibus vniuersis nostro dignaremur privilegio confirmare, Quarum tenor talis est, Nos lodouicus dei gracia Rex Hungarie, Significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Johannes filius Petri de Zaguryan in sua, ac Mychaelis fratris sui vterini personis, ad nostre serenitatis accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras capituli ecclesie Chanadiensis, super legittima reambulacione et metarum ereccione iamdicte possessionis eorum Zaguryan et ad eandem pertinencium pro ipsis facta, confectas, nobis rescripcionales, Tenoris infrascripti, petens nostram excellenciam humiliter et deuote vt easdem presentibus de uerbo ad uerbum transscribi et transsumpmi faciendo apposicione nostri noui sigilli pro ipsis et eorum heredibus dignaremur confirmare, Quarum tenor talis est. Excellentissimo principi

domino eorum lodouico dei gracia Illustri Regi Hungarie, Capitulum ecclesie Chanadiensis oraciones in domino sedulas et deuotas perpetua cum fidelitate, litteras vestre excellencie omni cum reuerencia recepimus in hec verba, lodouicus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Chanadiensi Salutem et graciam, dicunt nobis Johannes et Mychael fily Petri dicti Wagud de Zegurian quod ipsa possessio ipsorum Zegurian vocata et ad eandem pertinentes in Comitatu de Krassou apud manus eorum existentes legittimis reambulacionibus et metarum ereccionibus ac renouacionibus nimium indigerent, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Emericus filius Johannis de Hylimba vel Johannes dictus Balugh, an Erne de Chatar siue Mychael filius Petri de Zynkad seu Nicolaus de Chorta, alys absentibus homo noster ad facies premisse possessionis et ad ipsam pertinencium vniuersis vicinis et commetaneis earundem legittime conuocatis et presentibus accedendo reambulet eandem et ad ipsam pertinentes per earum veras metas, et antiquas nouas secus veteres in locis necessarÿs erigendo, reambulatasque et ab aliorum Juribus possessionariis metaliter sequestratas et distinctas relinquat eandem et ad ipsam pertinentes annotatis filys Petri eo Jure quo ipsis dinoscitur pertinere perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint citet contra annotatos filios Petri in nostram presenciam ad terminum competentem, Et posthec seriem ipsius possessionarie reambulacionis cum cursibus metarum vel nominibus contradictorum et citatorum ac termino assignato nobis fideliter rescribatis, Datum in Wyssegrad feria tercia proxima post dominicam Ramis palmarum, Anno domini M° CCC^mo LX^mo septimo. Nos igitur preceptis serenitatis vestre humiliter obedire cupientes vt tenemur, vnacum prefato Nicolao de Chorta homine vestro nostrum misimus hominem videlicet discretum virum magistrum ladislaum archydiaconum de Crassou fratremque et concanonicum nostrum pro testimonio fidedignum ad premissa singula fideliter exequenda, Qui demum abinde ad nos reuertentes concordi voce nobis retulerunt, quod idem homo vester dicto testimonio nostro pre-

sente feria quarta proxima post festum beati Georgy martiris proxime nunc elapsum cum quibusdam alÿs diebus sequentibus ad facies premisse possessionis et ad ipsam pertinencium vniuersis vicinis et commetaneis earundem legitime conuocatis et presentibus accedendo reambulassent eandem et ad ipsam pertinentes per earum veras metas et antiquas nouas secus veteres in locis necessariis erigendo reambulatasque et ab aliorum Juribus possessionariis metaliter sequestratas et distinctas reliquissent eandem et ad ipsam pertinentes prelibatis filys Petri eo Jure quo ipsis dinoscitur pertinere perpetuo possidendas nullo penitus contradictore tam in facie predicte possessionis ac ad eandem pertinencium, quam eciam nostri in presencia comparente, diebus legittimis expectato. Mete vero predictam possessionem Zeguryan vocatam cum pertinentibus ad eandem ab alys possessionibus sequestrantes distinguerentur eo modo quod prima meta incipit in capite cuiusdam montis wlgo Hleumberch vocati vbi duas nouas metas terreas erexissent, quarum vna a parte videlicet meridionali possessioni vestro [1]) Rodumlia vocate ab altera vero septemtrionali separaret possessionem Zeguryan supradicte, deinde super eodem monte ad plagam occidentalem paruum pergradiendo iterum vnam metam terream cursualem de nouo agregassent, abinde modo simili super dicto monte ad eandem partem occidentalem vsque finem cuiusdam montis peragrando ipsum montem inter dictas possessiones Rodumlya videlicet et Zeguriau pro meta reliquissent iuxta finem montis antedicti duas metas nouas terreas cumulassent, abhinc iterum ad occidentem procedendo caderet ad fluuium lizkouizy nominatum ac in eodem fluuio per cursum et meatum eiusdem descendendo perueniret vsque finem ipsius fluuÿ qui uidelicet fluuius a parte occidentis dicte possessioni vestre regali a parte vero orientis prefate possessioni Zeguriau vocate separaret, ac tandem in fine predicti fluuÿ in loco vbi idem ac quidam alter fluuius Mikuzuizy insimul coniunguntur, duas nouas metas terreas eleuassent, exinde reflectendo ad plagam orientalem ac asscendendo in fluuio Mykuzuizy supradicto

[1]) Igy: vestre helyett.

perueniret ad caput eiusdem vbi duas metas cum lapidibus de super cum terra coopertas cumulassent, deinde flectitur versus plagam septemtrionalem et perueniret ad vnam metam terream cursualem deinde versus eandem plagam aliquantulum procedendo essent due mete terree erecte, abhinc modo simili ad septemtrionalem gradiendo esset vna meta terrea abinde iterum ad plagam septemtrionalem tendendo perueniret supra villam D r a g o d o l vocatam vbi duas nouas metas terreas erexissent, Quarum vna a parte occidentali predicte possessioni vestre regali R u d u m l y a vocate altera vero a parte orientali predicte possessioni Z e g u r i a n separararet, demum iterum versus plagam septemtrionalem per quandam latam viam vltra fluuium N y r a g h vocatum transeuntem declinando caderet in predictum fluuium N y r a g h ac in ipso fluuio modicum descendendo perueniret ad duas metas terreas penes ipsum fluuium a parte orientis eiusdem fluuÿ sub quodam monte eleuatas quarum una a parte orientali dicte possessioni Z e g u r i a n altera vero a parte occidentali possessioni W l a s o l c h vocate separaret, abinde dictum montem versus orientem ascendendo perueniret ad vnam metam terream cursualem et deinde ad orientem modo simili gradiendo esset vna meta terrea cursualis in medio cuiusdam montis, abhinc ad eandem plagam paruum descendendo deueniret ad caput cuiusdam riuuli w g l i a r p a t a k a nominati vbi duas nouas metas terreas erexissent demum iterato versus plagam orientalem gradiendo veniret ad quandam terram aquosam wlgo B a r a nominatam vbi essent due mete terree erecte, deinde reflectendo aliquantulum versus plagam septemtrionalem transiret ad vnam metam terream cursualem abhinc iterato versus septemtrionem procedendo essent due mete terree abinde iterum directe tendendo aliquantulum duas metas terreas eleuassent, et deinde similiter uersus eandem plagam peragrando veniret ad duas metas terreas de nouo cumulatas et ulterius iterato versus septemtrionem eundo esset vna meta terrea cursualis, posthec modo simili uersus plagam septemtrionalem gradiendo perueniret ad dictam terram aquosam B a r a vocatam iuxta quam duas metas terreas eleuassent, quarum vna a dicta possessione Z e g u r i a n, altera uero a possessione regali p a t h a k y vocata separarent demum

flecteretur versus Orientem et asscendendo quemdam montem Goronoyberch vocatum veniret ad vnam metam cursualem, tandem reflectendo versus plagam meridionalem perueniret ad duas metas terreas, quarum vna a parte orientali possessionem regalem Kakareth vocatam alia vero a parte occidentis dictam possessionem Zeguriam vocatam separarent, deinde iterum versus meridiem tendendo ueniret ad vnam metam cursualem abinde uersus eandem plagam meridionalem quemdam magnum montem asscendendo perueniret ad duas metas terreas quarum vna a parte orientali dicte possessioni Kakareth[1]) vocate, altera vero a parte occidentali prelibate possessioni Zegurian separarent et deinde descendendo caderet ad dictum fluuium Niragh in loco vbi idem fluuius cumalio fluuio Beyle vocato insimul coniuguntur et demum in dicto fluuio Nyrag vocato asscendendo veniret ad quandam petram wracha uocitatam, quam pro meta reliquissent, postremo vero versus plagam occidentalem directe procedendo iuxta cursus antiquarum metarum dudum erectarum dictamque possessionem Zegurian a possessione Kwesd vocata sequestrancium, quas omnes suo in statu et ordine reliquissent redieret ad primas metas in predicti montis capite Hleumberch vocati cumulatas et ibi finirentur, Datum secundo die festi beati Johannis apostoli et ewangeliste ante portam latinam, Anno domini supradicto. Nos itaque iustis et legittimis peticionibus iamdicti Johannis in sua ac predicti Mychaelis fratris sui personis, nostre humiliter porrectis maiestati per eundem regia pietate clementer exauditis et admissis pretactas litteras iamdicti Capituli Chanadiensis super ipsa reambulacione et metarum ereccione nobis rescripcionales presentibus de uerbo ad uerbum transscribi et transsumpmi faciendo eatenus, quatenus, eedem rite et legittime emanate existunt et prout vires earum veritati suffragantur dicti sigilli nostri noui apposicione pro dictis Johanne et Mychaele eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis duximus confirmandas, Saluis duntaxat Juribus alienis, presentes autem dum nobis reportate fuerint in formam nostri priuilegy redigi faciemus, Datum

[1]) Az átiratban: Kakarek.

Bude feria tercia proxima post festum apparicionis beati Mychaelis archangeli, Anno domini M° CCC^mo LX^mo septimo, Nos itaque iustis et legittimis supplicacionibus prefati Johannis sua et dicti fratris sui in personis, nostre humiliter porrectis maiestati per eundem, regia pietate clementer exauditis et admissis pretactas litteras nostras patentes non abrasas non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas presentibus de uerbo adverbum insertas quo ad omnes earum continencias et clausulas acceptamus approbamus ratificamus, ac pro ipso Johanne et dicto fratre suo eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis mera regia auctoritate perpetue valituras confirmamus presentis priuilegy nostri patrocinio mediante, Saluis Juribus alienis atque nostris regalibus, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici noui sigilli nostri dupplicis munimine roboratas, Datum per manus venerabilis in Christo patris domini ladislai episcopi Wesprymiensis Reginalis Cancellarii auleque nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri Anno domini M° CCC^mo LX^mo septimo, sedecimo kalendas octobris, Regni autem nostri anno XX^mo sexto venerabilibus in Christo patribus et dominis Thoma Strigoniensi, fratre Stephano Colocensi Wgulyno Spalatensi, Nicolao Jadrensi et Wgo Ragusyensi, archiepiscopis, Demetrio Waradiensi, dominico transsiluano Colomano Jauriensi Wylhelmo Quinqueecclesiensi, Stephano Zagrabyensi, dominico Chanadiensi, Mychaele Agriensi, Johanne Wacyensi, Petro Boznensi, ladislao Nitriensi, Demetrio Sirimyensi, Nicolao Tininyensi, Demetrio Nonensi, Nicolao Traguriensi, Stephano farensi, Johanne Macariensi, Matheo Sibinicensi, Mychaele Scardonensi et Portiua Sennyensi ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, Corbauiensi sede vacante, Magnificis viris domino Ladislao duce Opulye Regni nostri palatino Nicolao Woyuoda transsiluano Comite Stephano Bubek Judice Curie nostre Johanne magistro Tauarnicorum nostrorum, Nicolao de Zech, tocius Sclauonie, Konya Dalmacie et Croacie, Nicolao de Machou banis, Petro Zudar Pincernarum, Paulo dapiferorum, Johanne Janitorum et Emerico agazonum nostrorum magistris, ac eodem domino ladislao Comite poso-

niensi alysque quampluribus Comitatus regni nostri tenentibus et honores.

(Eredetije hártyáu az országos levéltárban. Kék, narancsszín és megyszín selymen függő fehér viasz pecséttel. Az oklevél jól conservált szép példány. Szöveg alatt: ad literatorium mandatum domini Regis.)

64.

1368. márczius 1-én.

Nagy Lajos király tudósítja Temesvár, Sydovár, Sebusvár, Miháld és Orsova várnagyait, hogy Hymfy Benedeket bolgárországi bánná kinevezte, kötelezvén őket, hogy a nevezett várakat neki átadják.

(Közli: Fejér IX. 4. köt. 120. l. és Bárány Ágoston: Temes vármegye Emléke. Függelék 5. lapján. Cornides Dipl. II. 311. l.)

65.

1368. május 8-án.

Nos Capitulum ecclesie Orodyensis damus pro memoria quod Beke rufus de vruzapaty in personis domini Benedicti regni Bulgarie Bani ac Nicolai et petri filiorum pauli fily Heem de remethe coram nobis astando, Johannem filium Hench, et petrum filium egidi a vendicione inpignoracione permutacione et quovismodo alienacione possessionis eorundem B e l e n e s vocate, in Comitatu de Crasso existentis, ladizlaum vero filium Galli de v m u r et quoslibet alyos ab empcione et occupacione eiusdem racione commetaneitatis prohibuit protestando et contradicendo in cuius prohibicionis testimonium presentes concessimus iusticia suadente Datum in festo aparicionis sancti Mychaelis archangeli Anno domini M° CCC^mo LX^mo octauo.

(*Kivül:* Domino Benedicto regni Bulgarie Bano et fratribus suis contra personas infrasciptas, prohibitoria).

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán monyoru pecsét ily körirással: Sigillum Capituli Orodiensis. Folyószám 1532.)

66.

1368. május 9-én.

Nos Capitulum ecclesie Chanadiensis, damus pro memoria, Quod Beke Rufus de Orozappy (így) famulus magnifici

viri domini Benedicti Bulgarorum Bani, ac Nicolai et petri filiorum Pauli fily Heem, ad nostram personaliter accedens presenciam, dictorum dominorum suorum inpersonis nobis protestando significare curauit, quod prout ipsi percepissent, Johannes filius Hench, et Petrus filius Egidy de Belenes, predictam possessionem ipsorum Belenes vocatam, possessioni dictorum filiorum Pauli, Zekas vocate, vicinam et commetaneam, ase alienare niterentur Quapropter ipsi prefatos Johannem et Petrum, ne predictam possessionem ipsorum Belenes vocatam, aut quamlibet eius particulam, cuicunque hominum et specialiter ladislao filio Galli vendere, dare, donare, perpetuare, seu alio quouis alienacionis colore exquisito, ase alienare et quoslibet alios, et nominatim Ladislaum filium Galli supradictum, ne eandem, seu aliquam eius particulam occupare, an vsurpare seu alio quouis modo de eadem se intromittere in ipsorum preiudicium, eo quod ipsis filys pauli racione contigue commetaneitatis, regni consuetudine, pertineret, possint atque valeant, prohibuissent, ac idem Beke dictorum dominorum suorum inpersonis prohibuit, contradicendo, et interdixit, Incuius prohibicionis testimonium presentes a nobis postulatas eisdem concedendas duximus communi Justicia id requirente, Datum feria tercia proxima post festum beati Johannis apostoli ante portam latinam, Anno domini M^mo CCC^mo LX^mo octauo.

(*Kivül:* Pro magnifico viro Benedicto filio pauli fily Heem Bulgarorum Bano et fratribus suis intranominatis, contra Johannem filium Hench et alios intranominatos Prohibitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán kerek pecsét. Folyószám 1533.)

67.

1369. márczius 13-án.

Capitulum ecclesie Chanadyensis, Omnibus christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Salutem in omnium saluatore, ad vniuersorum noticiam harum serie literarum volumus peruenire, Hinc est quod nos recepimus literas Excellentissimi principis, domini Lodouici dei gracia Illustris Regis Hungarie domini nostri naturalis

omni cum honore in hec verba Lodouicus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Chanadiensi salutem et graciam dicitur nobis inpersonis Benedicti B a n i R e g n i B u l g a r i e, necnon Petri et Nicolai filiorum Pauli fily Heem, ac Ladislai fily Johannis fily eiusdem Heem, quod possessio ipsorum E g e r z e e g vocata in Comitatu Themesiensi existens, cum suis pertinencÿs nunc apud manus ipsorum habita, et ex nostra Regia collacione ad ipsos pertinens, reambulacione et metarum ereccione legitime fiendis plurimum indigeret, Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus filius andree de K e r e z t u s, vel Donch de M a c h a d o n y a, ac Nicolaus dictus pÿcher, seu Nicolaus filius Bovdor, andreas, dionisius filius Nicolai de O r o z a p a t h, alÿs absentibus homo noster vicinis et commetaneis predicte possessionis ipsorum E g e r z e e g vocate et suarum pertinenciarum legitime inibi conuocatis et presentibus ad faciem eiusdem accedendo, reambulet ipsam per suas veras metas et antiquas, nouas iuxta veteres inlocis necessarÿs erigendo, reambulatamque et ab aliorum possessionarÿs Juribus metaliter separatam et distinctam, relinquat ipsam eidem Benedicto Bano, et fratribus suis, eo Jure, quo ad ipsos dinoscitur pertinere perpetuo possidendam, Si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint citet ipsos contra eosdem in nostram presenciam ad terminam competentem, Et posthec seriem ipsius reambulationis cum cursibus metarum, vel si necesse fuerit, nomina contradictorum et Citatorum cum termino assignato nobis fideliter rescribatis, Datum in Vissegrad feria tercia proxima ante dominicam Oculi, anno domini M° CCC^{mo} LX^{mo} Nono, Nos igitur preceptis eiusdem domini nostri Regis in omnibus obedire cupientes vt tenemur, vnacum prenominato Nicolao dicto pÿcher homine celsitudinis sue vnum exnobis discretum virum videlicet dominum Mathiam Custodem ecclesie nostre fratrem nostrum in Christo reuerendum pro testimonio transmisimus adpremissa mandata ipsius domini nostri Regis fideliter exequenda, Qui demum ad nos reuersi nobis consona et conformi voce retulerunt per nos requisiti quod ipsi feria tercia proxima post dominicam Oculi proxime nunc preterita et alÿs

diebus adhoc congruentibus, accessissent ad faciem predicte possessionis Egerzeeg suarumque pertinenciarum, easdem vicinis et commetaneÿs suis legitime conuocatis, iuxta suas metas veteres et antiquas nouas vbi necesse fuisset erigendo, reambulassent, reambulatasque et abaliorum possessionarÿs Juribus metaliter separatas et distinctas reliquissent, ipsos eidem Benedicto Bano et fratribus suis eo Jure quo ad ipsos dinoscuntur pertinere perpetuo per eosdem possidendas, nullo penitus contradictore existente, Mete autem quibus predicta possessio Egerzeeg et ad eandem pertinentes auicinaris possessionibus separantur et distinguntur prout ÿdem domini Regis et nostri homines nobis retulerunt et in Registro reportauerunt Hoc ordine protenduntur, prima meta incipit penes viam magnam qua itur de dicta Egerzeeg versus Mezeusimlyo (igy) vbi sunt due mete terre antique renuate quarum vna aparte orientis separat possessioni Egerzeeg alÿa vero aparte meridionali possessioni Sosd vbi versus orientem secus eandem viam est vna meta terrea de nouo erecta, Hinc ad eadem partem pergendo in modico spacio est vna meta terrea cursualis, ahinc ad eandem plagam transeundo sunt due mete terre de nouo posite, quarum vna aboccidente existens separat possessioni Erdeuthelek, aboriente vero Egerzeeg antedicto, de hinc ad eandem plagam pergendo est vna meta terrea denouo cumulata vbi Theberpathaka cadit in riuulum Meeduispathaka, Inde reflectendo ad septemtrionem venit ad riuulum Meeduispathaka vbi sunt due mete terre vna aparte meridiey alia vero aparte septemtrionali cursuales, adhoc ad eandem partem girando vbi Meeduispathaka cadit in fluuium Paganch vbi aparte orientis est vna meta terrea denouo aggreta (igy) vbi eciam dixerunt, quod inter dictas possessiones Egerzeeg et Erdeuthelek riuulum Meeduispathaka dictum pro meta reliquisse, deinde fluuium Paganch transeundo circa eundem fluuium sunt due mete terre de nouo posite, quarum vna aparte septemtrionali possessioni Dobaz daan et filiorum suorum aparte vero meridionali Egerzeeg Benedicti Bani et fratrum suorum separat et distingit, Abhinc addictum partem septemtrionalem eundo est vna meta terrea denouo posita, Hinc riuu-

lum Holthpaganch transeundo secus eundem versus septemtrionem inmediate sunt due mete terre antique renuate quarum vna aparte occidentali possessioni Dobaaz et pertinencÿs eiusdem aparte vero meridionali Egerzeeg separat et distingit, Hinc ad eandem partem septemtrionalem eundo deuenit ad duas metas terreas antiquas renuatas que separant vt priores, Deinde permodicum spacium vadit ad quendam riuulum Izgarpathaka vocatum, et dictum riuulum Izgarpathaka ab eisdem duabus metis terreis incipiendo vsque ad caput eiusdem riuuli possessionibus Dobaaz et Egerzeeg pro meta reliquissent vbi videlicet incapite eiusdem riuuli est vna meta terrea de nouo erecta, hinc per quendam montem Berch vocatum ad partem meridionalem eundo deuenit ad caput vnius riuuli Nogzekespathaka vocati vbi sunt tres mete terre angulares renuate quarum vna ab oriente possessioni Regali Zeekus vocate, ab occidente Dobaaz, aparte vero meridieÿ Egerzeeg separat et distingit vbi mete predicte possessionis Egerzeeg cum Dobaaz terminantur, deinde per idem Berch eundo ad partem meridionalem iuxta quandam viam qua itur de Egerzeeg versus Lugas sunt due mete terre de nouo erecte quarum vna aparte meridieÿ Egerzeeg ad septemtrionem vero Nogzekes separat et distingit, abhinc reflectendo adorientem per quendam monticulum Berch vocatum ad magnum spacium girando sunt due mete terre denouo posite quarum vna aparte orientis distingit possessionibus Regalibus aparte vero occidentes Benedicto Bano et fratribus suis antedictis, Hinc per idem Berch reflectendo inter orientem et meridiem ad modicum spacium pergendo inter capita duorum riuulorum videlicet Vizak et Vizzafuloupathaka vocatorum vbi est vna meta terrea cursualis, adhuc ad idem Berch girando uersus eandem partem sunt due mete terre denouo cumulate quarum vna a septemtrione separat possessioni Hudus aparte vero meridiey Benedicto Bano et fratribus suis sepedictis, dehinc per ipsum Berch procedendo ad modicum spacium relinquendo riuulum vizzafoloupathaka est vna meta terrea cursualis de nouo posita, Inde per idem Berch girando versus eandem partem videlicet in capite Kumanpathakafeu sunt due mete terre

quarum vna aparte orientis separat possessioni Hudus aparte autem occidentis Benedicto Bano et fratribus suis anotatis, adhuc per ipsum Berch pergendo versus eandem plagam videlicet in capitibus riuulorum Sarmaspathakafeu, Tarazlopathakafeu et vermispathakafeu nominatorum sunt tres mete terre denouo erecte quarum vna aparte orientis separat possessioni Lugas aparte meridiey Cumÿath aparte autem septemtrionis Egerzeeg, adhuc ad eandem partem pergendo videlicet in capite cuiusdam riuuli Erusagpathakafeu sunt due mete terre quarum vna aparte orientis possessioni Cumÿath aparte vero occidentis Egerzeeg separat et distingit, dehinc ad eandem plagam pergendo vbi cadit Erusagpathaka in fluuium Paganch sunt due mete terre denouo posite quarum vna aparte orientis prouincie Cumÿath alia autem aparte occidentis Egerzeeg separat et distingit, deinde egrediendo adorientem iuxta dictum fluuium vbi Aranyaspathaka cadit in eundem fluuium Paganch et ibi transit versus meridiem ad ictum sagite transeundo sunt due mete terre denouo erecte quarum vna aparte orientis separat possessioni Cumÿath aparte autem occidentis Egerzeeg, abhinc pergendo penes ipsum riuulum per magnum spacium vbi venit ad tres metas terreas quarum aparte orientis separat possessioni Cumÿath, aparte occidentis Egerzeeg a parte vero meridiey Rauna possessionibus Benedicti Bani et fratrum suorum predictorum aquibusquidem duabus metis ..... incipiendo dictum riuulum aranyaspathaka, usque ad tres metas principales possessionis Remethee, prouincÿs Cumÿath et Egerzeeg pro meta reliquissent vbi mete possessionis Egerzeeg et ad eandem pertinencium terminantur, In cuius reÿ testimonium perpetuamque firmitatem (presentes) concessimus literas priuilegiales pendentis Sigilli nostri munimine roboratas, Datum permanus discreti viri Magistri Jacobi lectoris ecclesie nostre predicte feria tercia proxima post dominicam letare, Anno domini M^mo CCC^mo LX^mo Nono, presentibus ..... discretis viris Nicolao preposito, alio Nicolao Cantore, Mathya Custode, dominis Johanne Themesiensi, Michaele Wltra Marusiensi ladislao Crassouiensi, et Nicolao Sebesiensi archidiaconis, Cete-

risque quam pluribus fratribus nostris in christo in dicta (ecclesia) nostra nobiscum iugiter deo famulantibus et existentibus.

(*Kivül*: reambulacio metarum super Egerzeg).

(Eredetije, helyenkint vízfoltos hártyán a m. nemz. Múzeumban, Horváth István gyüjteményéből. A rózsaszín selyemről csüngött pecsétnek csak töredékei léteznek).

68.

1369. június 24-én.

Nagy Lajos király Himfy Benedek bolgár bánnak a pallosjogot engedélyezi a temesmegyei Remete és Egerszeg falvak kerületeiben található tolvajok és rablók fölött.

(Fejér IX. 4. köt. 172. l. és X. 1. köt. 735. l. Bárány Ágoston Temes vármegye Emléke).

69.

1370. március 30-án.

Excellentissimo principi domino eorum Lodouico dei gracia Illustri Regi Hungarie, Capitulum ecclesie C h a n a d i e n s i s oraciones in domino perpetua cum fidelitate, litteras vestre excellencie, omni cum reuerencia recepimus in hec verba, Lodouicus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo C h a n a d i e n s i, Salutem et graciam, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente andreas vel Nicolaus fily andree, aut Johannes filius Nicolai sew dyonisius an Nicolaus, fily Maius alÿs absentibus, homo noster Citet Johannem et Michaelem filios petri dicti Wagud contra magistrum petrum filium pauli fily Hewm in nostram presenciam, ad terminum competentem, Et posthec diem et locum ipsius Citacionis cum nominibus Citatorum ac termino asignato nobis fideliter rescribatis, Datum Bude feria quinta proxima post dominicam Exurge, anno domini M° CCC^mo^ Septuagesimo. Nos igitur preceptis serenitatis vestre humiliter obedire cupientes vt tenemur, vnacum prefato Johanne filio Nicolai homine vestro nostrum transmisimus hominem videlicet magistrum ladislaum, archidiaconum de C r a s s o pro testimonio fidedignum ad pre-

missam Citacionem faciendam, Qui tandem ad nos abinde reuersi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo noster presente eodem nostro testimonio, per allegatos petrum et Michaelem filios Petri feria secunda proxima nunc preterita in possessione ipsorum K w t u s vocata contra prenotatum magistrum petrum filium pauli et vestre maiestatis Citasset presenciam octauas festi pasce domini proxime nunc venturas, partibus pro termino comparendi asignando, Datum Sabbato proximo ante dominicam Judica, Anno domini prenotato.

(*Kivül*: Domino regi pro magistro Petro filio Pauli fily Heem, contra Johannem et Michaelem filios Petri dicti Wagud, ad octauas festi Pasce domini Citatoria).

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Múzeumi folyószám 1572.)

70.

1370. április 3-án.

Excellentissimo domino eorum domino Lodouico dei gracia Illustri regi Hungarie Capitulum ecclesie Orodiensis, oraciones in domino deuotas, literas vestre sublimitatis debito cum honore, Noueritis nos recepisse in hec verba, Lodovicus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis Capitulo Orodiensi, Salutem et graciam, dicitur nobis in persona andree dicti Chep quod cum ipse mediantibus nostro et Capituli ecclesie Chanadiensis hominibus quandam possessionem B y k a c h vocatam, iuxta continenciam aliarum nostrarum legitime sbi statui facere voluisset Jacobus de B e u l d r e eidem in ipsa statucione contradiccionis velamine obuiasset, quod prenotati noster et dicti Capituli homines ad octavas festi Epiphaniarum nunc affuturi, nostram in presenciam citauissent et tanden hȳs peractis dum prenotati noster et eiusdem Capituli Chanadiensis homines ad idem Capitulum redire uoluissent memoratus Jacobus de B e u l d r e cum populis de eadem Beuldr eosdem nostrum et ipsius Capituli homines prius libere dmissos in campis hostiliter et manibus armatis insequando ipsos irruendo, Konia famulum et procuratorem ipsius andree pluribus sagittarum emissionibus wlnerassent sagittassent e sagitari

fecissent, et pedem ipsius Konia ictu vnius sagitte penetrassent, equos eciam ipsorum pluribus sagittis wlnerassent dictas vero nostrum et prenotati Capituli homines ibidem potencialiter captiuassent captosque in dicta villa Beuldre reduxissent vbi eciam idem Jacobus, eosdem plurimum deturpasset, et specialiter hominem annotati Capituli dire verberasset literas nostras regales in facto ipsius statucionis possessionarie ab eisdem violenter auferendo et sic tenorem literarum earundem nobis idem Capitulum rescribere nequiuisset, prout in litteris eiusdem Capituli coram nobis exhibitis iudicium continetur Super quo fidelitati uestre firmis damus inmandatis quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Ladislaus de tarkon uel andreas de eadem, aut petrus de Byk sin Mychael de Halimba alys absentibus homo noster ab omnibus quibus decuerit meram depremissis experiatur ueritatem et tandem prout exinde vobis ueritas constiterit nobis fideliter rescribatis; Datum in Wyssegrad secundo die festi conuersionis beati pauli apostoli Anno domini M° CCC° LXX°. Nos igitur mandatis vestre sublimitatis exdebita fidelitate parentes ut tenemur, cum Mychaele de Halimba homine vestro predicto Jacobum chori nostri clericum pro testimonio fidedignum ad exequendum premissa duximus dirigendum Qui demum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt requisiti, quod ipsi a nobilibus et ignobilibus ac alÿs cuiusvis status et condicionis hominibus a quibus decens fore videbatur diligenti et conscienciosa Inquisicione prehabita talem de premissis sciuissent ueritatem, quod omnia premissa et premissorum singula ita facta et perpetrata essent et fuissent secundum quod tenor litterarum vestrarum continet predictarum, datum feria quarta proxima post dominicam Judica, Anno supradicto.

(*Kivül*: Domino Regi pro andrea dicto Chep contra Jacobum de Beuldre Inquisitoria).

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán a pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 1570.)

71.

1370. május 12-én.

Nos ladislaus dux Opulÿe Regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum, Memorie commendamus, Quod cum nos regia celsitudo multiplicatis malefactoribus et regni sui depredatoribus ad quas scilicet Comitatus regni ad congregaciones generales celebrandas sua regia auctoritate nostrique palatinatus officÿ debito requirente destinasset. Nosque inter ceteros Hungarie regni Comitatus vniuersitati nobilium et aliorum cuiusuis status et condicionis hominum Comitatus de Crassou pro compescendis furibus et latronibus ac quibuslibet malefactoribus extirpandis cuilibet querulanti iusticia impendenda congruenti feria secunda proxima post festum beatorum Phylippi et Jacobi apostolorum prope Civitatem Mezeusomplyo congregacionem celebrassemus generalem In ipsaque congregacione nostra vniuersitatem nobilium dicti Comitatus Johannem filium ladislai fily Pousa Johannem dictum Babig Andream dictum Torma Dyonisium dictum Kepe Thomam dictum dyakolch Petrum filium laurency Nicolaum de ... usnuk,[1]) petrum filium Gegus Stephanum de Bayton ladislaum filium Galli Nicolaum filium Andree et Thomam filium Cosme de Jeneu pro Juratis assessoribus nobis petiuissimus assignari Tandem ydem Jurati assessores vnacum petro filio Chulnuk vicecomite Emerico filio Johannis de Helymba Georgio rufo Symone filio Heym de Teyed et Mychaele filio petri de feyereghaz Judicibus nobilium eiusdem Comitatus ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi sueque sacre Corone regie conseruandam in eo vt cunctis iusticiam obseruarent veritatem non opprimerent falsitatemque non rectificarent et quoslibet malefactores nobis nomina enarrarent tacto dominice crucis ligno prestitam habito interse deliberatiuo tractatu. Prosa Jobagionem magistri ladislai filÿ Galli de vmur in possessione eiusdem Kundench commorantem ..... magistrum ladislaum

[1]) A helynév a papir elkopása miatt tisztán nem olvasható. Lehet Mutnuk, Chulnuk, Arusnak.

in possessione sua d e n c h residentem Benedictum dictum Orrus Jobagionem ipsius magistri ladislai in dicta villa d e n c h commorantem Tomam rufum in C i u i t a t e M e z e u s o m p l y o residentem Jobagionem domini Regis Johannem filium abrahe in dicta Ciuitate commorantem Hranoya Ke(nez)ium Jobagionem Regalem in villa Z u h o r commorantem hospitem furum, ladislaum filium Brata Kenezium Jobagionem regalem in villa Z c e p t e l e k y residentem similiter hospitem furum, Bratak similiter Jobagionem regalem in villa S o m a et pertinencÿs E r d s o m p l y o commorantem, Valentinum filium (Nicolai?) Kenezium Jobagionem regalem in villa petri fily Balk in pertinencÿs B o r z w a f e u commorantem, Bratyzlou et Bucha Jobagiones magistrorum Benedicti et petri filiorum Pauli f i l y H e e m in villa R a d y m l y a residentes, vanchuk in quarta filiali in possessione D o m a n commorantem, drugan Jobagionem regalem in villa B a s t a ad Castrum E r d s o m p l y o pertinens commorantem, Ladislaum fa.... Jobagionem regalem in M o x o n d residentem, Andream filium Thome dicti Kutus diuagantem Jacobum filium Kopaz latitantem, Choga et Petrum filium Thodor in villa H o m commorantem Jobagiones francisci filÿ magistri Konÿa condam Bani Ztoyk et Woyk filium eiusdem Jobagiones dicti francisci in villa T e r s commorantes hospites furum Bakaan latitantem Boguzlou diuagantem Radouch in villa B o z ÿ a s Jobagionem Nicolai fily Nicolai de J a n k residentem, Rada filium Mycos in villa H o m commorantem Jobagionem predicti francisci fily magistri Konya et Wolp filium Ztyrw Jobagionem domini regis in villa N o u a k commorantem Mychaelem fratrem predicti Bucha Jobagionem regalem in villa K u z e g h residentem ad castrum G a l a m b u c h pertinentem Kychyn filium Nogyhna diuagantem Rados filium Tyseu Jobagionem regalem in villa T e r e m f e u residentem farkas alio nomine farÿan veytyh Benche Buchan et lukasium diuagantes, Ztoyan filium Bratyzlou in villa K a r a l u s in pertinencÿs C i u i t a t i s S o m p l y o residentem, demetrium dictum Bÿchench et drusoya Jobagyones Thome in villa sua M a t ÿ a z vocata residentem, Mykola in villa K y g y o s residentem, cusorem falsorum denariorum, ladislaum fratrem predicti Mykola circa magistrum Karapch

commorantem falsorum denariorum cusorem ladislaum filium Kragni Jobagionem regalem in villa K r a g u n f a l u a residentem in pertinencÿs ad I l y e d hospitem furum Ratk Jobagionem ipsius petri fily Heem in villa E g u r z e g residentem Gozcyn diuagantem dobra Jobagionem Georgy fily ..... quondam Wayuode in villa T e y e d commorantem Ztoha diuagantem Buda et Haal Jobagiones regales in villa a l m a s residentes Sysa vagabundum dobray et prodan filio Balkonya ac prÿan Jobagiones regales in villa H e r c z e k commorantes v... dictum et d... diuagantem wolha Jobagionem Zemere in villa T a l y a n f a l w a residentem Syuka filium Ztanÿzlou latitantem Thomam dictum ....az Jobagionem ..... commorantem Horgach Jobagionem fily Nicolai de villa C h a z a r t e t e u commorantem Basylium (?) et Lukasium filium Maladin diuagantes, veze vagabundum ladislaum f..... draÿany et Rada fratrem eiusdem diuagantes valentinum filium Lukachi latitantem ..... H..... Zla ..... Blasium Jobagionem magistri petri filÿ Heem in E g u r z e g h commorantem Rad ..... in villa Rad.... in villa ....yuk commorantem Olyad filium dragoya latitantem Kya filium druguzlou ..... commorantem ..... Michael dictus Buka in villa g y l e l u e s?[1]) residentem .... et Mekenye filium Kur..og.am in M e z e u s o m p l y o commorantem pro publicis furibus..... malefactoribus..... entes ad debitam vindictam proscri.....andam nobis in eorum registo assignarunt quiquidem proscripti malefactores Juris et iusticie.... allegantes ad eandem congregacionem nostram venire vel mittere et juri parere non curarunt, vnde nos simul cum predictis vicecomite et iudicibus nobilium et iuratis assessoribus ..... eosdem proscriptos (három szó hiány) sentencia et amissione omnium possessionum proprietatum et bonorum suorum vbilibet existencium vigore presencium decreuimus et committimus conuictos dy.....ne ipsorum proscriptorum malefactorum ...an qu de regno ..... Commisimus vt unicuique et apud quoscunque ydem proscripti malefactores (az utóbbi két szó

[1]) Tán Gyulvez ?

az eredetiben kipontozva, érvénytelensége jeleül) tam in tenutis Castrorum et Ciuitatibus quam in villis liberis regalibus et reginalibus ac possessionibus nobilium ydem proscripti malefactores aut singillatim quispiam eorundem per quoscunque vel per quemcunque poterint reperiri extunc eosdem quilibet interficiendi suspendendi et quolibet supplicio feriendi ac bona et res eorundem quaslibet pro se habendi et reservandi habeant facultatem, Nec quisquam ex ipsis et cognacionibus eorundem proscriptorum vllo vnquam tempore super interfeccionibus et abalienacionibus bonorum suorum contra interfectores eorundem materiam valeant suscitare quescionen aliqualem Nos itaque vicecomes et Judices nobilium dicti Comitatus premisse congregacionis ipsius domini palatini interfuimus et omnia premissa cum eodem domino palatino communi consensu ordinantes In horum omnium testimonium Sigilla nostra iuxta sigillum ipsius domini palatini presentibus duximus apponenda. Datum septimo die congregacionis nostre predicte in loco memorato, anno domini M^{mo} CCC^{mo} septuagesimo.

(Eredetije szakadozott, elfakúlt, és azért sok helyen olvashatlan papiron a magyar országos levéltárban. Hátán pecsétek nyomával zöld viaszban).

72.

1370. július 27-én.

. . . . Nos magister Johannes filius Stephani, Castellanus de Haram et vicecomes Comitatus de Krassow ac Judices Nobilium de eodem, damus pro memoria quod officialis magistri Andree dicti Chepe de Nyeg in persona domini sui ad nostram accedendo presenciam nobis protestando dixit eomodo quod vnum Jobagionem feria quinta proxima nunc preterita post festum beati Jacobi apostoli ad consuetum forum misisset ad possessionem Bodugazunfalua Mathias famulus Johannis magni officialis de vizuar sua propria et temeritate vnum equum ab eodem potencialiter recepisset Igitur ad huius rei ueritatis a nobis sibi dari nostrum postulauit hominem, Nos uero Thomam filium Nicolai de Kisteluk adpremissa exsequenda duximus dirigendum, qui demum ad nos reuersus nobis fideliter eomodo quod ab omnibus quibus decuisset palam

et oculte nobilibus et ignobilibus depremissis talem sciuisset veritatem quod idem per eundem Mathiam suo modo facta fuisse ut premittitur pure sciuisset, datum in Mezewsomplio Sabato proximo post festum beati Jabobi apostoli, anno domini M° CCC° LXX^mo.

(*Kivül:* Pro magistro andrea dicto Chepe contra Mathiam famulum Johannis magni officialem de vizuar Super facto potentis (így) et recepcione vni equi sui Inquisitoria).

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Három pecsét nyomával. Folyószám 1571.)

73.

1370. szeptember 21-én.

Nos magister Johannes filius Stephani, Castellanus de Haram et vicecomes Comitatus de Krasow, ac Judices nobilium de eodem, damus pro memoria, quod magister dionisius filius Nicolai, de Vruzapati, officialis magistri Petri fily Pauli fily Heem in persona eiusdem domini sui ad nostram accedendo presenciam nobis protestando dixit tali modo quod Radul Vayuada Comes de Kuuesd feria quinta proxima nunc preterita ante festum Natiuitatis virginis gloriose propria sua potencia et temeritate de possessione predicti domini sui Belenus vocata misisset quinque argenas feni quod dicitur Kalangia auferri fecisset Igitur a nobis sibi dari ad inquisicionem sue ueritatis sibi dari (így) nostrum postulauit hominem nos uero Bedictum filium Petri de Zakadag ad premissa exsequenda duximus dirigendum, qui demum ad nos reuersus nobis fideliter dixit istomodo, quod ab omnibus quibus decuisset pallam et oculte nobilibus et ignobilibus de premissis talem sciuisset ueritatem quod queremonia sew protestacionis eius eiusdem magistri petri suomodo vt premittitur facta fuisse per ipsum Radul vaivadam pure sciuisset. Datum in Mezewsomplio in festo beati Mathei apostoli et evangeliste anno domini M° CCC^mo LXX^mo.

(*Kivül:* Pro magistro Petro filio Pauli fily Heem contra Radul Wayuodam super recepcione quinque argene quod dicitur Kalangia Inquisitoria).

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán három pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 1573.)

74.

1370. szeptember 22-én.

Lodovicus Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque Rex, Princeps Sallernitanus et Honoris Montis Sancti Angeli Dominus. Omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, Salutem in omnium Saluatore. Regia sublimitas inmensitas et largissima benignitas, solet suos subditos ad gradus provehere alciores, Subditi enim in virtute boni Presidentis tunc letantur, cum eos extollit honoribus, ditat Possessionibus, et dotat regalis munificencie donatiuis. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod Roman et Ladislaus, fily Struza, fideles Olachÿ Nostri, ad nostram presenciam accedentes, eorum fidelitatibus et seruicÿs in diuersis Nostris negocÿs iuxta possibilitatis eorum quidditatem Notre Maiestati exhibitis, seriatim declaratis, quasdam duas possessiones nostras Regales, in Capite duorum fluuiorum Mothnuk nominatorum in Districtu Karansebus existencium per prefatum Struza Patrem ipsorum, sub nomine sui Keneziatus dudum ibidem locatas, populorum et habitatorum Copia decoratas, per ipsosque nomine nostro Regio, hactenus possessas et Conseruatas, a nobis sibi: Item Petro, Gruban et Michaeli, filÿs Dionysii, fily eiusdem Struza: Nec non Michaeli, Dionysio et Zacharie, filÿs Iwan, fily predicti Struza, fratribus ipsorum Patruelibus dari et conferri perpetuo postularunt. Nos itaque, qui ex suscepti Regiminis nostro officio animo metiri pietatis debemus merita singulorum pensatis fidelitatibus et obsequiosis famulatibus predictorum filiorum Struza, quibus ipsi in plerisque nostris et Regni nostri negocÿs, sicut prosperis, sic et aduersis, Cum sumpma sollicitudine, euigilanti Cura, et omni fidelitatis fauore, iuxta exigenciam possibilitatis ipsorum studuerunt nostre Celsitudini Complacere, volentes premissis seruicÿs eorum gratuito occurrere cum fauore, Ipsosque Regio prosequi donatiuo, predictas duas Possessiones nostras Regales in Capite predictorum fluuiorum Mothnuk nuncupatorum, in

districtu K a r a n s e b u s existencium sitas et per predictum Struza Patrem ipsorum ibidem situatas, populatas, et locatas, omni eo Jure et Titulo, quo eedem ad nostram collacionem pertinere dinoscuntur, eisdem Romano et Ladislao filÿs Struza nec non prenotatis filÿs Dionysy, et filÿs Iwan fratribus ipsorum Patruelibus, eorumque Heredibus, Successoribus, et posteritatibus vniuersis, Cum omnibus ipsarum vtilitatibus, Juribus, fructuositatibus, et pertinencÿs vniuersis, sub eisdemque metis et distinccionibus metarum, quibus ab olim per prefatum Patrem eorum, et per Consequens ipsos hactenus habite extiterunt et possesse, Noue Donacionis nostre Titulo dedimus, donauimus, et contulimus, Jure perpetuo et irreuocabiliter per eosdem possidendas, tenendas et habendas. Saluo Jure alieno. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes concsessimus literas nostras priuilegiales pendentis et authentici Sigilli nostri novi dupplicis munimine roboratas. Datum per manus Venerandi in Cristo Patris Domini Ladislai Episcopi Wesprimiensis Reginalis Cancellarÿ, et Aule Nostre Vice Cancellarÿ dilecti, et fidelis nostri, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo, Decimo kalendas Octobris Regni autem nostri Anno Vigesimo Nono. Venerabilibus in Christo Patribus et Dominis Thoma Strigoniensi fratre Stephano Colocensi, Wgulino Spalatensi, Nicolao Jadrensi, et Elya Ragusiensi Archiepiscopis: Demetrio Waradiensis, Michaele Agriensis, Colomano Jauriensis, Wilhelmo Quinque Ecclesiensis, Stephano Zagrabiensis, Johanne Waciensis, Dominico Chanadiensis, Demetrio Transyluanensis, Ladislao Nitriensis, Petro Boznensis, Stephano Syrimiensis, Nicolao Tyniniensis, Demetrio Nonensis, Nicolao Traguriensis, Stephano Farensis, Jacobo Macariensis, Mattheo Sibinicensis, Michaele Scardonensis, et Portiua Sennensis Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias dei feliciter gubernantibus, Corbauiensi sede vacante, Magnificis viris Dominis Ladislao Duce Opulie Regni nostri Palatino, Emerico Wayuoda Transyluano, Comite Nicolao de Szeech Judice Curie nostre, Johanne Magistro Thauarnicorum nostrorum, Simone Regnorum Dalmacie et Croacie, Petro Zudar tocius Sclauonie et Nicolao de Machou Banis, Georgio Zudar Pincernarum, Paulo Dapiferorum, Johanne Janitorum et Stephano

Agazonum nostrorum magistris ac eodem Domino Ladislao Duce Comite Posoniensi, et alysque quam pluribus Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.

(Huszti András egyszerű másolata a tinkovai Macskási-család levéltárában 889. szám. Az eredetiről két pecsét függött).

75.

1371. május 30-án.

Nos Capitulum ecclesie Chanadiensis, damus pro memoria, Quod ad nostram personaliter accedens presenciam, magister Nicolaus filius Pauli fily Heem, sua ac Petri fratris sui, in persona, Ivaczka filium Petri, fily Kelemenes, ne possessiones seu possessionarias suas porciones quacunque et quocunque nomine vocitentur, in Comitatu de K r a s s o adiacentes, cuique hominum, et specialiter Petro Judici de M e z e u s o m o l y o, vendere, dare, donare, permutare, pignori obligare, perpetuare, aut alio quocunque modo a se alienare, et quoslibet alios, et nominatim Petrum Judicem, ne easdem seu quamlibet earum particulam, pro se occupare an vsurpare, seu quouis exquisito colore, de eisdem se intromittere, in ipsorum preiudicium, possint atque valeant, prohibuit contradicendo, et interdixit, In cuius prohibicionis testimonium presentes, a nobis petitas eisdem concessimus communi iusticia id requirente. Datum sexto die festi Penthecostes, Anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} primo.

(*Kivül:* Pro magistris Petro et Nicolao filÿs Pauli fily Heem, contra Iwanka filium Petri fily Kelemenes, Prohibitorie).

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma).

76.

1371. június 9-én.

Amicis suis reuerendis Capitulo ecclesie Chanadiensis Ladislaus dux Opulye et Welunensis regnique Hungarie palatinus et Judex Comanorum amiciciam paratam cum honore, dicit nobis Stephanus dictus Magyar de E r m e n quod quedam possessiones videlicet f e l e g h a z in Krassou, et M o d o s

in Keue Comitatibus existentes apud manus alienas habitas legitima recaptiuacione et sibi statuifaccione plurimum indigerent, si contradiccio alicuius non obuiaret in hac parte, super quo vestram amiciam presentibus petimus reuerenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente dominicus filius Stephani de Kereztus vel Michael filius Stephani de Jeneu aut Janika de d y a k o l c h seu Nicolaus filius augustini, alys absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum vicinis et commetaneis eorundem legitime inibi conuocatis et presentibus accedendo, recaptiuet ipsam nomine Juris dicti Stephani recaptiuatamque statuat ipsi eo Jure quo sibi dinoscitur pertinere perpetuo possidendam Si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint citet ipsos contra predictum Stephanum in nostram presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, Et posthec ipsius possessionarie recaptivacionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint, ac die ipsius citacionis cum termino assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Wissegrad feria secunda proxima post festum Corporis Christi Anno eiusdem Millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} primo.

(Eredetije a Niczky-család levéltárában).

77.

1371. június 20-án.

(N)os Comes Nicolaus de Zeech Judex Curie Serenissimi et magnifici Principis domini Lodovici dei gracia Incliti Regis Hungarie, memorie commendantes tenore presencium quibus expedit vniuersis, Quod nobis in octauis festi penthecostes unacum Baronibus et Nobilibus Regni Judiciario pro tribunali sedentibus, litesque et Jurgia quorumlibet causancium nostro in conspectu litigancium Justo Juris libramine pensantibus et dirimentibus inter alios causantes Karapch olachus pro se personaliter ac pro Negul, layk, Nicolao et ladizlao fratribus suis vterinis cum procuratoriis literis regalibus nostrum Judiciarium adiens conspectum, presente Nicolao claudo filio dominici de I c t o r, qui pro ladislao et Jacobo

filys Bekus de Endred cum procuratoriis literis regalibus et Capituli ecclesie Orodiensis coram nobis astabat, Exhibuit nobis quasdam tres literas duas viri magnifici Comitis Stephani Bubeek pridem similiter Judicis Curie Regie predecessoris nostri bone memorie anno domini M^mo CCC^mo LX^mo tercio duodecimo die quindenarum residencie exercitus regalis, contra Boznenses moti et ad octauas festi beati Regis Stephani tunc preteriti proclamate confectas, Capituloque Chanadiensi directas, et terciam ipsius Capituli Chanadiensis regie excellencie exinde rescriptam, petens nos humili precum cum instancia, vt tenores earundem literarum prout congruet literis nostris priuilegialibus inseri et easdem in forma legis consueta acceptare et roborare atque ratificare dignaremur que quidem due litere ipsius Comitis Stephani declarabant inter cetera, quod Karapch olachus filius ladislai fily Zorna pro se personaliter et pro Stanizlou, negul, layk, Nicolao, ladislao fratribus suis vterinis cum procuratoriis literis Capituli Orodiensis predicti, iuxta continenciam literarum regalium prorogatoriarum, indictis quindenis residencie exercitus regalis, In figura Judicÿ ipsius Comitis Stephani conparendo, quasdam literas dicti Capituli Chanadiensis domino nostro regi rescripcionales, formam possessionarie reambulacionis contradictorumque inhibicionis et citacionis, ac tenorem literarum regalium, eidem capitulo directarum, de verbo ad verbum in se continentes, asserens accionem suam et fratrum suorum predictorum literis contineri in eisdem, contra ladislaum filium Galli de v m u r, ac Jacobum et ladislaum filios Bekus de Endred, eidem Comiti Stephano presentasse inter cetera declarantes quod cum predicti Karapch, et fratres sui, acceptis magistris Nicolao archydiacono Huntensi Capellano regio conmensali, et Nicolao dicto Zudor aule regie Juuene hominibus regys, ac domino Mathya Custode dicte ecclesie Chanadiensis per idem Capitulum ad regium literatorium mandatum in testimonium transmisso, feria quarta proxima post octauas festi beatorum petri et pauli apostolorum, anno domini M^mo CCC^mo LX^mo primo preteriti intercetera ad facies possessionum S o l u m u s et I k u s vocatarum ac ad easdem pertinencium, per regiam clemenciam de manibus suis regys eis collatarum, quas scilicet idem dominus noster Rex, per

veros et antiquos cursus metarum quibus ante premissam suam collacionem habite extitissent et possesse, a quorumlibet aliorum Juribus possessionariis segregari, segregatasque ab aliorum Juribus legitime et Juridice ipsis Olachÿs suis statui facere voluissent, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accessissent, et easdem reambulando, per dictos regios et anotati Capituli Chanadiensis homines, ab aliorum Juribus segregari et distingui nouasque metas iuxta veteres in facie dicte possessionis I k u s erigi facere voluissent, huic metarum ereccioni inter alios Jacobus et ladislaus fily Bekus de Endred, ac Mychael officialis de T u r d in persona ladislai fily Galli domini sui contradixissent, qui quidem fily Bekus et ladislaus filius Galli ad quindenas dicte ferie conuocate, per prefatos regios et ipsius Capituli homines, eisdem die et loco, contra prefatos olachos in regiam presenciam citati extitissent, Quibus quidem literis exhibitis idem Karapch racione premisse contradiccionis assignari postulasset, per filios Bekus et ladislaum filium Galli prenotatos, Quibus perceptis primo prefati Jacobus et ladislaus fily Bekus personaliter in ipsius Comitis Stephani exsurgentes presenciam, respondisse ut eo modo, quod ipsi premisse metarum ereccioni pro eo contradixissent quia ipsi olachy per premissas reambulacionem et metarum ereccionem magnas particulas terre de possessione ipsorum scilicet filiorum Bekus E n d r e d vocata, ad predictam possessionem I k u s, ac eius pertinencias applicare voluissent, postmodum autem anotatus ladislaus filius Galli similiter personaliter adherendo respondisset eo modo, quod prefatus officialis suus ipso domi non existente, metarum ereccioni dicte possessionis I k u s sua in persona contradixisset, sed si ipse tempore premisse reambulacionis inibi affuisset, tunc ab ereccione verarum metarum ipsius possessionis I k u s dictos regium et anotati Capituli homines non prohibuisset, nec tunc ereccioni verarum metarum eiusdem possessionis I k u s contradiccionem facere voluisset aliqualem, Quibus perceptis, quia predictus dominus noster Rex possessionem prescriptam per ipsum dictis olachys collatam, per veros et antiquas cursus metarum, quibus ante premissam suam collacionem, per ipsum et suos predecessores reges legi-

time habita extitisset, et possessa, a quorumlibet aliorum Juribus segregari, ab aliorumque Juribus segregatam legitime eisdem olachys statui facere voluisse ex prescriptis reperiebatur, dicti vero Karapch et Stanislaus ac fratres eorum homines aduene consuetudinarias leges et lites huius regni fere omnino ignorare dignoscebantur, ob hocque ipse Comes Stephanus, cum prelatis Baronibus et nobilibus regni deliberando in premissis in breviori termino eisdem olachys finem debitum imponere intendens, amiciciam anotati Capituli Chanadiensis literatorie petiuisse reuerenter quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum coram quo discreti viri dominus petrus Orodiensis et Nicolaus eiusdem ecclesie Chanadiensis prepositi homines domini nostri regis, in octauis festi beati Georgy martyris tunc venturi et alys diebus subsequentibus, ad idque sufficientibus, ad faciem prescripte possessionis Ikus vocate ac pertinenciarum eiusdem, vicinorum et commetaneorum suorum legitimis conuocacionibus factis, et presentibus, vel eorum legitimis procuratoribus presentibus accedendo, ab eisdem vicinis et commetaneis, ceterisque nobilibus conprovincialibus, ac ab alys quibus decens et opportunum fieret, ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et fide sacre Corone regie conseruandam deo pre oculis habito odio fauore et timore cuiuslibet partis procul abiectis de eo sub quibus metis metarumque cursibus et limitacionibus prelibata possessio Ikus ac pertinentes ad eandem, prius tempore condam domini Karoli Illustris regis Hungarie laudande recordacionis, tandemque tempore conservacionis predicti domini nostri regis usque collacionem earundem annotata habita extitisset et per eosdem possessa conscienciose inuestigarent, omnimodam veritatem inuestigataque horum ueritate prelibatam possessionem Ikus per easdem cursus metales et limitaciones, per quos per predictos condam dominum Karolum Regem et dominum nostrum Regem conseruatam fore scirent reambulando, novarumque metarum ereccionibus factis, ab aliorum possessionariis Juribus separando, eisdem Stanizlao et Karapch ac fratribus eorum sub eisdem metis de nouo erectis, iuxta premissam regiam collacionem relinquent et committent possidendam contradiccione prefatorum filiorum

BIBLIOTECA CENTRALĂ REGIONALĂ
Nr. de inv.

Bekus et Ladislai fily Galli, ac aliorum quorumlibet non obstante, Et post hec ipsius possessionarie reambulacionis seriem cum cursibus metarum, ad octauas festi Penthecostes tunc venturi domino nostro Regi fideliter rescribet Capitulum ecclesie Chanadiensis prenotatum, Tenor vero dicte littere ipsius Capituli Chanadiensis talis est Excellentissimo principi domino lodouico dei gracia illustri Regi Hungarie domino ipsorum naturali, Capitulum ecclesie Chanadiensis oraciones in domino debitas ac deuotas cum perpetua fidelitate, nouerit vestra excellencia, quod cum nos receptis literis magnifici viri Comitis Stephani Bubeek Judicis Curie serenitatis vestre modum et formam Judiciarie deliberacionis eiusdem exprimentibus inter cetera continentibus, vna cum discretis viris et honestis dominis petro Orodiensi, et Nicolao ecclesie nostre prepositis, hominibus vestre celsitudinis et eis literis Judicis Curie vestre exprimentibus, vnum ex nobis discretum virum videlicet dominum Mathyam ecclesie nostre custodem in octauis festi beati Georgy martyris, deinde ad octauas festi nativitatis sancti Johannis baptiste, et tandem ad quindenas eiusdem festi nativitatis Sancti Johannis dilatate fuerat prorogata ad infrascripta fideliter exequenda transmisimus, demum ydem exinde reuersi nobis consona et conformi voce retulerunt, per nos requisiti, quod ipsi in dictis quindenis ipsius festi nativitatis Sancti Johannis baptiste proxime nunc preteritis et alys diebus subsequentibus ad idque sufficientibus accessissent, ad faciem possessionis I k u s et ad eandem pertinencium vicinis et commetaneis eiusdem legittime conuocatis et eisdem partibus infrascriptis presentibus, ab eisdem vicinis et commetaneis suis ceterisque nobilibus conprouincialibus, ac ab alys quibus decuisset et opportunum fuisset ad eorum fidem deo debitam et fidelitatem vestre regie maiestati ac sacre Corone obseruandam, deo pre oculis habito, odio fauore et timore cuiuslibet partis procul abiecto, super infrascriptis diligenter et conscienciose inuestigando et inquirendo predicti homines vestre serenitatis presente eodem testimonio nostro talem scivissent veritatem, quod prelibata possessio I k u s et ad eandem pertinentes, sub metis metalibusque cursibus, et limitacionibus infrascriptis, quibus primum tempore condam domini Karoli illustris

regis Hungarie laudande recordacionis, tandemque tempore conseruacionis vestre celsitudinis usque collacionem eiusdem, quod officiales vestre celsitudinis et Judices, ac honores ipsius terre tenentes pro tempore constitutos habita extitisset et possessa, et sic scita premissorum mera veritate, ydem homines vestre excellencie presente predicto nostro testimonio dictam possessionem Ikus et ad eandem pertinentes, reambulatam, novarumque metarum ereccionibus factis, iuxta premissam regiam collacionem relinquissent et diuisissent, Stanizlou et Karapch, ac fratribus eorumdem, sub eisdem metis de novo erectis possidendam, contradiccionem Jacobi fily Bekus et fratrum suorum, et aliorum quorumlibet non obstante, mete autem quibus prelibata possessio Ikus et ad eandem pertinentes a vicinarys possessionarÿs porcionibus separatur et distingitur prout ydem vestre excellencie et noster homines, nobis retulerunt et in scriptis reportauerunt, hoc ordine protenduntur, prima enim meta incipit in capite duorum fluviorum Tuplafeu et Bosarfeu vocatarum, vbi sunt due mete terree de novo erecte, que quidem due mete separant predictam possessionem felIkus a possessionibus regalibus Nodrag vocata, et a Ladislao filio Galli et ab inde pergendo per idem Berch, ad partem septemtrionalem ad bonum spacium descendendo pervenit ad vnam semitam ubi sunt ex vtraque parte similiter due mete terre erecte denoue, quibus in eodem Berch ad eandem partem transcurrendo sunt due mete terre inter predictos Karapch et fratres suos, ac Lad. filium Galli distingentes, exhinc ad eandem partem in eodem Berch alcius per magnum spacium pergendo sunt similiter due mete terre posite a quo Berch ad eandem plagam descendendo, inter capita duorum fluviorum farkasfew et Kysbasarfew dictorum similiter sunt due mete terre erecte, Jam in ipsa valle similiter ad eandem plagam septemtrionalem currendo, ad bonum spacium inter predictos fluvios farkasfew Kysbosarfew sunt due mete posite, a quibus ad eandem plagam transferendo inter duos fluvios Galagnafeu et farkaspataka sunt due mete terre posite, et ab hinc in eandem vallem ad eandem plagam transferendo, pervenit ad vnum Berch, quodquidem Berch duo fluvy Ikusfew, et Galadnapataka scartu-

rientes conveniunt, sunt due mete terre posite, a quibus ad magnum spacium, ad eandem plagam transferendo inter duos gurgites vel fluvios Galadnapataka et Vechefeu nuncupatos sunt due mete terre erecte, et abhinc in eodem Berch ad eandem plagam ad magnum spacium descendendo pervenit ad capita duorum fluviorum Kysuechefeu et Kysgaladnafeu dictorum, inter quos sunt due mete terre erecte, abhinc in eodem Berch ad eandem plagam per magnum spacium eundo peruenit ad vnum locum Teglauar vocatum vulgariter, secundum vero Olachos Charamada vocatum, ubi sunt due mete terre erecte, Item ulterius ad eandem plagam eundo super caput cuiusdam fluuÿ Muchnapataka, et inter Vechepataka sunt due mete terre posite, que sunt distingentes inter eosdem Karapch et fratres suos ac ladislaum filium Galli superius nominatum, dehinc per idem Berch ad eandem partem pergendo uenit ad duas metas terreas cursuales inter duos ryuulos scilicet Veche et Muthnuk uocatos, adhinc (így) uergendo per idem Berch ad partem occidentalem venit ad duas metas terreas cursuales vlterius procedendo per idem Berch uenit ad duas metas terreas cursuales, deinde procedendo, ad eandem partem sunt due mete terre cursuales iuxta quandam semitam, Item pergendo ad eandem partem in capite Riuulÿ sunt due mete terre erecte, abhinc pergendo ad eandem partem duas metas terreas cumulassent, deinde transeundo per idem Berch per bonum spacium duas metas terreas eleuassent, dehinc pergendo per idem Berch semper ad partem occidentalem sunt due mete terre seriatim posite, deinde tendendo per idem Berch duas metas terreas erexissent, post modum eundo ad eandem plagam in uertice eiusdem Berch sunt due mete terre de nouo erecte, deinde uergendo ad eandem plagam in uertice eiusdem Berch sunt due mete terre posite cursuales, ulterius procedendo per idem Berch per bonum spacium sunt tres mete terre erecte angulares, vna a parte meridionali separat ladislao filio Galli, a parte vero occidentali Blasio de Zeech, a parte autem septemtrionali distingit Karapch a fratribus suis, dehinc reflectendo inter partem septemtrionalem et occidentalem descendendo, ad quandam vallem, ad ictum unius sagitte vel paulo plus ad

vnam metam currentem gerando ad eandem partem per bonum spacium circa eundem Ryuulum Bykuspataka uocatum circa latus eiusdem vnam metam currentem posuissent, abhinc procedendo versus occidentem est vna meta terrea de nouo erecta cursualis, post modum reflectendo per eandem plagam circa quandam semitam est vna meta terrea de nouo posita, ulterius pergendo ad eandem partem occidentalem per modicum spacium est vna meta terrea, de nouo erecta, Item ad eandem partem transeundo posita esset vna meta terrea cursualis, deinde procedendo per plagam occidentem, secus quandam viam cumulassent vnam metam terream, ulterius procedendo per eandem plagam per modicum spacium est vna meta terrea posita, abhinc transeundo per eandem plagam directe dirando venit ad vnam metam terream cursualem, adhuc ulterius procedendo ad eandem plagam est meta terrea de nouo posita cursualis iuxta quandam viam per quam itur de Bakcholk in Endreud ubi posuissent vnam metam terream de nouo, ulterius procedendo et dum metas erigere uoluissent, Jacobus filius Bekus dixisset, quod si prohibicio sua inaliquo sibi profitere posset, extunc a predicta Vechefeu et Endreudfeu prohiberet, quia a predicto laco (igy) Vechefeu usque ad illum locum Bacholpataka, et ulterius prout inferius exprimittitur sua esset, et fratrum suorum, ac in dominio eiusdem fuissent et essent quicquid autem ydem vestre excellencie et noster homines de eadem facerent totum ipsorum consciencie conmisissent, Jacobus et fratres sui supradicti, sed quia ambe partes videlicet Karapch et sui fratres ac Jacobus et similiter sui fratres cum magna multitudine venissent, et licet idem Karapch et sui fratres Juridice et legittime cum ipsa multitudine et non inoffensam partis aduerse illic affuerint, tam ex parte ipsius Jacobi et fratrum suorum hoc ipsis vestre excellencie et nostris hominibus apparuisset manifeste ut guerram et discordiam facere conarentur, et intenderent, quod et verbotenus idem Jacobus expressisset dicendo, quod si centum metas vel plures erigerent erigere non permitteret, quoquomodo, et ne inter partes ipsas discordia oriri possit ulterius ad erigendum metas accedere non presumpsissent. Et licet Blasius de Chura et Johannes, Bench, ad ipsorum possessiones et capita, ipsos,

vestre serenitatis et nostrum homines adhuc assecuraverunt et assecurare voluerunt, quod nullo timore habito ulterius ad erigendum ipsas metas irent et accederent dumtaxat inter se estimando quod ipsi duo homines contra ipsam multitudinem ipsos defendere nequirent, et non valerent, Ideo personas ipsorum timentes nec sic ulterius accedere presumpsissent vestre excellencie et noster homines, Nichilominus tamen secundum quod metas ipsius terre antiquas conscienciose rescire potuissent videlicet ab eadem ultima meta Bacholchapataka per eandem vallem eundo, et descendendo cadit in Endreudpataka et inqua itur ad quandam publicam viam per quam transitur et itur versus partes transilvanas secundum cursum ipsius antique vie que scilicet via in suo transit cursu duas possessiones ipsorum filiorum Bekus Kysendreud, et feleste vocatas et ipsam pergeret et veniret usque ad metas Stephani claudi, quam terram a predicto Bacholchapataka usque ad dictas metas ipsius Stephani claudi prefati vestre excellencie homines presente eodem nostro testimonio statuissent et dimisissent Karapch et fratribus suis superius notatis, sciuisse eciam se retulerunt, quod terram quam includerent mete supradicte, videlicet a Bacholchapataka usque ad metas ipsius Stephani claudi vsi extitissent officiales vestre serenitatis pro tempore constituti, et quod terras arabiles, siluas et nemora, ac prata, ydem officiales et Bekus ac sui fily communiter vsi extitissent, nichilominus tamen tributum porcorum et alias vtilitates et fructus ipsius Silue recepissent, et percepissent officiales vestri supradicti, dixerunt eciam scivisse, quod pretactus Bekus ipsam terram per metas iamdictas inclusam suam fore et ad ipsum pertinere, cum adhuc vitales caperet auras asseruisset, Quo facto dum ad metas predicti Stephani claudi accedere voluissent, idem Stephanus ad ipsorum requisicionem si metas inter suas possessiones et possessionem felIkus reambulare et metas ad erigendum dare permitteret respondisset quia cum alienacio possessionum quorumlibet hominum contrarium et lugrubrosum, (sic) sit et exstat suat possessiones valde invitus de se alienaret, et si ipsas metas erigere conarentur, consentire nollet, nec permittere vellet, quoquomodo et quia ipse Stephanus eciam illic

in societate ipsorum filiorum Bekus advenisset Ideo similiter ne guerra inter partes oriatur et ipsorum persone periculum incurrent ulterius ad erigendum dictas metas accedere ausi non fuissent, Quibus auditis prout conscienciose inuestigando veritatem scire potuissent, de metis de predicto Stephano separantibus, et distingentibus inciperet a loco ubi terminarentur mete predictorum filiorum Bekus in dicta magna via per bonum spacium currendo versus partem orientalem infra dictam villam Ol Ikus cadit in fluuium Temes et in ipso fluuio sursum currendo, uenit ad locum ubi cadit Ikuypataka ad ipsum fluuium Temes vbi de fluuio Temes exeundo cadit in dictum fluuium Ikuspataka in quo sursum currendo iungit Rugusnapataka dictum in ipsoque Rugusnapataka currit usque ad metas ville Zaad et ibi terminantur mete possessionis superius nominate, quam scilicet terram per iam nominatas metas circumdatam statuissent et reliquissent Karapch et fratribus suis sepius nominatis, datum in vigilia festi beati Jacobi apostoli Anno Domini M^mo CCC^mo LX^mo quarto. Quarum quidem litterarum reuisis et perlectis continencys tam prefatus Karapch sua et dictorum Negul, layk, Nicolai et ladislai fratrum suorum inpersonis, ipso Stanizlao ut dixit defuncto, quod predictus procurator ipsorum filiorum Bekus confessi extiterunt viva voce, quod ipsi scilicet Olachy et fily Bekus in facto dictarum metarum possessionum eorum concordassent, eisdem possessiones hys metis in Registro nobis apportatis ab invicem distingendo, quo primo incipiendo a quodam Ryuulo Bakouchpataka vocato descendens esset vna meta terrea abhinc versus orientem eundo in uertice cuiusdam Berch prope fluuium Endreud duas metas terreas erexissent, quarum vna a parte meridie ipsis Olachys, a parte septemtrionis filys Bekus separarent, abhinc in eadem parte orientali ipsum fluuium Endreud transeundo in vertice cuiusdam alterius Berch similiter duas metas modo quo supra ab inuicem separandas erexissent, deinde ad eandem plagam eundo in planicie unam metam cursualem erexissent, abhinc per bonum spacium ad plagam eandem transeundo et quandam vallem Barapataka saliendo in latere cuiusdam Berch quintam metam cursualem erexissent, deinde versus eandem

plagam eundo et quoddam eer Babnapataka nominatum saliendo duas metas quosupra abinvicem distingendas erexissent, abhinc in eadem plaga directe eundo et quandam paruam vallem N e n y c h e u e l g e vocatam saliendo in uertice cuiusdam Berch vnam metam cursualem erexissent de hinc in eadem parte eundo cadit in vallem G a r d i a p a t a k a vbi duas metas ut premittitur ab invicem separandas erexissent, abhinc per eandem vallem versus austrum descendendo et quendam puteum infra transeundo prope eundem puteum a parte occidentis vnam metam erexissent, abhinc ibidem ipsum G a r d i a p a t a k a saliendo aliam metam terream erexissent, dehinc iterum ad dictam plagam orientalem diuertendo ab occidente et per modicum spacium procedendo similiter vnam metam erexissent, abhinc in eadem plaga orientali procedendo peruenit ad Ryuulum V e c h e iuxta quem duas metas modo quo supra ab in vicem separandas erexissent ubi cadit in ipsum Ryuulum V e c h e et ibi ipsum Ryuulum V e c h e saliendo versus eandem partem orientalem perveniret ad metam que separaret ipsis Olachys a parte meridiei et a parte australi Marco et dominabus de O l I k u s et ibi ipse mete terminarentur, Quibus omnibus sic perceptis prefati Karapch et procurator dictorum filiorum Bekus premissam earundem parcium conposicionem et metarum sequestracionem pro ipsis et eorum posteris per nos mediante nostro priuilegio roborari facere postularunt, Et quia prefata possessio I k u s appellata cum suis pertinencys sub metis et cursibus metalibus premissis vicinis et commetaneis suis conuocatis et ipsis, ac partibus presentibus ipsis Olachys per prelibatos regios et ipsius Capituli Chanadiensis homines iuxta predictam Judicariam commissionem contradiccione quorumlibet non obstante statuta et metis eisdem ab aliorum Juribus possessionarÿs segregata fore in eademque metali limitacione solum annotatus Jacobus filius Bekus quodammodo contentus non fuisse ex tenoribus prescriptarum literarum reperiebatur, nuncque ydem Karapch, et fily Bekus, facto in eodem modo premisso pacificati fore fatebantur, pro eo Justis et Juri admittendis peticionibus ipsius Karapch in clinati pretactas literas presentibus insertas simul cum ipsa conposicionaria vnione eatenus quemadmodum eedem veritati suffra-

gantur et vires habere dinoscuntur, acceptamus, approbamus et presencinm patrocinio pro ipsis Karapch, Negul, layk, Nicolao et ladislao, suis fratribus, eorumque posteris in perpetuum valere roboramus, Ipsam possessionem I k u s cum suis pertinencys et vtilitatibus prout scilicet ipsas prenotate mete a prenominatorum nobilium et aliorum Juribus possessionarys separant sub earundem metarum distinccionibus, prefato Karapch et suis fratribus eorumque successoribus eo Jure quo ipsis dinoscitur pertinere perpetualiter possidere tenere pariter et habere relinquendo auctoritate nostra Judiciaria mediante saluo tamen Jure alieno, ipsa possessione E n d r e d sub earundem metarum distinccione dictis filys Bekus remanente, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem Olachys concessimus literas nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri auctentici munimine roboratas, Datum In Wyssegrad vigesimo die octauarum festi Penthecostes predictarum, Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo primo.

(Eredetije hártyán a budai kam. ltárban. 1510. csomag, 20. szám, violaszín selyemzsinóron függő pecséttel, következő körírással: S. Comitis Nicolai de Zeech Judicis Curie Regie. A czímerben kétfejü sas, kiterjesztett szárnyakkal. Kivül: Super Y k u s cum pertinencys roboracio adiudicatoria).

78.

1371. június 20-án.

(N)os Comes Nicolaus de Zeech Judex Curie serenissimi principis domini Lodouici dei gracia Incliti Regis Hungarie Memorie commendantes Tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis Quod nobis in octauis festi Penthecostes vnacum Baronibus et nobilibus regni in sede nostra Judiciaria sedentibus causalesque processus quorumlibet coram nobis litigancium iusto Judicy examine discucientibus Karapch Olachus pro se personaliter ac pro Ladislao et Nicolao fratribus suis cum procuratoriis literis regalibus in nostro Judicario conspectu comparendo exhibuit nobis quasdam duas literas vnam viri magnifici Comitis Stephani Bubeek pridem similiter Judicis Curie regie predecessoris nostri bone memorie Capitulo Orodiensi directam et aliam ipsius Capituli exinde regie excellencie rescriptam, tenorum sequencium petens nos humili

precum cum instancia vt easdem de uerbo ad uerbum literis nostris priuilegialibus pro maiori cautela inseri faceremus, et iusticia svadente acceptantes auctoritate nostra Judiciaria mediante pro ipsis et eorum posteris ratificaremus, quarum vnius scilicet ipsius Comitis Stephani littere tenor talis est. Amicis suis reuerendis Capitulo ecclesie Orodiensis Comes Stephanus Bubeck Judex Curie domini Lodouici dei gracia regis Hungarie amicicie debitum sincero cum honore, Noueritis quod Marcus filius Nicolai de I k u s pro se personaliter ac pro nobilibus dominabus Kacho Elyzabeth et Katerina vocatis filiabus Mychaelis de P u e r z e g h cum vestris literis procuratoriis iuxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in octauis festi beati Georgy martiris infigura nostri Judicy comparendo, contra Zanizlaum Karapch Ladislaum et Nicolaum Olachos primo quasdam literas vestras euocatorias pariter et Inquisitorias domino nostro regi adsum regium literatorium preceptum rescriptas tenorem literarum suarum regalium nobis directarum verbaliter inse habentes asserens suam dominorumque eorundem accionem literis contineri in eisdem nobis presentarunt declarantes intercetera, quod predictus Markus in sua et nobilium dominarum filiarum Mychaelis de P u e r z e g h personis regie dixisset maiestati, quod Zanislaus Karapch Ladislaus et Nicolaus Olachy possessionem O l s o h y k u s vocatam asserentes eam sue regie collacioni pertinere asua maiestate ipsis dari et conferri postulassent, que tamen possessio ipsorum esset hereditaria et omni Juré ad eos pertinere Super quo idem dominus noster rex fidelitati vestre firmiter precipiendo mandasset quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente homo suus regius infra declarandus scita veritate premissorum evocaret predictos Olachos infacto ipsius possessionis contra predictos Markum et dominas in suam regiam presenciam ad terminum competentem et posthec seriem ipsius Inquisicionis et euocacionis sue maiestati fideliter rescribetis vos igitur mandatis regys ex debita fidelitate parentes vt tenemini cum Petro de Bok homine regio magistrum Paulum concanonicum vestrum ad exequendum premissa duxissetis dirigendum, qui demum ad vos reuersi vobis concorditer retu-

lissent quod ipsi anobilibus et ignobilibus ac alys cuiusvis status et condicionis hominibus aquibus decens fore visum fuisset diligenti Inquisicione prehabita talem de premissis scivissent veritatem, quod dicta possessio Olsoykus esset possessio ipsius Marci et dominarum predictarum hereditaria collacioni autem regie nuncquam pertinuisset, quequidem possessio Olsoykus a possessione feulIkus metis in eisdem literis contentis separetur scita igitur premissorum veritate dictos Olachos in Marsina eorum possessione in festo beati Bartholomei apostoli Anno domini M° CCC^mo LX^mo sexto preterito contra annotatos Marcum et nobiles dominas Kocho Elyzabet Katerina et Kacho vocatas filias Mychaelis ad quindenas diei euocacionis in regiam euocasset presenciam, dehinc quoddam priuilegium Capituli ecclesie Chanadiensis Anno domini M° CC^mo octuagesimo octavo confectum nobis demonstravit cuius series intercetera exprimebat quod nobilibus viris Mychaeli Bano et Veteh fratribus Teodory Bani abuna, ac Iwan dicto Oroz et Marko parte ab altera coram ipso Capitulo Chanadyensi personaliter constitutis ydem Mychael et Veyteh oraculo vivevocis spontaneaque voluntate fuissent confessi quandam possessionem ipsorum hereditariam Olykus vocatam in Comitatu Orodyensi existentem cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencÿs sub eisdem metis et terminis quibus ipsi et eorum predecessores possedissent Katerine et Agneti sororibus ipsorum et per eas predictis Iwan et Marko pro quarta filiali maritis earundem eorumque heredibus et successoribus dedisse et donasse iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam et tenendam mete autem eiusdem possessionis mediante magistro Poka archydiacono Orodyensi per ipsum Capitulum adpeticionem eorundem Mychaelis et Veytch adhoc transmisso erecte et qui eandem possessionem eisdem dominabus et maritis earundem statuisset in eodem priuilegio expresse habentur conscriptive, quoquidem priuilegio reuiso et perlecto idem Marcus asseruit in hunc modum, quod predicti Olachy fere maiorem partem dicte possessionis eorum Olykus appellate adprenotatam possessionem ipsorum feulykus vocatam applicando vterentur et vti facerent incessanter. In quarum contrarium prelibatus Ladislaus Olachus personaliter

pro fratribus vero suis predictis Johannes magnus cum vestris literis procuratoriis coram nobis adherentes responderunt eomodo quod prelibati Marcus et domine deprefata possessione ipsorum f e u l y k u s nominata, octo villarum loca Olachalia uel citra cum terris et vsibus ad dictam possessionem eorum O l y k u s predicte perambulassent et asserent pertinere. Quibus omnibus perceptis quia prefatus Marcus se et dictas dominas preter premissum priuilegium nulla alia metalia Instrumenta infacto predicte possessionis eorum O l y k u s vocate annotatus eciam ladislaus Olachus se acdictus procurator dictorum fratrum ipsius eosdem in facto prelibate possessionis f e u l y k u s per regiam clemenciam eis condonate modosimili nulla metalia alia Instrumenta habere et exhibere posse nobis requirentibus asserebant ipsum enim priuilegium dicti Capituli Chanadyensis quoad novarum metarum erectiones eoquod eedem nostro performam Judiciariam nec vigore literarum regalium nec alicuius Judicis ordinary erecte extiterunt insufficiens fore nobis Prelatis Baronibus nobilibusque regni tribunal Judiciale nobiscum consedentibus agnoscebatur annotatus autem ladizlaus se ac dictus procurator fratrum ipsius eosdem ad dictam possessionem eorum f e u l y k u s aliquas terras uel alia vtensilia possessionaria de prefata possessione O l y k u s non occupasse nec vti fecisse neque facere, sed eandem cum suis pertinencys sub eisdem terminis et distinctionibus quibus hy, qui a regia maiestate ipsam in honorem conseruassent tenuisse possedisse et possidere iudicabant, partesque easdem possessiones eorum capitales altercatiue se exequi nolle nec aliquod Jus adeandem possessionem alterius eorum habere ac se in metali sequestracione earundem possessionum ad hos qui dictam possessionem f e u l y k u s a regia excellencia tenuissent benivole comittere velle referebant nobisque ordinem et seriem premissorum domino nostro regi suo modo enarrantibus idem dominus noster rex ad metalem sequestracionem dictarum possessionum parcium filios P o u s e d e Z e e r infranominandos qui scilicet eandem possessionem f e u l y k u s asua benignitate conservasset sub honoris titulo dirigere nobis facie ad faciem comisit pro eo vestram rogamus amiciciam per presentes quatenus vnum ex vobis in ecclesia vestra a canonia maiori

dignitate prefulgentem transmittatis pro testimonio fidedignum quo presente magister Blasius vel Stephanus fily Pouse de Zeer altero absente vnus eorum nec non honorabilis vir dominus Petrus prepositus dicte ecclesie Orodyensis per regiam sublimitatem adhoc deputati in octauis festi Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime venturi et alys diebus subsequentibus ad idque sufficientibus adfacies dictarum possessionum f e u l s e u et O l s o u I k u s vocatarum vicinorum et commetaneorum suorum legitimis convocacionibus factis et presentibus uel earum legitimis procuratoribus presentibus accedendo ipsas per easdem metas et distincciones quibus ipsi easdem a regia maiestate in honore conservando vsi fuissent et vti fecissent a se se perambulent perambulatasque et metis euidentibus abinvicem distinctis relinquant et statuant eisdem partibus, ipsam vero possessionem f e u l s e u I k u s dictis Olachys predictam vero possessionem O l s o u I k u s annotatis Marco et dominabus eo Jure quo ipsis dinoscuntur pertinere perpetuo possidere tenere pariter et habere contradiccione earundem parcium sibi invicem non obstante, si per alios non fuerit contradictum, contradictores vero alios exceptis dictis partibus siqui fuerint citet contra partem quam decebit in regiam presenciam ad octauas festi beati Jacobi apostoli similiter nunc venturi racionem contradiccionis eorum reddituros est posthec ipsius possessionarie reambulacionis sequestracionis et statucionis seriem cum cursibus metarum uel nominibus contradictorum et citatorum si qui fuerint vt fuerit expediens ad dictas octavas festi beati Jacobi apostoli domino nostro regi fideliter rescribatis Datum in Vyssegrad duodecimo die termini prenotati Anno domini Millesimo CCC^{mo} LX^{mo} octauo. Alterius vero videlicet ipsius Capituli litere continencia Is est, Excellentissimo domino eorum domino Lodouico dei gracia Illustri regi Hungarie Capitulum ecclesie Orodyensis oraciones in domino deuotas, vestra nouerit excellencia quod nos literas Comitis Stephani Bubeek Judicis Curie vestre amicabili cum reuerencia receptis sentenciam Judiciariam eiusdem continentibus ad exequendum ea que forma ipsarum literarum continebat cum Stephano filio Pouse de Zeer et honorabili viro domino Petro preposito et Prelato nostro per uestram regiam sublimitatem ad hoc depu-

tatis litteris in eisdem insertis virum ydoneum magistrum Johannem ecclesie nostre lectorem pro testimonio fidedignum videlicet vnum ex nobis a canonia maiori dignitate fulgentem duximus dirigendum qui demum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt requisiti quod ipsi in octauis festi natiuitatis beati Johannis Baptiste proxime preteritis et alÿs diebus subsequentibus ad id sufficientibus accessissent adfacies possessionum f e l s e u et O l s o u y k u s vocatarum vicinis et commetaneis earundem vniuersis legittime conuocatis et partibus presentibus ipsas per easdem metas et distincciones quibus ipsi fily Pouse eandem f e l s e u y k u s auestra regia maiestate in honore conseruando vsi fuissent et vti fecissent a se se perambulassent, et perambulatas et metis subscriptis euidentibus abinvicem distinctas reliquissent et statuissent eisdem partibus ipsam videlicet possessionem f e l s e u y k u s dictis Olachys predictam vero possessionem O l y k u s annotatis Marco et dominabus eo Jure quo ipsis dinoscuntur pertinere perpetuo possidere tenere et habere contradiccione earum parcium sibi invicem non obstante. Mete autem ipsius possessionis f e l y k u s prout per predictos sublimitatis vestre et nostrum homines fuimus informati hoc ordine distinguntur primo aquodam riuulo V e c h e r e u e vocato, ad partem orientalem quantum ictus trium sagitarum foret eundo iuxta quandam magnam viam vulgo S o h o r d o v i c h [1]) vocatam vnam metam terream erexissent deinde a parte eiusdem plage erga eandem viam in latere cuiusdam parui Beerch prope quandam arborem Ilicis aliam terream metam eleuassent abhinc in eadem parte in quodam paruo campo terream metam erexissent abhinc versus eandem partem quendam riuulum p a r l a g p a t a k a vocatum saliendo prope eundem riuulum quartam metam terream erexissent abhinc in quodam prato versus eandem partem quintam terream metam erexissent de qua quidem quinta meta cursus ipsarum metarum infra dictam villam O l y k u s debuisset cadere in fluuium T e m e s et in eodem fluuio sursum currendo vsque dum a parte septemtrionali quidam alueus Z a r a z y k u s p a t a k a caderet in eundem fluuium T e m e s scilicet

[1]) Bizonyosan: sóhordóút.

ad instantem peticionem ipsorum scilicet vestrorum et nostrorum hominum prefati Olachÿ prefatos cursus metarum secus eandem magnam viam transire permisissent deinde ab ipsa quinta meta palisper (igy) procedendo cadit in predictam magnam viam et in eadem magna via modicum pergendo sextam metam terream erexissent deinde in eadem magna via peruenit ad quoddam Heer f e n y e u k e r e k vocatum ipsumque Heer transeundo cadit in dictum fluuium T e m e s secus quem septimam metam terream erexissent abhinc transit ipsum fluuium T e m e s et a parte septemtrionali in radice annotati aluey Z a r a z y k u s p a t a k a qui inibi cadit in ipsum fluuium T e m e s octauam metam erexissent, deinde ad eandem partem septemtrionalem directe currendo inquodam nemore nonam metam terream erexissent deinde ad eandem plagam similiter directe currendo inter duos montes vbi quidam riuulus R o g o s n a p a t a k a alio nomine S a s u s p a t a k exit decimam metam terream erexissent, deinde per eundem R o g o s n a p a t a k a tendit vsque ad caput eiusdem quemquidem R o g o s n a p a t a k a pro meta assignassent qui a parte orientali separat f e l y k u s, aparte vero occidentali O l s o y k u s prenotatis nullo penitus contradictore existente. Datum sabbato proximo ante festum beate Margarete virginis et martiris anno domini Millesimo CCC^{mo} LX^{mo} octauo. Nos itaque ex seriebus prescriptarum literarum anotatorum Comitis Stephani et Capituli Orodyensis prefatam possessionem f u l I k u s prefatis Olachys dictam vero possessionem O l I k u s memoratis Marko et dominabus vicinis et commetaneis earundem vniuersis legitime inibi conuocatis et partibus presentibus per metas pretactas ab invicem distingendo secundum formam Judiciariam legitime statutas et metas earundem quibus scilicet eedem abinvicem distinguntur nullo penitus contradictore existente perambulatas et erectas fore reperientes et agnoscentes Juridicis peticionibus prefati Karapch nominibus quibus supra nobis porrectis fauorabiliter inclinati pretactas literas ipsorum Comitis Stephani et Capituli Orodyensis presentibus insertas, eatenus, quatenus eedem rite et legitime existunt emanate, ac quemadmodum veritati suffragatur viresque habere dinoscuntur quo ad omnes earum clausulas et continencias pro prefato

Karapch et suis fratribus eorumque posteris acceptamus approbamus et perpetuo valere roboramus presentis priuilegy nostri patrocinio et auctoritate nostra Judiciaria mediante dictam possessionem f u l I k u s eidem Karapch et suis fratribus heredibus et successoribus eorundem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis dicta possessione O l I k u s ipsis Marco et dominabus eorumque posteris salua remanente sub premissarum metarum distinccionibus perpetuo possidere tenere pariter et habere saluis Juribus alienis relinquentes atque committentes In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem Karapch et suis fratribus concessimus literas nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Vyssegrad vigesimo die octauarum festi Penthecostes predictarum, Anno domini M^mo CCC^mo LXX^mo primo.

(Hártyás eredetiből a budai kamarai ltárban, NRA. 1510. csomag, 15. szám. Az ép pecsét violaszinü selymen függ.)

79.

1372. július 3-án.

Nos Lodouicus dei gracia rex Hungarie, polonie, dalmacie etc. Memorie commendamus significamus (így) tenore presencium quibus expedit vniuersis Quod licet olim ad quorundam dolosam, suggestionem Johannem Ladislaum et petrum filios Nekche de nota infidelitatis et detestande rebellionis macula in conspectu nostre maiestatis falsis criminacionibus infammancium nostre serenitatis credulitas huiusmodi ablocutorum delacionibus quamuis vt postmodum experiencia docuit falsis et dolosis fide adhibuerit vt eosdem filios Nekche veluti nostros infideles notorios et detestande rebellionis vicio notatos de regni nostri finibus Bannitos (így) et prescriptos vniuersis ipsorum possessionibus et porcionibus possessionariis tam Jure hereditario quam donacionis titulo aut alys quibuscunque modis tangentibus vbilibet habitis nec non K e n e z y a t i b u s alÿsque honoribus quibuslibet priuauerimus, eorundem possessiones et Kenezyatus magistro Benedicto filio pauli filÿ Heem Comiti Themesiensi eiusque fratribus et successoribus eorundem perpetuo donauerimus et contulerimus alÿs nostre Serenitatis litteris

mediantibus, Verum quia veritate patefacta gestorum et calumpniorum nubibus segregatis predictorum filiorum Nekche innocencie claritas clare apparuit quos diligenti inuestigacione prehabita in premissis omnibus immunes reperimus et insontes etquia eosdem fidei et deuocionis constancia semper recolimus laudabiliter perstitisse ac alÿs compluribus a nostre maiestatis beneplacitis deuiantibus ipsos a tramite fidelitatis non alienasse cognouimus servicia eciam fidelia et vtilia iuxta ipsorum possibilitatem exhibuisse locis et temporibus opportunis. Nos igitur qui de odore fame nostrorum subditorum pocius quam de eorum infamia delectamur, quorum comoda sollicitudinis (studio procurare) et incomoda remouere tenemur, iniustum estimantes pariter et indignum innocentem condempnare vel relinquere in pena iniuste condempnatum de regie pietatis clemencia prefatos Johannem Ladislaum et petrum filios Nekche, a premissa nota infamie expiamus ÿmmo declarantes, alicuius infamie maculis responsos non fuisse predictas eorum possessiones et Kenezÿatus Couis (így) nomine vocitatis et vbicunque existentes eisdem restituimus et remisimus per ipsos et heredes eorum Jure coadipsos (így) perptinere dinoscuntur perpetuo possidendas donacione seu collacione de eisdem possessionibus et Kenezyatibus ipsi magistro Benedicto et suis fratribus facta non obstante quam quidem donacionem vigore presencium reuocamus et annullamus, litteras eciam tam nostras quam aliorum quorumlibet super ipsa emanatas cassas reddimus et inanes et viribus omnino carituras datum in Bors Sabbato proximo post festum beatorum petri et pauli apostolorum. Anno domini M^mo CCC^mo Septuagesimo secundo.

(A csanádi káptalannak 1400-ban kelt átiratából. Nevezett esztendőben in festo apparicionis beati Michaelis archangeli a csanádi káptalan Michael, filius Johannis fily Nekche de B a l kérelmére Nagy Lajos király levelét kiváltság alakjában átírta. Hártyán, veres és fehér selyem zsinórról függő pecsét nyomaival. Eredetije Keszthelyen a gróf Festetics-család levéltárában).

80.

1372. szeptember 22.

Nos Comes Jacobus de Scepus Judex Curie domini Lodouici dei gracia regis Hungarie damus pro memoria quod cau-

sam quam Georgius et Benedictus fily Johannis fily Petri de W a y a ex quibus idem Georgius pro se et pro fratre suo cum procuratorÿs literis Capituli ecclesie Chanadiensis astitit contra magistros Benedictum Petrum et Nicolaum filios Pauli fily Heem ac Nicolaum filium dicti magistri Benedicti pro quibus assumptores termini comparendo terminum assumpserunt iuxta continenciam literarum Capituli ecclesie Tytulensis Citatoriarum pariter et recaptiuatoriarum super facto contradiccionis statucionis predicte possessionis V a y a ac suarum pertinenciarum in octauis festi Natiuitatis beate virginis mouere habebant coram nobis racione prioritatis termini ad octauas festi beati Georgy martiris proxime venturi duximus prorogandam presentes autem propter carenciam Sigilli nostri Sigillo domini Emerici Voyuode transiluani fecimus consignari. Datum in Vyssegrad octauo die termini prenotati anno domini M° CCC° LXX secundo.

(*Kivül:* Pro magistris Benedicto et Petro filÿs Pauli ac alÿs infrascriptis contra Georgium et Benedictum filios Johannis de Vaya ad octauas festi beati Georgy martiris prorogatoria).

(Eredetije papiron, zárlatán középnagyságú pecsét fehér viaszban, a Kállay-család levéltárában).

81.

1373. május 28-án.

Nos Nicolaus ecclesie Orodyensis prepositus ac magister Mychael filius Cybak presentibus et futuris notificamus quod quia vniuersi populi seu Jobagiones de M a g y a r a p a c h a et de T o t h a p a c h a nobis occasione collecte domini Regis anni presentis nobis Centum et quadraginta duos florenos aureos persoluerunt Ideo ipsos super dictis Centum et quadraginta duobus florenis aureis commisimus expeditos, vigore presencium mediante, Datum in Mezeusomlyo Sabbato proximo post festum Ascensionis domini Anno domini M^mo CCC^mo LXX^mo tercio.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán két pecsét nyoma. Folyószám 1625.)

82.

1373. október 13-án.

Nos Emericus regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum damus pro memoria quod Instrumentalem exhibicionem quam magistri Dominicus flly Deseu et Johannes filius Nicolai de Berekzou contra Stephanum filium Stephani de Ermen Juxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in octauis festi beati Mychaelis archangeli Super facto quarundam possessionum Barla et Reech vocatarum facere tenebatur coram nobis de regio literatorio mandato pro ipsis in causam attractis nobis allato adoctauas festi Epiphaniarum domini nostri venturi duximus prorogandam. Datum In Vyssegrad octavo die termini prenotati Anno domini M^mo^ CCC^mo^ LXX^n.o^ tercio.

(Eredetije a Niczky-család levéltárában.)

83.

1374. május 25-én.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie Polonie, dalmacie etc. damus pro memoria, Quod (Andreas) de Chepÿ ad nostram personaliter veniendo presenciam Emericum et dominicum filios Johannis facie ad faciem, ac Michaelem fratrem eorundem Emerici et dominici carnalem, auendicione impignoracione et qualibet alienacione possessionis eorum foktalan vocate in Comitatu de Crassou existentis ipsum andream vt dixit racione contigne vicinitatis et commetaneitatis attingentis Item dionisium filium Thome de Sama, et alios quoslibet, ab empcione, pro pignore recepcione et quouis titulo se in eadem intromissione facta vel fienda prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis, datum in lippa quinto festi Penthecostes anno domini M^mo^ CCC^mo^ LXX^mo^ quarto.

(*Kivül:* Pro Andrea de Chepi, contra Emericum dominicum et Michaelem filios Johannis de Halimba et dionisium filium Thome de Sama super facto possessionis foktalan vocate prohibitorie).

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsét nyomával. Darabra szakadt. Múzeumi folyószám 1626.)

84.

1374. augusztus 17-én.

Nos Magister Nicolaus filius pauli Castellanus de Haram et vicecomes Comitatus de Krassow, ac Judices nobilium de eodem. Damus (így — pro memoria elmaradt) quod cum Johannes de chorto andream filium Stephani fily dominicy de Gyuluez duxit presenciam et in propria eiusdem andree fily Stephani protestando curauit significare per modum Inquisicionis talimodo, quod aua sua eiusdem andree sew matrem patris sui videlicet Stephani Clara et Katherina similiter sorores eiusdem Stephani patris sui in propria potencia et ausu temeritate omnes fructus et terras arabiles Jugera campestres de sua porcione ipsum prohibuissent ab vtilitatibus porcionis eiusdem Igitur ad maiorem certitudinis anobis sibi dari hominem nostrum postulauit, Nos uero Georgium paruum de d u b i a filium ladislai ad premissa duximus dirigendum, qui demum ad nos reuersus nobis dixit quod auicinos (igy) et commetaneis eiusdem andree fily Stephani suomodo ut premittitur facta fuisse pure sciuisset. Datum in Haram feria quinta proxima ante festum beati Stephani regis et confessoris Anno domini M° CCC^mo LXX^mo quarto.

(*Kivül:* Pro andrea filio Stephani de Gyulnez contra auiam suam matrem patris sui Claram et Katherinam Sorores sorores (igy) patris sui Super ocupacionem (igy) terram suam et Jugera Inquisitoria).

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 1635.)

85.

1374. augusztus 31-én.

Nos Magister Nicolaus filius pauli Castellanus de Haram et vicecomes Comitatus de Krassow, ac Judices nobilium de eodem, damus pro memoria, Quod andreas filius Stephani Rufi fily dominicy de G y u l u e z, personaliter ad nostram accedendo presenciam nobis dixit protestando talimodo quod

domina aua [1]) Relicta dominicÿ vnacum filiabus suis de domo et sessione patris sui vnacum sua matre de predicta possessione et de predicta curia sua extra pepulissent omnes terras ad partem suam pertinentes et nunc Jure sibi prouenientem videlicet terras arabiles Jugera et alia vtilia occupassent et occupando vterentur, Igitur anobis sibi dari nostrum hominem petens coram quo de predictabus (így) dominabus nostro ore ius eiusdem andree fili Stephani repeteret Nos uero Comitem Jacobum filium Jacobi de Bugluđ vnum ex Judicibus nobilium transmisimus, qui demum ad nos reuersus nobis dixit, quod feria sexta post festum assumpcionis virginis gloriose ad predictorum (így) dominarum accessisset et modo ore una eundem andream repetiuisset anotate donime eundem Comitem Jacobum verbis illicitis et in obropus (így) inhonestasset et super nostris municionibus [2]) in nullis aquiescere uoluissent, quiquidem andreas a nobis pro testimonio sibi dari ..... postulauit literas presentes uero eidem concessimus mediante suadente. Datum in Haram feria quinta (post) festum decollacionis beati Johannis baptiste. Anno domini M° CCC^mo LXX^mo quarto.

(*Kívül:* Pro andrea filio Stephani Rufi de Gyuluez contra auam [3]) videlicet matrem Stephani patris sui et Sororibus eiusdem Super ocupacione porcionis sue protestatoria et Inquisitoria).

(Eredetije szakadozott papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán három pecsét nyoma, Folyószám 1634.)

86.

1375. július 21-én.

Nos Magister Nicolaus filius pauli Castellanus de Haram et vice Comes Comitatus de Karasso, ac Judices Nobilium de eodem, damus pro memoria, quod petrus filius andree in personis Magistri petri fily pauli fily Heem, nostram adeundo presenciam nobis dixit protestando perhunc modum, quod Nicolaus Kenezius de Berche quendam alium nouum Jobagionem nomine dusÿn de O b e l z e k accepta licencia

[1]) Értsd: auia. — [2]) Értsd: monicionibus. — [3]) Azaz: aviam.

iustoque terragio deposito ad possessionem eiusdem Magistri petri domini sui Berche vocatam adducere voluisset et cum ad possessionem Magistri petri fily Chulnuk peruenissent Ilonch vocatam, quidam Jobagio ipsius Magistri petri fily Chulnuk in medio eiusdem ville vnum Bouem suum de Curru propria sua potencia extra recepisset, asserens eundem Nicolaum Kenezium in debito quatour cubulorum mily extitisse, obhoc ipsum bouem recepisset, nichil tamen super eundem legitime obtinuisset, qui tandem idem Jobagio predicti Magistri petri fily Chulnuk, Stephano dicto Sagy officiali de dicta Ilonch premissa manifestasset, quo audito idem officialis cum equitibus et peditibus post ipsum Currum irruendo ac incampo peruenire non potuisset, vt plura vagia recepisset, sed in fine eiusdem possessionis Barcha de gregibus quatour boues recepisset, quorum tres propry ipsius Magistri petri fili pauli filj Heem extitissent, Hÿs non contentus ad ipsam villam Berche accessisset et ibi eundem Kenezium per timpus trahendo orribiliter verberasset, ac fratrem eiusdem grauiter wlnerasset, anobis nostrum postulans hominem ad inquisicionem sue veritatis sibi dari. Nos itaque vnum exnobis dominicum dictum Chakan ad premissa exsequenda duximus dirigendum, qui demum adnos reuersus nobis dixit protestando istomodo, vt ab omnibus aquibus decuit et licuit palam et oculte talem resciuisset veritatem, vt omnia premissa et singula sic sicut idem petrus filius andree, per Stephanum dictum Sagy officialem ac Jobagionem prenominati petri fily Cholnok de Ilonch facta fuissent, et perpetrata, datum in Mezeusomlyo Sabbato proximo ante festum beati Jacobi apostoli, anno domini M° CCC° LXX^mo quinto.

(*Kivül:* Pro Magistro petro filio pauli fily Heem, contra Stephanum dictum de Sag officialem, et quendam Jobagionem Magistri petri fily Chulnuk de Ilanch Inquisitoria).

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma, Folyószám 1638.)

87.

1376. márczius 8-án.

Nos magister Monchow Castellanus de Haram, et vicecomes Comitatus de Krassow, ac Judices nobilium de eodem, damus pro memoria, quod ladislaus filius Blasy in personis magistrorum Benedicti et Nicolai filiorum Heem dominorum suorum in nostram veniendo presenciam, per modum protestacionis curauit nobis declarare, quod demetrius paruus vicecastellanus de K w e s d, vnacum Nexe filio Emerici Kenesio addictum Castrum K w e s d pertinente, die dominica proxima post festum Epiphanie domini nunc proxime preteritum, ad possessionem ipsorum filiorum Heem G o l o n y a vocatam descendendo, quendam Jobagionem ipsorum de Z e e k a s, ad tenutas dicti Castri de K w e s d, abduxissent moraturum in ipsorum grande preiudicium atque dampnum, ad cuius rei euidencius documentum Inquirendamque veritatem, nostrum hominem a nobis sibi dari more consueto postulauit. Nos vero nobilem virum Mychaelem filium Johannis hominem nostrum adpremissa requirenda prout moris est duximus dirigendum, Qui demum exinde adnos reuersus nobis retulit talimodo, quod ipse prout est consuetum in dicto Comitatu procedendo, abomnibus aquibus decens et oportunum fuisset talem depremisso sciuisset veritatem, vt prefati demetrius paruus et Nexe filius Emerici hec omnia premissa suomodo potencia perpetrassent, Incuius Inquisicionis testimonium presentes eisdem magistris Benedicto et Nicolao, duximus concedendas Datum in Mezewsomlyow sabbato proximo ante dominicam Reminiscere, anno domini Millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} sexto.

(*Kivül:* Pro magistris Benedicto et Nicolao filÿs Heem Contra demetrium paruum vicecastellanum de Kwesd et Nexe filium Emerici, Kenesium ad dictum Castrum Kwesd pertinentem, relacio Inquisicionis).

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 1640.)

88.

1376. márczius 8-án.

Nos magister Monchow Castellanus de H a r a m et vicecomes C o m i t a t u s de K r a s s o w ac Judices nobilium de

eodem, damus pro memoria, quod ladislaus filius Blasÿ in personis magistrorum Benedicti et Nicolai filiorum Heem dominorum suorum, ad nostram accedens presenciam, dixit istomodo nobis protestando, quod Nexe filius Emerici Kenesius ad Castrum Kwesd pertinens, feria quinta proxima post festum Epiphanie domini nunc preteritum, quatuor boues suos proprios cum curru frugibus honerato in villa Nexefolua potencialiter abstulisset in magnum preiudicium atque dampnum filiorum Heem predictorum, ad cuius rei cercius et plenius documentum, Inquirendamque veritatem more consueto nostrum hominem per nos sibi dari postulauit, Nos igitur Mychaelem filium Johannis hominem nostrum ad premissa requirenda more consueto duximus dirigendum, Qui demum exinde ad nos reuersus nobis eomodo recitauit, quod ipse in dicto Comitatu procedendo, talem de premissis ab omnibus (quibus elmaradt) decens fuisset et oportunum diligenter sciscitando, sciuisset veritatem, quod prefatus Nexe filius Emerici hec premissa sua potencia mediante perpetrasset Incuius Inquisicionis testimonium presentes eisdem filÿs Heem duximus concedendas, Datum in Mezewsomlyow sabbato proximo ante dominicam Reminiscere anno domini Millesimo CCC^{mo} LXX^{mo} sexto.

(*Kivül:* Pro magistris Benedicto et Nicolao filÿs Heem, Contra Nexe filium Emerici Kenesium ad Castrum Kwesd pertinentem, relacio Inquisicionis).

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán három nagyobb pecsét maradványával, fehér viaszban. Múzeumi folyószám 1641.).

89.

1377. május 30-án.

Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, polonie, dalmacie etc. fideli suo Magnifico viro Comiti Jacobo de Scepus Judici Curie nostre vel vices suas gerentibus Salutem et graciam, dicit nobis Georgius filius Johannis de Woÿa querulose quomodo ipse vestri et aliorum Baronum nostrorum inpresencia ymo Juris tramite per diffinitiuam sentenciam incausa inter ipsum et Benedictum fratrem suum abvna, parte vero exaltera

magistrum Benedictum Banum filium pauli fily Heem et fratres suos habita superfacto possessionis w o y a vocate et aliarum quinque ad ipsam pertinencium inqua magister Johannes bissenus expeditor pro ipsis magistro Benedicto bano et fratribus suis affuisset, ipsasque possessiones recaptiuasset, et eas, licet eis vnacum prelatis Baronibus nostris ad Judicassetis, tamen factum huiusmodi execucioni mandare, et quia nemini in suo Jure uolumus de esse, Ideo fidelitati vestre firmiter precipimus et distincte, quatenus quemadmodum dictam causam vnacum dictis Baronibus nostris ad Judicastis, sic et eodemmodo fine decisiuo concludere et declinare, ac ipsos filios Johannis secundum sentenciam latam de ipsis possessionibus eis ad Judicatis investire et ad eas incluzare facere debeatis lege Regni nostri, et Justicia mediante, vbi eciam h(abita) conclusione huiusmodi mox et ininstanti ac absque prorogacione aliquali eidem magistro Benedicto Bano exparte ipsius magistri Johannis bisseni de suis possessionibus prout sentencie premisse de et superhoc late explanat plenam exhibeatis satisfaccionem, non obstante si idem magister Johannes bissenus suas possessiones iam distribuisset condonando, et aliud pro nostra gracia non facturi, Datum in diÿosgeur sabbato proximo post festum Corporis christi, anno eiusdem M° CCC^mo LXX^mo septimo.

(Jakab országbíró 1378. évi átiratából. A m. nem. Múzeum Himfyféle levelek közül.)

90.

1377. július 3-án.

Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, polonie, dalmacie etc. fideli suo magnifico viro Comiti Jacobo de Scepus Judici Curie sue uel eo absente magistro Lucasio prothonotario eiusdem Salutem et graciam licet pridem per alias litteras nostras commisseramus vt filios petri dicti vagut ad possessiones w o ÿ a vocatam et alias ad ipsam pertinentes in Comitatu de Crassou existentes, inter eos et magistros Benedictum condam Banum ac Johannem bissenum litigiosas iuxta vestram et aliorum baronum nostrorum, ad Judicacionem sanceretis, Tamen quia nunc vnacum prelatis et Baronibus regni nostri

volumus in facto huiusmodi mature deliberare, Ideo fidelitati vestre damus in mandatis quatenus statim visis presentibus omni postposita contradiccione, vos et vestras ac vestrorum et specialiter dictorum filiorum petri manus extrahatis possessionibus de eisdem, ymo predictos filios petri de eisdem excludatis et eas restituatis manibus dicti magistri Benedicti condam Bani, a quibus forent alienate infra octavas festi beati Martini confessoris nunc affuturas, possidendas, Ita vt in ipsis octauis festi beati Martini confessoris, tam ydem fily petri, quam memorati magistri Benedictus condam Banus et Johannes bissenus omnia eorum literalia Instrumenta superfactis dictarum possessionum confecta in nostram presenciam absque omni defectu teneantur appropriare, quibus visis vnacum prelatis et Baronibus nostris faciemus inter partes meri iusticie complementum et aliud pro nostra gracia non facturi, Datum in Z a n d u c h feria sexta proxima post festum beati Ladislai regis anno domini M° CCC^mo LXX^mo septimo.

(Jakab országbiró 1378. évi átiratából.)

91.

1378. márczius 29-én.

Excellentissimo principi domino eorum Lodouico dei gracia Illustri regi Hungarie, polonie, dalmacie etc. Capitulum ecclesie Chanadíensis Oracionum suffragia deuotarum perpetuacum fidelitate litteras vestre Serenitatis nobis directas omnicum reuerencia recepimus in hec verba Lodouicus dei gracia Rex Hungarie, polonie, dalmacie etc. fidelibus suis venerabili inchristo patri domino paulo Episcopo ecclesie Chanadiensis Item magistris dominico filio deseu de B e r e k z o u petro de M a c h e d o n i a et Mychaeli dicto Bubal, aule nostre militibus Salutem et graciam licet quedam possessio w o y a vocata alio nomine p a t a k appellata inter magistrum Benedictum filium pauli fily Heem condam B u l g a r i e B a n u m ab vna, parte vero exaltera Georgium et Benedictum filios Johannis de woya litigiosa in Comitatu de Crassou existens per hominem Judicis Curie nostre specialem, et testimonium Capituli Chanadiensis reambulata reuisa et estimata fuerit,

Tamen quia de facto ipsius possessionis per vestram fidelitatem cerciori volumus et euidenciori experiri, et informari documento, vt omnis ambiguitatis scrupulus tolleretur facto de eodem, volumus igitur et fidelitati vestre damus in mandatis, quatenus Inoctauis festi purificacionis beate virginis nunc affuturis omnibus agendis et negocÿs postpositis, ad faciem prenominate possessionis vniuersisque vicinis et commetaneis suis specialiter vero magistro Stephano filio pousa de Zeer qui ipsas partes a nobis pro honore conseruauit legittime conuocatis et presentibus accedendo eandem possessionem iuxta continenciam literarum condam domini Karoli regis Hungarie genitoris nostri felicis recordacionis per ipsos filios Johannis inibi specietenus exhibere debendarum in presencia testimony eiusdem Capituli Chanadiensis, quod ad id per ipsum presentibus transmitti iubemus reambulare metatim circuire et reuidere eandem possessionem vndique, ac suas vtilitates fructuositates qualitatem ve et quantitatem numerositatem villarum et populorum in eis residencium perlustrare et estimare si necesse fuerit studeatis, vbi eciam visu consideretis quod ville locari et quot rustici consedire valent in facie eiusdem et quot ville fuerunt tempore donacionis ipsius possessionis voÿa dicto olym Johanni per ipsum genitorem nostrum facte et ante, et vtrum nostra Jura possessionaria seu terras aut nobilium aliquorum dicte mete eiusdem possessionis in ipsis litteris parentis expressate includere videntur, quod si reperieritis tunc huiusmodi nobiles cum omnibus literalibus eorum Instrumentis in nostram euocetis presenciam ad octauus diei Cynerum nunc affuturas, Sciatis eciam ibidem (verit)atem vtrum negligenter vel pro fauore, dicte mete in ipsis litteris parentis contente intam magno spacio sunt eiecte, dequibus omnibus premissis et singulis premissorum in litteris dicti Capituli Chanadiensis nos informare studeatis, Cuius seriem partes premisse, ad octauas diei Cynerum predictas nobis reportare teneantur Committentes vt saltem duo vestrum uel tres alys absentibus premissa expediant illorum uel illius absencia non obstante, datum in dyosgeur feria secunda proxima ante festum Epiphaniarum anno domini M° CCC^mo LXX^mo octauo, volentes vt interÿm dicti fily Johannis in vna Curia in

dicta v o y a habita cum domina matre eorum stare valeant, sed non extendere ad alia suas manus, datum vt supra. Nos igitur preceptis serenitatis vestre humiliter obedire cupientes vt tenemur nostrum misimus hominem virum discretum videlicet dominum ladislaum archydiaconum de Crassou fratrem et concanonicum nostrum pro testimonio fidedignum vnacum prenominatis magistris Petro de Machedonia dominico filio deseu et Mychaele dicto Bubal aule vestre militibus predicto domino nostro Episcopo tunc absente, ad premissa singula fideliter peragenda, et tandem prelibati magistri dominicus filius deseu et Mychael dictus Bubal vestre maiestatis, ac dictus noster homines ad nos redeuntes quoddam registrum sigillo predicti magistri Petri de Machedonia sigillatum atque clausum ipso magistro petro ad nos venire nequeunte nobis presentarunt inquo confessiones eorundem concorditer cernebantur comodo quod ipsi vestri et noster homines In octauis diei Cynerum proxime nunc preteritis, ad quas videlicet octauas causa predicta per vestram Serenitatem litteratorie fuerat prorogata ad faciem prenominate possessionis woya vocate vniuersis vicinis et commetaneis suis specialiter viri predicti magistro Stephano filio pouse de Zeer legittime conuocatis et presentibus accedendo, eandem possessionem iuxta continenciam dictarum literarum condam domini Karoli regis Hungarie genitoris vestri felicis recordaciois per ipsos filios Johannis inibi inspecie exhibitorum reambulassent metatim circuissent et reuidissent vndique, ac suas vtilitates fructuositates qualitatem quoque et quantitatem ac numerositatem villarum et populorum in eis residencium modo inferius declarato perlustrassent, vbi a predicto magistro Stephano filio posa et alys plerisque nobilibus et Kenezÿs vicinis videlicet et commetaneis possessionis eiusdem et alys nobilibus et Kenezÿs comprouincialibus ad fidem eorum deo ac vestre Sacre Corone regie debitam huiusmodi scire et investigare potuissent de premissis veritatem, quod premissam Sessionem seu possessionem p a t a k alio nomine W o y a nominatam, dumtaxat predictus dominus Karolus rex Hungarie genitor vester predicto Johanni patri videlicet Georgÿ et Benedicti predictorum pro suis seruicÿs donauisset, alias autem villas videlicet Z t a n k f o l u a et p a t a k que solum-

modo tunc tempore videlicet predicte donacionis ibi fruissent, dictus Johannes tanquam Kenezyus conseruasset et reditus etprouentus duarum villarum earundem Castro de Elyad semper amministrasset et assignasset, et postmodum honore parcium earundem incondam dominum Thomam woyuodam transmutato, qualiter dictus Johannes plures terras ad predictam sessionem applicando occupauerit et quot villas in eisdem congregauerit et collocauerit hoc penitus ignorarent sed quotquot villas in facie terrarum earundem collocasset prouentus et reditus earundem semper tamquam Kenezyus amministrasset, Castro supradicto, Retulisset eciam magister Stephanus supradictus, quod quando et qualiter dictus Johannes metas predicte possessionis voya vocate erexerit hoc nec predicto magistro pose patri suo constitisset, nec sibi nec fratribus suis constaret quoquomodo, retulerunt eciam predicti vestri et nostri homines quod prout ipsi considerare potuissent trecenti rustici cum omnibus vtilitatibus Siluis videlicet aquis fenetis et ceteris fructuositatibus comodose residere possunt et moram in facie. terre supradicte, vidissent eciam et sciuissent quod vestre maiestatis Jura possessionaria seu terre ac eciam nobilium filiorum videlicet pouse supradicti dicte mete eiusdem possessionis in ipsis litteris domini Karoli regis expresse includerent euidenter, Mete vero Sessionis Woya vocate supradicte distinquerentur eomodo, quod prima inciperet super fluuium Crassou vbi Zecenpataka in eundem fluuium Crassou caderet, et ibi includeret et applicaret vnam possessionem et Kenezyatum Guden vocatum in quo quinque rustici ad Crassofeu pertinentes residerent, deinde uersus plagam orientalem transeundo in satis magno spacio veniret ad vnam metam terream, abinde eundo ad plagam meridionalem et quoddam stagnum voyapataka vocatum, esset vna meta terrea, deinde descendendo veniret ad quoddam pratum communiter foktalanfeÿe nominatum, et abhinc iterum in bono spacio transeundo veniret ad vnam villam pauli Kenezÿ fily Bagdan ad predictum Castrum Elyed vocatum pertinentem quam videlicet villam ipsa meta applicaret et includeret ad possessionem woya supradictam, vbi et in qua quinque rustici residerent, demum descendendo

iret ad plagam occidentalem, et perueniret ad aliam villam seu possessionem Stephani Kenezÿ, vbi quatour essent mansiones, quam similiter applicaret et includeret, ad possessionem w o y a prenominatam, deinde descendendo veniret ad possessionem predicti magistri Stephani f(i l ÿ) p o s a f o k t a l a n vocatum vbi includeret, et applicaret nouem mansiones, abinde iterum descendendo ueniret ad possessionem p e r l y z k e vocatam et ibi includeret octo mansiones, abinde iterum descendendo veniret ad fluuium C r a s s o u nominatum et ibi finiretur. Quibus sic peractis predicti vestri et noster homines die et loco prenotatis predictum magistrum Stephanum filium pousa cum literalibus suis Instrumentis super possessionibus suis quas dicte mete includerent modo supradicto confectis ad octauas festi beati Georgy martiris tunc venturas in vestre maiestatis presenciam euocassent. Datum feria secunda proxima post dominicam letare, anno domini supradicto.

(Jakab országbíró 1378. évi átiratából, a m. nemz. Múzeumban.)

92.

1378. május 20-án.

Amicis suis honorabili Capitulo ecclesie Chanadiensis Comes Jacobus de Scepus Judex Curie et vniuersarum Ciuitatum domini Lodouici dei gracia Regis Hungarie amiciciam paratam cum honore Noueritis quod Georgius filius Johannis de Woya pro se personaliter, et pro Benedicto fratre suo cum procuratorÿs literis Capituli ecclesie Tÿtulensis . . . . . in octauis festi assumpcionis beate . . . . . coram nobis comparendo . . . . . Benedictum condam Banum easdem literas dicti Capituli formam possessionarie recaptiuacionis contradiccionisque inhibicionis et citacionis in se denotantes, domino nostro Regi ad suum regium literatorium preceptum rescriptas, tenoremque literarum Regalium eidem Capitulo directarum verbaliter in se habentes asserens sua et dicti fratris sui . . . . . proposicionem literis contineri in eisdem nobis presentarat declarantes quod cum (. . . . . Benedic)tus et Georgius fily Johanis . . . . . eptis Michaeli filio dionisy de Teyed regio et

domino Elya presbitero ipsius Capituli hominibus in festo beatorum petri et pauli apostolorum, tunc proxime preterito ad faciem possessionis W o y a vocate vicinis et commetaneis suis vniuersis legittime inibi conuocatis et presentibus accedendo, eandemque legittime recaptiuando per eosdem regium et dicti Capituli homines ipsis statui facere voluissent, andreas Officialis magnifici viri Benedicti fily pauli fily Heem de dicta W o y a in (persona) domini sui a statucione eiusdem possessionis Benedicto et Georgio fienda ipsos regium et dicti Capituli homines prohibuisset, obquam prohibicionem eundem Benedictum (Banum) filium pauli fily Heem, ydem regius et dicti Capituli homines, contra predictos Benedictum et Georgium filios Johannis ad dictas octauas festi assumpcionis beate virginis tunc venturas ad in regie maiestatis presenciam citauissent quibus quidem litteris exhibit(is...) ....us Georgius racionem premisse contradictorie inhibicionis per predictum Benedictum Banum assignari postularat coram nobis Quo percepto Blasius litteratus pro eodem Benedicto filio pauli cum procuratorÿs litteris nostris coram nobis adherendo, responderat exaduerso, quod tempore premisse possessionarie recaptiuacionis in persona dicti Benedicti Bani pro eo contradiccio facta extitisset prenotata, quia eadem possessio w o y a eidem Benedicto Bano uigore (effica)cissimorum Instrumentorum, pertineret, que idem non ad tunc, sed in termino vlteriori per nos sibi dando coram nobis exhibere promptus esset et paratus, vnde nos perceptis premissis vnacum Regni nobilibus nobiscum in Judicio sedentibus Judicantes commiseramus eomodo, quod predictus Benedictus Banus vniuersa sua literalia Instrumenta, si que in premissis haberet confecta In octauis festi beati Mychaelis archangeli tunc venturis coram nobis exhibere teneretur, quibus visis Judicium facere valeremus inter partes in(premis)sis dictante Juris equitate, Tandem ipsis octauis occurrentibus prefatus Georgius filius Johannis pro se personaliter et pro domino Benedicto fratre suo cum procuratorÿs litteris dicti Capituli Tytulensis ab vna, Item (dictus) Blasius litteratus pro dicto Benedicto Bano cum procuratorÿs litteris nostris parte ab altera ad nostre Judiciarie adiens conspectum Primo idem Georgius in sua et ipsius

Benedicti fratris sui personis quasdam duas litteras vnam priuilegialem condam domini Ladislai olym Regis Hungarie anno domini M° Ducentesimo LXX^mo septimo emanatam, Secundam patentem domini Karoli pridem Regis Hungarie felicis recordacionis, feria quarta proxima ante festum pasce domini anno eiusdem M° CCC° XL^mo secundo, transscribentem et confirmantem litteras Capituli ecclesie Orodiensis in dominica Judica in anno domini M^mo CCC^mo XXX° nono confectas nobis presentarat Inquibus quidem litteris priuilegialibus dicti domini Ladislai Regis expresse habebatur, quod ipse dominus Ladislaus .... natis seruicÿs et fidelitatibus magistri laurencÿ filÿ Laurencÿ woyuode dilecti et fidelis sui quasdam duas possessiones woÿa et Kereszeg vocatas in Comitatu de Sumplio existentes eidem magistro laurencio in proprium dedisset et contulisset, In predictis autem litteris eiusdem domini Karoli regis per ipsum dominum Karolum Regem pro fidelibus seruicÿs Mychaelis, Johannis et Nicolai filiorum petri filÿ Tyman [1]) de genere Olacali fidelium suorum quendam locum pro perpe(tua) residencia ipsorum in districtu de Elyed in loco Patak dicto vbi tunc ydem residenciam habuissent, ipsis in perpetuum datum et collatum fore ac ipsum locum Sessionalem Patak, qui alionomine Woya nominaretur per hominem suum regium et testimonium dicti Capituli (Oro)diensis sub metis in eisdem denotatis nemine contradictore apparente statutum fuisse comperiebamus manifeste In quarum contrarium procurator ipsius .... Benedicti Bani quasdam duas literas Priuilegiales vnam Capituli ecclesie Budensis secundo die festi beate Elyzabeth In anno domini M° CCC^mo LX^mo primo emanatam, et secundam predicti domini Lodouici Regis in anno domini Millesimo CCC^mo LX° quarto confectam transscribentem et confirmantem alias literas ....as in predicto anno domini M^mo CCC^mo LX^mo primo emanatas nobis curauit exhibere in quarumprima videlicet ipsius Capituli Budensis litera priuilegiali habebatur quod magister Johannes dictus Beseneu ab vna Item magister Benedictus filius pauli fily Heem aule Regie miles vice et nomine

[1]) Igy. Alább többször Tiuan.

excellentissimi principis domini nostri Regis Lodouici parte abaltera coram ipso Capitulo Budensi constituti idem magister Johannes dixisset et confessus fuisset eomodo, vt ipse quasdam possessiones suas Kuespataka, Woya, Zekaspataka et medietatem possessionis Bachtuÿsse in Comitatu de Crassou existentes eidem domino Lodouico Regi pro tribus milibus florenorum et quadringentis florenis dedisset et vendidisset ac eundem dominum nostrum regem et suos successores racione ipsarum possessionum per ipsum sibi venditarum ab omnibus fratribus proximis et cognatis et alÿs quibuslibet proprÿs suis laboribus et expensis expedire (teneatur) In secunda vero ipsarum literarum videlicet predicti domini nostri Regis priuilegiali habebatur quod idem dominus noster Rex possessiones Zekaspatak et woÿa vocatas ac medietatem cuiusdam possessionis Bachtuÿsse nuncupate in Comitatu de Crassou existentes, quas videlicet a magistro Johanne Besseneu pro tribus milibus florenorum et quadringentis florenis emisset et comparasset predicto Benedicto filio pauli fily Heem et per eum Nicolao et petro vterinis ac ladislao (filio Joan)nis patrueli fratribus eiusdem Benedicti fily pauli eorumque heredibus noue donacionis sue titulo pro fidelibus seruicÿs eiusdem Benedicti Bani in proprium dedisset et contulisset Quarum literarum exhibicionibus factis ac visis et perlectis continencÿs earundem, licet predictus Georgius in sua et predicti Benedicti personis in premisso facto possessionario litteras Inquisicionales seu prohibicionales se habere retulerunt, et easdem exhibere coram nobis voluerunt, tamen quia memoratus Johannes Byssenus predictum dominum nostrum Regem in facto predicte possessionis Woya vocate et eciam aliarum predictarum abomnibus expedire assumpsisse exserie premissarum literarum Capituli ecclesie Budensis repertus extiterat pro eo ipsam causam ad octauas festi Epiphanie domini tunc venturas prorogantes commiseramus eomodo, vt idem Benedictus condam Banus ipsum Johannem bissenum ad ipsas octauas legittima euocacione mediante, contra se ad expedicionem ipsius possessionis (. . . . . in) nostram presenciam adducere teneretur, Inquo eciam termino predicti Benedictus et Georgius premissas eorum litteras prohibicio-

nales et Inquisicionales, si quas haberent exhibere tenerentur coram nobis Tandem ipsis octauis occurrentibus prefatus Blasius litteratus pro ipso Benedicto condam Bano cum procuratorÿs litteris nostris presente predicto Georgio filio Johannis qui pro se personaliter et pro ipso Benedicto fratre suo, cum procuratorÿs litteris dicti Capituli ecclesie (Tytulensis? . . . . . ad)herebat, ad nostrum Judiciarium accedens conspectum prefatum magistrum Johannem bissenum exhibicione literarum Capituli (ecclesie) albensis euocatoriarum Juxta Judiciariam nostram oommissionem contra ipsum Benedictum Banum ad predictas octauas festi Epiphanie domini super premissis in regiam presenciam euocatum fore declararunt, ad quas quidem octauas idem magister Johannes bissenus per ipsum Blasium litteratum procuratorem eiusdem Benedicti Bani diebus legittimis (octauarum earundem a) nobis expectatus nostram in presenciam venire uel mittere non curarat, se mediantibus litteris nostris Judicialibus in Judicio agrauari permittendo, postulans antedictus Blasius literatus eidem Benedicto Bano aparte ipsius Johannis bisseni per nos medelam equitatis inpertiri in premissis Et quia consuetudo Juris vigorque equitatis eundem Johannem bissenum vice secundana ad premissa euocandum fore dictarat, pro eo causam ipsorum Georgÿ et Benedicti contra ipsum Benedictum Banum habitam, ad octauas festi beati Georgÿ martiris tunc venturas prorogatas, eundemque Johannem bissenum eidem Benedicto Bano ad easdem octauas ad premissa euocari facere com(mitten)s amiciciam predicti Capituli albensis . . . . . pe(cieramus) diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum quo presente homo regius infradeclarandus memoratum magistrum Johannem bissenum ad expedicionem predicte possessionis w o y a vocate, contra eundem Benedictum banum euocaret ad ipsas octauas festi Georgy martiris in presenciam regie maiestatis, Et posthec ipsius euocacionis seriem cum nomine euocati ad predictas octauas festi beati Georgÿ martiris domino nostro Regi fideliter rescriberet Capitulum albense prenotatum, Ipsis denique octauis festi beati Georgÿ martiris occurrentibus cum prefatus Blasius literatus pro ipso Benedicto Bano cum procuratorÿs litteris nostris coram nobis, pre-

dicto Georgio filio Johannis pro se personaliter et pro annotato Benedicto cum procuratorÿs litteris dicti Capituli ecclesie Tytulensis in nostri presencia adherente, prefatum Johannem bissenum mediantibus litteris eiusdem Capituli ecclesie albensis euocatorÿs domino nostro regi rescripcionalibus ad prescriptas octauas festi beati Georgÿ martiris super premissis iuxta Judiciariam nostram commissionem vicesecundana euocatum fuisse declarasset, ab eisdemque octauis ips(a cau)sa de literatorio mandato inter ipsos Georgium et Benedictum filios Johannis ab vna, et inter ipsum Benedictum Banum abaltera, ac inter prefatum magistrum Johannem bissenum a tercia partibus ad octauas festi beati Michaelis archangeli tunc venturas iuxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum ipsa causa inter ipsos Benedictum et Georgium actores et inter Benedictum banum in causam attractum tantummodo habita similiter de regio mandato similimodo secundum continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum ad octauas festi purificacionis beati virginis tunc uenturas extitisset prorogata, Tandem ipsis octauis aduenientibus cum memoratum Blasium literatum in legitimum procuratorem ipsius domini Benedicti Bani, de eo vtrum ipse in persona predicti domini Benedicti Bani memoratum magistrum Johannem bissenum ad expedicionem predicte possessionis W o ÿ a vocate statuere posset aut ne legitime vt nostro incumbit Officio requisitum habuissemus idem Blasius literatus procurator ipsius domini Benedicti Bani retulerat eomodo, quod ipse dominus Benedictus Banus predictum magistrum Johannem bissenum iuxta nostram Judiciariam commissionem ad predictas octauas festi beati Georgÿ martiris contra se infacto predicte expedicionis in regiam presenciam incausam attraxisset, ipsaque causa ab eisdem octauis ad octauas festi beati Mychaelis archangeli tunc venturas, secundum continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum de regio literatorio mandato extitisset prorogata, et tandem ipsa causa ab eisdem octauis festi beati Mychaelis archangeli, ad dictas octauas festi purificacionis virginis gloriose similiter de regio edicto extitisset dilatata, sed ipse easdem literas nostras prorogatorias, contra ipsum magistrum Johannem bissenum emanatas, ad predictas octauas festi purificacionis beate virginis loquentes casualiter amisisset,

idemque magister Johannes bissenus ad ipsas octauas festi purificacionis beate virginis non venisset nec misisset per ipsum in persona dicti domini Benedicti Bani legittimis diebus octauarum earundem expectatus coram nobis et quia idem magister Johannes bissenus ad expedicionem predicte possessionis W o y a vocate contra ipsum Benedictum Banum cum Judicio trium marcarum in termino rep(or)tacionis serici infrascripte per ipsum Benedictum banum deponendarum euocandus fore videbatur, pro eo eundem magistrum Johannem bissenum, contra ipsum magistrum Benedictum banum ad octauas festi beati Georgy martiris tunc proxime venturas ad expedicionem ipsius possessionis w o ÿ a vocate per hominem regium et testimonium predicti Capituli albensis euocari debere committentes, causam inter predictos actores et ipsum dominum Benedictum banum habitam ad easdem octauas festi beati Georgÿ martiris duxeramus prorogandam Tandem ipsis octauis festi Georgy instantibus prefatus Georgius filius Johannis pro se personaliter et pro predicto Benedicto fratre suo cum procuratorÿs literis dicti Capituli Tytulensis ab vna, Item predicto Benedicto condam Bano personaliter abaltera, necnon prescripto magistro Johanne bisseno expedicion. dicti Benedicti Bani similiter personaliter, a tercia partibus, ad nostram accedentes presenciam, idem Georgius in sua et dicti Benedicti fratris sui personis quasdam septem literas vnam vestram et aliam vicecomitis et Judicum nobilium Comitatus de Crassou Inquisitoriam, ac quatour similiter vestras et septimam dicti Capituli ecclesie Tytulensis protestatoriam pariter et prohibitoriam in diuersis terminis clause camanatas nobis curarat exhibere, quarum due videlicet Inquisitorie vna scilicet feria quinta proxima post festum resurreccionis domini et alia feria quinta post diem c o n c u s s i o n i s O u o r u m, ambe anno domini M° CCC^mo LX^mo primo emanate declararunt, et quod regius et vester homines, ac vnus ex predictis Judicibus nobilium in eisdem literis nominatus ad regium literatorium mandatum transmissus ab omnibus quibus decuisset et licuisset talem sciuissent veritatem quod Thomas dictus Bur famulus magistri Johannis bisseni in dominica Judica proxime tunc preterita ad domos Jacobi fily Michaelis et Benedicti fily

Johannis in dicta W o y a habitos manibus armatis et potenciarÿs veniendo vniuersas res et bona ipsorum abstulisset, ipsosque de domibus eiusdem personaliter exclusisset, Alie vero due litere, videlicet vestre, prohibitorie feria tercia proxima post dominicam Reminiscere anno in eodem emanate expressabant, quod Jacobus filius Mychaelis et Benedictus filius Johannis de W o y a ad vestre accedentes presenciam per dictum dominum nostrum regem, a donacione et perpetuacione dicte possessionis W o y a Jacobum vero et Georgium filios Mychaelis, ab amissione quouismodo alienacione eundem Johannem autem bissenum andream et Mathyam, fratres suos ab occupacione et quouis colore quesito se in eandem intromissione prohibuissent, Quinta autem similiter vestra feria quinta proxima post festum pasce domini anno in predicto emanata manifestaret, quod Michael de H o r o s n o k, ad vestram accedens presenciam in personis Jacobi fily Mychaelis et Benedicti fily Johannis de W o y a protestatus extitisset, quod Thomas dictus Bur famulus magistri Johannis bisseni feria sexta proxima ante idem festum pasce domini manibus armatis ad domum ipsorum Jacobi et Benedicti potencialiter veniendo, matrem et sororem ipsorum de ipsa domo per tempora extrahi ac ipsam matrem verberari, ac vnius sororis ipsorum pedem confregi alteram vero per facies wlnerari fecisset, Sexta vero similiter vestra, feria quarta proxima post dominicam Judica anno domini M° CCC^mo LX^mo tercio exorta, expressabat, quod Benedictus filius Johannis coram vobis comparendo in sua et Georgÿ vterini ac Jacobi fily Michaelis patruelis fratrum suorum personis protestacionaliter dixisset, quod magister Johannes bissenus predictam possessionem ipsorum w o ÿ a vocatam pro se occupasset, et ipsos de eadem indebite exclusisset, Septima siquidem videlicet dicti Capituli Tytulensis litera secundo die festi diuisionis apostolorum anno domini M° CCC^mo LXX quarto confecta explanarat, quod Georgius filius Johannis de W o y a ad eiusdem Capituli Tytulensis accedens presenciam in sua et Benedicti fratris sui personis prefatum dominum nostrum regem a donacione et perpetuacione prefate possessionis W o ÿ a et eius pertinenciarum Benedictum vero Nicolaum et petrum filios pauli fily Heem,

et Nicolaum filium eiusdem Benedicti et quoslibet alios a recepcione et se quouismodo in eandem intromissione prohibuisset, Quarumquidem literarum exhibicionibus factis idem Benedictus Banus se facto in premisso per annotatum magistrum Johannem expediri postularat, quo percepto idem magister Johannes allegauit eomodo, quod ipse eundem Benedictum Banum in facto prenotate possessionis W o y a nominate non valeret expedire, Hys itaque habitis annotatus Georgius actor sibi et pretitulato Benedicto fratri suo in premissis Juris equitatem per nos pecierat elargiri, verum licet prefatus magister Johannes Bissenus termino in predicto coram dicto Capitulo Budensi comparendo inter alias possessiones prenotatas prefatam possessionem W o ÿ a vocitatam eidem domino nostro Regi pro dictis tribus milibus florenorum et quadringentis florenis vendiderit et eundem dominum nostrum Regem et suos successores racione eiusdem abomnibus impetitoribus proprÿs suis laboribus et expensis expedire assumpsit, tamen quia idem dominus noster Rex eandem possessionem W o y a nominatam predicto Benedicto Bano et dictis suius fratribus modo premisso profidelissimis seruicÿs eiusdem Benedicti Bani noue donacionis sue titulo perpetuo contulerit, Tamen quia primo prefatus dominus Ladislaus condam Rex pro fidelitatibus dicti magistri Laurencÿ fily Laurencÿ Woyuode dictas possessiones W o y a et K e r e z e g h vocatas eidem magistro Laurencio in perpetuum dedisse, demumque prefatus dominus Karolus Rex pro fidelitatibus et seruicys annotatorum Johannis, Mychaelis et Nicolai filiorum petri dictum locum Sessionalem p a t a k, qui alio nomine w a y a appellatur mediantibus prescriptis litteris suis regalibus eisdem Johanni patri scilicet dictorum Georgy et Benedicti Item Mychaeli et Nicolao filÿs petri perhempnaliter tradidisse ac per suum et dicti Capituli Orodiensis homines submetis in eisdem litteris declaratis eosdem in dominium eiusdem nullo contradictore existente statui fecisse, Tandemque prefati Georgius et Benedictus fily Johannis ac Jacobus fily Mychaelis infacto dicte possessionis W o y a contra eosdem dominum nostrum Regem Lodouicum et magistrum Johannem ac Benedictum Banum et filios suos modo premisso Inquisiciones protestaciones et prohibiciones facere

procurasse expremissis reperiebantur, et dominus eciam magister Johannes prefatum Benedictum Banum in facto eiusdem possessionis w o y a se expedire et indominio eiusdem conseruare non posse asseruerat, et obhoc cum nos vnacum prelatis Baronibus et regni nobilibus nobiscum adherentibus excausis racionalibus prescriptis eandem possessionem W o y a, dictis Benedicto et Georgio filys Johannis, ac alÿs quibus de Jure congrueret predictoque Benedicto Bano de possessionibus et possessionarÿs porcionibus prelibati magistri Johannis Bisseni, tantam possessionem quanta dicta possessio W o y a existeret statui debere ad Judicassemus et processum huiusmodi nostre adJudicacionis ad requisicionem ipsius domini nostri Regis distulissemus, Tandem prefatus Georgius nostram accedens presenciam litteras eiusdem domini nostri Regis secreto suo sigillo consignatas patenter emanatas nobis curarat exhibere habentes hunc tenorem.

(Lásd Nagy Lajos királynak Diósgyőrött 1377. évben kelt levelét.)

Quibus quidem literis exhibitis, quia prefatus dominus noster Rex nobis id vt quemadmodum dictam causam vnacum dictis Baronibus adJudicassemus, sic et eodem modo fine decisiuo determinare ac ipsos filios Johannis secundum sentenciam prescriptam de ipsis possessionibus eis ad Judicatis inuestire et ad eas incluzare, habitaque conclusione huiusmodi absque prorogacione aliquali eidem Benedicto Bano exparte ipsius magistri Johannis bisseni de ipsis possessionibus sicut sentencie prescripte superhoc late explanarent non obstante si idem magister Johannes suas possessiones iam distribuisset plenam iusticiam exhibere deberemus, mediantibus ipsis suis literis demandarat, pro eo vestram amiciciam litteratorie pecieramus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem protestimonio fidedignum, quo presente magister Mychael noster notarius homo regius de Curia regia ad hoc specialiter transmissus ad faciem dicte possessionis W o y a, alio nomine p a t a k vocate vicinis et commetaneis suis vniuersis legittime inibi conuocatis et presentibus accedendo, eandem non obstante prorogacione presentis cause mediantibus litteris nostris de regio litteratorio mandato ad octauas festi beati Martini confessoris tunc venturas facta, per metas et cursus metales in dictis litteris domini

Karoli Regis per predictos actores inibi inspecie exhibendis contentas et expressas reambularet et ipsam possessionem W o y a inter premissas metas remanentem prout videlicet eam dicte mete circumdarent et includerent cum vtilitatibus et pertinencÿs suis vniuersis predictis filys Johannis Jure eis attinenti statueret perpetuo possidendam contradiccione ipsarum parcium sibi invicem et aliorum quorumlibet obuiari non valente, Hys itaque peractis quantitatem vtilitatem ac fructuositatem eiusdem possessionis w o y a rehabita sua legittima mensuracione reuidendo, ad facies possessionum et possessionariarum porcionum dicti magistri Johannis bisseni modo simili vicinis et commetaneis (. . . . . .) legittime conuocatis accederet, ac facta earum reambulacione et reuisione legittima de eisdem tantam possessionem seu porcionem possessionariam quantam se in quantitate et vtilitate ad predictam possessionem w o y a extenderet si necesse fieret similiter legittima earum mensuracione prehabita, dicto Benedicto Bano racione exprescripta statueret perpetuo possidendam contradiccione eiusdem magistri Johannis bisseni et aliorum quorumlibet non obstante val . . . . . ipsius possessionarie reambulacionis statucionis mensuracionis et reuisionis seriem ad octauas festi beati Jacobi apostoli tunc affuturaş domino nostro regi fideliter rescriberetis, Tandem ipsius octauis festi beati Jacobi apostoli instantibus, predictus Georgius filius Johannis pro se personaliter, et pro dicto Benedicto fratre suo cum procuratorÿs litteris Capituli Tytulensis ab vna Item Blasius literatus pro annotato Benedicto Bano cum procuratorys litteris palatinalibus in nostram veniendo presenciam (. . . . litteras) videlicet super premissis domino nostro Regi rescripcionales coramque nobis presentarant declarantes quod cum vos receptis litteris nostris ad Judicatorÿs vnacum predicto magistro Mychaele literato homine regio, magistrum demetrium socium et concanonicum vestrum ad premissa peragenda pro testimonio transmisissetis fidedignum, demum ydem exinde ad vos reversi vobis concorditer retulissent, quod ipsi in die festi Natiuitatis beati Johannis baptiste proxime preteriti ad facies possessionis . . . . . vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legittime conuocatis ac Georgio et Benedicto filys Johannis

actore de W o y a antedicta et domino Benedicto Bano presentibus accessissent et eandem secundum tenorem literarum domini Karoli regis per ipsos actores inibi inspecie exhibitarum hoc modo reambulassent quod prima meta eiusdem possessionis prout tenor earundem literarum domini Karoli regis contineret p.....et fluuium ..... z e c h e n p a t a k a nominato de quo tenderet ad vnam metam terream (quasi) ad partem orientalem procedendo ab inde descenderet ad fluuium w o y a p a t a k a ad.....alem et (transiret) ad riuulum f o k t a l a n p a t a k a et per ipsum riuulum flecteretur ad plagam occidentalem cadendo ad dictum fluuium C r a s s o u vbi idem distingeret ipsam possessionem W o y a a possessione E r s u m p l ÿ o vocata et ibi terminaretur, Qua reambulacione facta eandem possessionem w o y a nuncupatam intra premissas metas remanentem prout dicte mete ipsa (a)d disset et inclusisset cum omnibus vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis dictarum metarum concursibus iuxta adJudicacionem nostram prescriptam eisdem Benedicto et Georgio filÿs Johannis Jure eis attinente statuissent perpetuo possidendam factaque ipsa statucione centum et octo Jobagiones ac ecclesiam partim in lignis et partim in lapidibus constructam in facie prenotate possessionis reperissent, terras vero arabiles eiusdem possessionis w o y a ad vndecim aratra cum dimidio Siluas autem ad quatuor aratra, sub eisdem vero siluis prata seu fenilia ad vnum aratrum, que apud manus magistri Benedicti Bani fuissent regali mensura mensurassent, Item vnum molendinum inferius pellens indicto fluuio Crassou reperissent predicta eciam signa metalia in predictis litteris dicti domini Karoli Regis habencia a parte prefati riuuli f o k t a l a n p a t a k vocati vnam particulam terre inclusissent, quam prefatus Benedictus Banus pro predicta signa metalia prius includi nesci(ui)sset Ideo ipse eandem terre particulam non possedisset, nec eiusdem vtilitates seu fructuositates percepisset uel percipi facere fecisset, et ex eo idem Benedictus Banus eandem particulam terre mensurari facere non dixisset nisi estimare quam ad vnum aratrum estimassent regni lege requirente, Hÿs itaque peractis cum ipsi in die festi beate marie magdalene tunc proxime preteriti ad faciem possessionis dicti magistri Johan-

nis bisseni Zenthbeneduk vocate accessissent, et ipsam vicinis et commetaneis eiusdem conuocatis reambulare et mensurare ac eandem modo premisso secundum adJudicacionem nostram prefato domino Benedicto Bano statuere voluissent, Tandem Mathyas bissenus contra ipsos potencialiter in surgendo predictam possessionariam mensuracionem et statucionem ipsius facere non permisisset, nec eciam ipsos ad facies aliarum possessionum dicti magistri Johannis accedere permisisset, de hinc vero littere domini nostri Regis, nobis fuerant presentate hunc tenorem continentes.

(Lásd Nagy Lajos király 1377. Zanduch-ban kelt levelét.)

Quibus quidem litteris exhibitis quia idem dominus noster Rex nobis id vt ipsos filios Johannis de ipsis possessionibus excludere et eos manibus dicti magistri Benedicti condam Bani aquibus fuerant alienate infra dictas octauas sancti Martini restituere in ipsisque octauis sancti Martini tam eisdem filys Johannis, quam memoratis magistris Benedicto et Johanni beseneu omnia eorum literalia Instrumenta superfactis dictarum possessionum confecta exhibere committeremus in prescriptis litteris suis firmis dederat in mandatis, et ex eo eadem possessio woya modo infrascripto eidem Benedicto Bano secundum premissam regiam commissionem statuenda fore cernebatur, ad ipsamque faciendam regius et vester homines necessario fuerant destinandi, pro eo vestram amiciciam pecieramus diligenter, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum quo presente homo regius infradeclarandus ad faciem dicte possessionis woya, alio nomine patak et aliarum ad eandem pertinencium pridem erga manus predicti magistri Benedicti habitarum vicinis et commetaneis earundem inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo easdem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis, excepta solum quadam Curia in ipsa Woya habita, in qua tunc mater et soror eorundem filiorum Johannis dicebatur residere, quamquidem Curiam domina nostra regina Junior inopie et paupertate earundem compaciendo ipsas dominas matrem et sororem ipsorum filiorum Johannis vsque dictas octauas festi beati Martini confessoris, nobis facie ad faciem libere permansuras committere preceperat statueret et com-

mitteret possidendas, Hoc tamen declarato, quod eedem domine in prouentibus dicte possessionis w o ÿ a et suarum pertinenciarum nil percipere valerent, sed solum haberent liberam facultatem permanendi Curia in eadem, vsque tempus prenotatum, committentes nichilominus, vt tam ydem filÿ Johannis, quam memorati magistri Benedictus condam Banus ac Johannes bissenus vniuersa eorum literalia Instrumenta factum dicte possessionis w o y a tangencia in ipsis octauis festi beati Martini confessoris secundum commissionem regiam coram nobis producere tenerentur. Et posthec ipsius possessionarie statucionis seriem ad dictas octauas festi Martini confessoris domino nostro Regi fideliter rescriberetis, a quibusquidem octauis festi beati Martini confessoris, dum discussio reportati seriei premissorum inter partes annotatas, Juxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum ad presentes octauas festi beati Georgy martiris dilatiue deuenissent, Tandem ipsis octauis festi beati Georgÿ martiris instantibus, prelibatus dominus Benedictus condam Banus presente prelibato Georgio filio Johannis, qui prose personaliter, et pro predicto fratre suo cum procuratorys litteris dicti Capituli ecclesie Tytulensis ad nostram veniendo presenciam, primo litteras vestras super premissis rescripcionales nobis presentauit, in quibus inter alia habebatur, quod vos receptis premissis litteris nostris vnacum andrea filio andree de K e r e z t u s homine regio, vestrum hominem magistrum petrum socium et concanonicum vestrum ad premissa exequenda transmisissetis, qui tandem ad vos reuersi vobis concorditer retulissent, quod ipsi sabbato proximo ante festum Natiuitatis virginis gloriose tunc proxime preterito, iuxta adJudicacionem nostram ad faciem possessionis w o y a alio nomine p a t a k et aliarum ad eandem pertinencium, pridem erga manus predicti magistri Benedicti habitarum vicinis et commetaneis earundem inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, eandem cum omnibus vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis, excepta solum quadam Curia inipsa w o y a habita in qua mater et soror dictorum filiorum Johannis residissent, quamquidem Curiam, domina nostra regina Junior inopie et paupertati earum compaciendo, ipsas dominas matrem et sororem ipsorum filiorum Johannis vsque dictas

octauas festi beati Martini confessoris proxime tunc affuturas reliquisset inhabitandam, statuissent et commisissent prefato magistro Benedicto filio pauli fily Heem possidendas, hoc tamen declarato, quod eedem domine in prouentibus dicte possessionis w o y a et suarum pertinenciarum nichil percipere valerent, sed solum haberent liberam facultatem permanendi Curia in eadem vsque ad tempus prenotatum, committentes nichilominus vt tam ydem fily Johannis quam memoratus magister Benedictus et Johannes bissenus vniuersa eorum literalia Instrumenta, factum dicte possessionis w o y a tangencia in ipsis octauis festi beati Martini confessoris, secundum commissionem dicti domini nostri regis, coram nobis producere tenerentur, Dehinc idem dominus Benedictus condam Banus quasdam alias litteras vestras domino nostro regi rescripcionales hunc tenorem continentes nobis presentauit.

(Lásd a csanádi káptalan 1378. évi jelentését Nagy Lajos királyhoz.)

Quarum quidem literarum exhibicionibus factis licet prefatus dominus Karolus Rex prefatum locum Sessionalem inloco p a t a k vocato habito [alio nomine voya vocato] [1]) prescripto Mychaeli Johanni et Nicolao filÿs petri fily Tiuan pro eorum fidelibus seruicÿs contulerit, et ipsum locum sessionalem p a t a k qui alio nomine v o y a nominaretur ipsis statui fecerit Tamen quia ydem fily petri tempore premisse possessionarie statucionis per regium et dicti Capituli Orodiensis homines facte per dictarum metarum ereccionem terram non pro vno loco Sessionali sed villas et eciam terras pluribus villis aptas de terris et villis regalibus fraudulenter et dolose pro se occupasse expremissis litteris vestris apparebant, pro eo exscitu et (voluntate) domini nostri Regis prelatorumque Baronum et nobilium Regni moderato inducti consilio prescriptos filios Johannis fily Tiuan prescripto eorum loco sessionali w o y a nominato per ipsum dominum Karolum Regem predicto Johanni patri ipsorum, ac alÿs filys suis prenominatis collato pro premissis dolosis processibus eorum, ne ydem pro huiusmodi negocio f(raudul)oso comodum reportare videantur, priuantes, totamque premissam terram v o ÿ a appellatam et ad easdem

[1]) A [ ] jel közti szavak az eredetiben kitörölvék.

pertinentes sub premissarum metarum in dictis litteris ipsius domini Karoli Regis contentarum giro adiacentem et existentes prescripto domino Benedicto Bano et eius heredibus vniuersis Juxta premissam Regiam collacionem perpetuo adJudicantes easdemque ipsi domino Benedicto Bano statui committentes, vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente, Stephanus dictus Horuat homo regius de Curia Regia ad id specialiter transmissus, ad faciem dicte possessionis w o y a, alio nomine p a t a k vocate, et ad easdem pertinencium, vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legittime conuocatis accedendo cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencÿs statuat et committat annotato domino Benedicto Bano et eiusdem heredibus vniuersis perpetuo possidere tenere pariter et habere contradiccione predictorum filiorum Johannis et aliorum quorumlibet non obstante, Sine preJudicio Juris alieni Et posthec ipsius possessionarie statucionis seriem vt fuerit expediens ad octauas festi beati Mychaelis archangeli nunc venturas domino nostro Regi fideliter rescribatis, Datum In Vysegrad vigesimo die octauarum festi beati Georgÿ martiris predictarum, anno domini M° CCC^mo LXX^mo octauo.

(*Kívül:* Amicis suis reuerendis Capitulo ecclesie Chanadiensis pro domino Benedicto filio pauli fily Heem condam Bano statucionis . . . . . ad octauas festi beati Mychaelis archangeli domino . . . . . .)

(Eredetije nagy hártyán a m. nemz. Múzeumban. Kisfaludy levelek. A pecsétnek csak átmetszései látszanak. Az oklevél penészfoltok és tördelések miatt helyenkint olvashatlan. Számos egykorú kéztől eredő és feketébb téntával kitünő igazításokat és közbeszurásokat foglal magában, melyek azonban a hitelesség ellen legkisebbet sem vétenek.)

93.

1378. július 24-én.

Excellentissimo principi domino eorum Lodouico dei gracia Illustri regi Hungarie, Polonie, dalmacie etc. Capitulum ecclesie Chanadiensis, oraciones in domino sedulas, et deuota perpetua cum fidelitate vestra noverit excellencia. Quod cum nos receptis literis magnifici viri Comitis Jacobi de Scepus, Judicis Curie et vniuersarum Ciuitatum vestrarum modum

et formam Judiciarie sue discussionis declarantibus pro domino Benedicto filio pauli fily Heem condam Bulgarie Bano, contra Benedictum et Georgium filios Johannis, Petri fily Tyuan nobis directos, vnacum Stephano dicto Horuath, homine vestro, literis in eisdem inserto de Curia vestra ad infrascripta specialiter destinato, nostrum hominem videlicet discretum virum dominum Johannem archydiaconem Themesiensem fratrem et concanonicum nostrum ad peragendum et exequendum contenta in eisdem literis Judicis Curie vestre pro testimonio misissemus fidedignum, ydem demum adnos abinde redeuntes, nobis concordi voce retulerunt quod idem homo vester, dicto testimonio nostro presente feria quarta proxime nunc preterita ad faciem possessionis W a y a alio nomine P a t a k vocate literis in eisdem denotate et ad easdem pertinencium vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, easdem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis statuisset et commisisset annotato domino Benedicto Bano et eiusdem heredibus vniuersis perpetuo possidere, tenere pariter et habere contradiccione predictorum filiorum Johannis et aliorum quorumlibet non obstante sine preiudicio Juris alieni, Datum In vigilia festi beati Jacobi apostoli, anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXX^{mo} octauo.

(*Kivül:* Domino Regi pro domino Benedicto condam Bulgarie Bano super facto statucionis possessionis Waya nominate modo interius declarato, facte ad octauas festi beati Mychaelis archangeli, Relacio.)

(Eredetije papiron a Niczky-család levéltárában. Zárlatán fehér viasz-pecsét.)

94.

1378. szeptember 30-án.

Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum. Memorie commendamus quod Johannes filius Nicolai de Nadasd personaliter ab una parte uero (ab altera) Nicolaus Johannes Mychael et dominicus fily Moyus necnon Mychael filius Blasÿ et ladislaus filius Johannis de O r o z a p a t h y similiter personaliter coram nobis constituti per eos dem confessum extitit sponte et relatum in hunc modum, quodipsi in causa quam ydem Johannes in facto possessionario

aduersus eosdem filios Mayus ac Mychaelem et ladislaum inpresenti congregacione nostra generali vniuersitati nobilium Comitatus de Crassou feria secunda proxima post festum beati Bartholomei apostoli prope C i u i t a t e m M e z o u s o m p l o u celebrata mouere respondisset se arbitrio sex proborum et nobilium virorum submisissent ymo submiserunt coram nobis eomodo quod vna parcium tres et alia similiter tres probos et nobiles viros in octauis festi beati Martini confessoris proxime venturis in villam K u r u s w l g h aducere et quidquid ydem sex probi et nobiles viri visis vtrarumque parcium instrumentis coram Capitulo ecclesie Orodiensis testimonio per ipsas partes adducendo, quod per ipsum Capitulum serie presencium adid amicabiliter transmitti postulamus arbitrarentur, hoc ambe partes teneantur acceptare tali vinculo mediante quod si qua parcium arbitrium dictorum sex proborum et nobilium virorum non acceptarent extunc talis pars ipsum arbitrium non acceptens contra partem alteram ipsum arbitrium acceptantem in decem marcis denariorum absque porcione Judicis conuinceretur eo facto ad quod se partes predicte sponte obligarunt coram nobis, Datum quinto die congregacionis nostre predicte in loco memorato Anno domini M° CCC° LXX° octauo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán pecsét nyoma. Folyószám 27. Saec. XV. App.)

95.

1378. november 19-én.

Nos Capitulum ecclesie Orodyensis Memorie commendamus, quod nos ad peticionem viri magnifici domini Nicolai de Gara regni Hungarie Palatini et Judicis Comanorum, magistrum Egidium concanonicum nostrum ad quoddam arbitrium audiendum inter Johannem filium Nicolai de N a d a s d ab vna, parte vero ex altera Nicolaum Johannem Mychaelem et dominicum filios Moyus, necnon Mychaelem filium Blasÿ et ladislaum filium Johannis de O r o z a p a t y in presentibus octauis festi beati Martini confessoris iuxta seriem literarum eiusdem domini Palatini in villa K o r u s v e l g fiendum transmisissemus idem concanonicus noster demum ad nos reuersus

nobis taliter recitauit, quod eedem partes ipsum arbitrium ad octauas festi Purificacionis beate virginis proxime venturas peremptorie duxissent prorogandum eomodo quod si ipsi Nicolaus Johannes Mychael et dominicus fily Moÿus necnon Mychael filius Blasÿ et ladislaus filius Johannis de Orozapaty aut quis exipsis arbitros suos ad conspectum nostrum abducere, et arbitrium ipsorum arbitrorum acceptare non curaret in viginti marcis conuincerentur. E contrario procurator ipsius Johannis fily Nicolai de Nadasd, ipso Johanne absente absque aliquo grauamine dictum arbitrium prorogare valeat atque possit Si uero idem Johannes presens fuerit et suos arbitros non abduxerit uel arbitrium ipsorum arbitrorum non acceptauerit similiter inipsis viginti marcis conuinceretur, ad quod partes se sponte obligassent, datum in festo beate Elizabeth anno domini M° CCC° LXX° octauo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán monyorú pecsét nyoma. Folyószám 1668.)

96.

1379. február 10-én.

Nos Capitulum ecclesie Orodyensis damus promemoria quod cum secundum priorum literarum nostrarum continenciam inter Johannem filium Nicolai de Nadasd vti actorem, Item Nicolaum et Johannem filios Moyus, Mychaelem filium Blasÿ et ladislaum filium Johannis de Orozapaty sicut in causam attractos iuxta seriem literarum viri Magnifici domini Nicolai de Gara Hungarie palatini et Judicis Comanorum in octauis festi purificacionis virginis gloriose arbitrium facere debuisset coram nobis, ipsis octauis occurrentibus ipse partes suos adduxerunt arbitros coram quibus actor antefatus quoddam priuilegium produxit, inquibus inter alia reperiebatur, quod predecessores ipsorum in causam attractorum predecessori dicti actoris tres possessiones in eodem priuilegio nominatim expressas in eum contulissent, quibus visis et perlectis eandem causam propter suam arduitatem arbitrio et sentencie diffinitiue eiusdem domini palatini peremptorie duxerunt prorogandam, octauis festi beatissimi Georgy martiris proxime

venturas eisdem pro termino asignatis, datum secundo die octauarum predictarum Anno domini M° CCC° LXX. nono.

(*Kivül:* pro Johanne filio Nicolai de Nadasd contra filios Mayus et alios infrascriptos de Vruzapaty ad octauas festi beatissimi Georgy martiris prorogatoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Folyószám 1697).

97.

1381. márczius 16-án.

Nos magister Thomas dictus Chupur vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crassow damus pro memoria quod cum ad peticionem Stephani fily petri de Remethe, Michaelem filium Nicolai de Heges hominem nostrum ad infrascriptam Inquisicionem faciendam transmisissemus tandem idem exinde ad nos reuersus nobis retulit istomodo quod ipse accendendo ab omnibus quibus de cuisset et licuisset palam et occulte diligenter de subscriptis inquirendo hanc sciuisset veritatem, quod paulus de Zurchuk castellanus de Kuuesd missis omnibus Jobagionibus de Kuuesd predicta, in dominica Reminiscere proxime preterita, ad predictam possessionem eiusdem Stephani Remethe vocatam irruendo vniuersas res et bona cuiusdam Jobagionis sui aferendo asportari fecisset potencia sua mediante Datum in Mezeusumplo sabbato proximo ante diem medy quadragesime anno domini M^mo^ CCC^mo^ LXXX^mo^ primo.

(*Kivül:* Pro Stephano filio petri de Remethe contra paulum de Zurchuk Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán három pecsét nyoma. Folyószám 1766.)

98.

1381. május 8-án.

Nos Nicolaus de Gara Regni Hungarie Palatinus et Judex Comanorum. Damus pro memoria, Quod causam quam Johannes filius Nicolai de Nadasd, pro quo Ladislaus filius Stephani, cum procuratorÿs literis Capituli ecclesie Orodyensis

astitit, contra Nicolaum et Johannem filios Mayos, Michaelem filium Blasy, et ladislaum filium Johannis de Orozapathy ex quibus idem Nicolaus, pro se personaliter pro alÿs vero predictis cum procuratorÿs literis nostris comparuit Juxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum in Octauis festi beati Georgy martiris super facto in quibusdam literis nostris prorogatorÿs contentis, mouere habebant coram nobis, de parcium procuratorum voluntate, ad Octauas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas duximus prorogandam, datum in Wyssegrad, Octauo die termini prenotati anno domini Millesimo CCC^{mo} LXXX^{mo} primo.

(*Kivül:* Pro Johanne filio Nicolai de Nadasd contra Nicolaum et Johannem filios Mayos de Orozapathy, et alios infrascriptos ad Octauas festi beati Michaelis archangeli prorogatoria.)

(Bal szélén: Pro *a* Stephanus filius Stephani cum Orodyensis, pro *in* Mychael de dyakoch cum Chanadiensi ad G. due flor.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Folyószám 1765.)

99.

1382. márczius 2-án.

Nos Thomas dictus Chupur, vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria quod ladislaus famulus et officialis Stephani fily petri condam bani personaliter sabbato proximo ante dominicam Reminiscere contra Stephanum dictum Zekul de Z a r u a s t e l e k respondit eomodo quod Chorna Jobagio Stephani antedicti domini sui vnum furem vnacum equo suo ab ipso furtiue ablato per Thomam Kenesium iamdicti Stephani dicti Zekul in iamdicta possessio*a* sua Zaruastelek vocata fecisset detineri, Quo audito idem Thomas similiter personaliter exsurgendo respondit exaduerso, qud hoc est verum vt predictus Chorna Jobagio dicti Stephani ipsum furem, cum ipso, vna cum predicto equo suo, vt premittitur detineri fecisset, sed ipsum furem magister Gregorius Castellanus de E r d s u m p l i a in eadem Captiuitate circa se contradicendo prohibuisset, Et si idem magister Gregorius ipsum furem de ipsa captiuitate sua, alias non trans-

duxerit, extunc ipsum furem inulteriori termino per nos sibi dando promptus esset statuere et paratus coram nobis Thomas Kenesius antedictus, vnde nos hÿs auditis vnacum nobilibus nobiscum in sede nostra Judiciaria consedentibus adiudicantes commisimus eomodo, vt idem Thomas Kenesius ipsum furem sabbato proximo ante dominicam letare nunc venturo, cum Judicio trium [1]) deponendo statuere teneatur, datum in Mezeusumplio secundo die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^mo LXXX^mo secundo.

(*Kivül:* Super quadam statucione cuiusdam furis pro ladislao famulo et officiali Stephani condam magistri petri bani contra Thomam Kenesium dicti (így) Zekul per eundem Thomam sabbato proximo ante dominicam letare modo interius expressa fienda memorialis.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán három pecsét nyoma. Folyószám 1813.)

100.

1382. márczius 16-án.

Nos magister Thomas dictus Chupur vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria, quod ladislaus famulus et officialis magistri Stephani fily condam petri bani de E r m e n personaliter, contra Thomam Kenesium de Z a r u a s t e l e k, a sabbato proximo ante dominicam letare diebus congruis legitime stetit intermino coram nobis, qui Juxta continenciam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum, superfacto statucionis cuiusdam furis non venit neque misit vnde ipsum in Judicio trium marcarum commisimus fore conuictum si se racionabiliter non poterit excusare, datum in Mezeusumplio secundo die termini prenotati, anno domini M^mo CCC^mo LXXX^mo secundo.

(*Kivül:* pro ladislao famulo et officiali magistri Stephani fily condam petri bani de Ermen, contra Thomam Kenesium de Zaruastelek Judiciaria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán három, hátán egy pecsét nyomával. Folyószám 1812.)

---

[1]) Azaz: trium marcarum.

101.

1382. márczius 16-án.

Nos magister demetrius de Keue, et Gregorius de Erdsomlÿa, castellani, Judices per dominum nostrum palatinum ad id specialiter commisi damus pro memoria, quod quia nos tres boues quorundam Jobagionum magistri Stephani fily pouse de Mynees per Jobagiones regales in villa v a r a l y a ad castrum E l l y e d pertinenti residentes, minus iuste ablatos fore comperimus Ideo magistro Nicolao filio dominici castellano dicti castri Ellyed nunc nostri in presencia personaliter astanti, commisimus, vt ipse dictos tres boues annotatis Jobagionibus predicti magistri Stephani reddi et restitui faciat per populos regales de dicta v a r a l y a antedictos, Datum in Keue, die dominico proximo post diem medy Xlme Anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXXX^{mo} secundo.

(*Kivül:* pro magistro Stephano filio pouse de Zeer contra magistrum Nicolaum filium dominici castellanum de Ellyed, super restitucione quorundam trium bouum, memorialis.)

(Papiron; zárlatán pecsét nyomai; eredetije Keszthelyen a gr. Festetics-család levéltárában. Ign. Miscellanea 70.)

102.

1382. május 10-én.

Nos magister Thomas dictus Chupur vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crassow damus promemoria quod cum ad legitimam peticionem Johannis literati famuli et officialis Stephani fily petri condam bani in persona eiusdem domini sui petrum filium farkasy de dobrauicha hominem nostrum ad infrascriptam prohibicionem faciendam destinassemus, tandem idem exinde ad nos reuersus nobis retulit istomodo quod ipse a magistr*os* Nicolao et ladislao fili*os* Nicolai de Jank quoddam molendinum in fluuio Crassow existens aparte possessionis N a d r a z prope metam eiusdem possessionis N e n d r a z a construÿ faccione prohibuisset, datum in Mezeusomlyo sabato proximo post festum aparicionis beati

Mychaelis archangeli Anno domini M^mo CCC^mo LXXX^mo secundo.

(*Kivül:* pro magistro Stephano filio condam petri bani contra magistros Nicolaum et ladislaum filios Nicolai de Jank prohibitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsétek nyomaival. Folyószám 1815.)

103.

1382. május 10-én.

Nos magister Thomas dictus Chupur vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crassow damus pro memoria quod cum ad legittimam peticionem Johannis literati famuli et officialis Stephani (filÿ) [1] condam magistri petri bani de Remethe petrum filium farkasi hominem nostrum ad infrascriptam reuisionem faciendam destinassemus, tandem idem exinde ad nos reuersus nobis retulit istomodo quod magistri Nicolaus et ladislaus fily Nicolai de Jank quendam f l u u i u m C r a s s o w vocatum de suo uero meatu alias ad possessione dicti Stephani W a y a vocatam remeare fecissent, per quod factum idem magister Nicolaus et ladislaus alitam (így) particulam ipsius possessionis W a y a ocupassent et ocupatam detinerent Datum in M e z e u s o m l y o sabato proximo post festum aparicionis beati Michaelis archangeli anno domini M^mo CCC^mo LXXX^mo secundo.

(*Kivül*: pro magistro Stephano filio condam petri bani de remethe contra magistros Nicolaum et Ladislaum de Jank.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Három pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 1816.)

104.

1382. szeptember 6-án.

Nos magister Thomas dictus Chupor vicecomes et Judices nobilium C o m i t a t u s d e C r a s o w Memorie commendamus, quod Stephanus dictus Zekel de Z a r u a s t e l e k coram nobis personaliter constitutus est confessus oraculo

[1] E szó kimaradt az eredetiben.

viuevocis in hunc modum Quod ipse Stephanum filium Petri condam Bani et Chornoga Jobagionem eiusdem super facto detencionis eiusdem chornoga, per ipsum illate redidisset et comisisset expeditum, imo redidit et comisit nostri in presencia vigore presencium mediante Datum in Mezeusomlio sabato proximo ante festum nativitatis beate virginis anno domini M^mo CCC LXXX^o secundo.

(Eredetije vízfoltos papiron a Kállay-család levéltárában. Múzeumi folyószám 1608.)

105.

1383—85. január első felében.

Stephanus Banus de Korogh
Comes de Carassow etc.

Vniuersis nobilibus de Comitatibus Kevee et Carassow Salutem cum amicicia precipimus vestre amicicie quatenus ad servicia regie maiestatis inibi facienda proni et parati esse debeatis tempore oportuno et aliud non facientes. Datum in campo prope Sanctum demetrium secundo die octaue Epiphaniarum domini.

(Eredetije a budai kamarai levéltárban.)

A keltezést 1383—85. évekre teszem, mert akkor volt Koroghy István macsói bán. (Századok 1875. 450. lap.)

106.

1383. márczius 6-án.

Maria dei gracia Regina Hungarie, dalmacie, Croacie etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie orodiensis, Salutem et graciam dicit nobis nobilis domina Relicta condam Petri bani, fily pauli fily Heem de v a y a, quod magister ladislaus filius Iwanka de J a n y k feria sexta proxima post octauas festi Natiuitatis domini proxime preteriti ad predictam possessionem suam v a y a vocatam veniendo vnum bonum equum suum potencialiter abstulisset, et eo non contentus, Clausuram cuiusdam Molendini sui influuio Crassow decurrentis permattari destrui et anichilari fecisset in ipsius domine preiudicium valde magnum Superquo fidelitati vestre precipiendo manda-

mus, quatenus vestrum mitatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Andreas de Kiuztus[1]) vel Nicolaus filius Maius[2]) de Orozapati siue dionisius filius Thome sin Gregorius filius dominici de Salmar alÿs absentibus, homo noster ab omnibus quibus incumbit depremissis experiatur veritatem, quam tandem regni nostri Palatino fideliter rescribatis presentes autem, propter absenciam venerabilis patris, domini demetry Cardinalis de Strigonio et Sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum sigillo eiusdem fecimus consignari, datum Bude in die Cinerum, Anno domini M^mo CCC^mo LXXX^mo Tercio.

Kereſtes!

(*Kiveül:* fidelibus suis Capitulo ecclesie Orodiensis pro nobili domina Relicta Petri bani fily pauli fily Heem de v a y a Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma, sárga viaszban. Folyószám 1857.)

107.

1383. márczius 6-án.

Magnifico viro domino Nicolao de Gara regni Hungarie palatino et Judici Comanorum Amico eorum reuerendo Capitulum ecclesie Chanadiensis debite amicicie et honoris continuum incrementum, literas serenissime domine Marie dei gracia Regine Hungarie, dalmacie, Croachie etc. Omni cum reuerencia recepimus in hec verba.

(Lásd 106. sz. a. Mária királynénak Budán: in die Cinerum kelt levelét.) [3])

Nos igitur preceptis eiusdem donime Regine humiliter obedire cupientes ut tenemur vnacum prephato Nicolao filio Moius homine regio nostrum misimus hominem videlicet laurencium presbiterum Chori ecclesie nostre capellanum protestimonio fidedignum et (így) premissa fideliter peragenda, Qui tandem adnos abinde reuersi nobis concorditer retulerunt Quod ipsi feria tercia proxime nunc preterita et alÿs diebus sequentibus in Comitatu de Crasso pariter procedendo

[1]) A csanádi káptalan átiratában: Kustus.

[2]) A csanádi káptalan átiratában: Nicolaus Magnus de Orozapati.

[3]) Mária királynénak idézett levele különben nem a csanádi, hanem az orodi káptalanhoz van intézve.

ab omnibus Nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusuis status et condicionis hominibus quibus decens et licitum extitisset, diligenter et conscienciose inquirendo talem de premissis scire et inuestigare potuissent ueritatem quod predictus ladislaus filius Nicolai omnia ad (így) singula premissa egisset et perpetrasset suomodo per omnia vt indictis literis reginalibus seriatim declarant Qua inquisicione sic facta idem homo vester dicto testimonio nostro presente feria tercia supradicta pre alegatum Ladislaum filium Nicolai in possessione sua K u z i k vocata contra anotatam nobilem dominam Relictam petri ad quintum decimum diem eiusdem ferie tercie in vestre magnitudinis euocasset presenciam racionem de premissis redditurum, datum feria sexta proxima ante dominicam Judica anno domini prenotato.

(*Kieül:* domino pallatino pro nobili domina Relicta condam petri bani fili pauli de vaya, contra ladislaum fily Nicolay (így) de Iwank Inquisitoria et ad feriam terciam proximam post dominicam Ramis palmarum Euocatoria.)

(Eredetije vízfoltos és szakadozott papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Folyószám 1856.)

108.

1384. deczember 13-án.

Elizabeth dei gracia Regina Hungarie, dalmacie etc. fidelibus suis, Capitulo ecclesie T y t u l e n s i s Salutem et graciam, (dic)it nobis Nicolaus filius Pauli fily Heem de E g u r z e g, quod quedam literalia sua Instrumenta, factum possessionis sue E r m e n vocate, tangencia, in vestra sacristia seu conseruatorio ecclesie vestre more solito reposita, haberentur, que nunc pro tuicione Jurium suorum nimium forent necessaria, Quare fidelitati vestre mandamus, quatenus predicta literalia Instrumenta diligenter in vestra Sacristia requirere et reinvenire faciatis, requisitorumque et reinventorum si ipsum Nicolaum rite et racionabiliter tangere agnoueritis, extunc tenorem eorundem in vestro transscripto eidem concedatis ad cautelam, Cauentes tamen ne fraus et dolus ocurrere possit aliqualis in hac parte, Datum Bude, in festo beate lucie

virginis et martinis, Anno domini M^mo CCC^mo LXXX^mo quarto.

(*Kivül:* Fidelibus suis Capitulo ecclesie T y t u l e n s i s, pro Nicolao de Egurzeg, requisitoria.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán vörös pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 1875.)

109.

1385. márczius 18-án.

Nos Capitulum ecclesie Orodiensis Memorie commendamus, Quod Mathias filius Thome de Balad et domina Bagow filia Johannis magni de Bernalth consors Stephani fily Benedicti C i u i s d e M e z e w s o m l i o personaliter, Item Nicolaus filius Nicolai de Zenthmarton pro nobili domina Elena filia predicti Thome consorte sua sine literis procuratorÿs onus tamen Eidem si eadem in infrascriptis persistere non curaret super se assumpmendo coram nobis constituti Nicolaum filium pauli fily Heem, Stephanum filium petri fily dicti Heem [1]) Basilem Naborem Cirineum et Benedictum filios Nicolai fily condam Benedicti Bani fily dicti Pauli fily Heem, super dote et rebus parafernalibus condam domine Elizabeth filie Johannis rufi de H e l i m b a matris scilicet predictorum Mathie Bagou et elene eidem domine Elizabeth de possessione N o y o e r m i n vocata peruenire debentibus pro eisdem receptis coram nobis ducentis florenis quemlibet florenum centum denarÿs computando confessi sunt reddidisse quitos ac peromnia expeditos vniuersas ipsorum literas causales infacto predictarum dotis et rerum parafernalium prefate condam domine Elizabet vsque ad hec tempore sub quauis verborum forma emanatas cassas reddendo et inanes ac viribus earum carituras exhibitoribusque ipsarum nocituras assumpmendo nichilominus eosdem Nicolaum filium pauli Stephanum filium petri Basilem Naborem Cirineum et Benedictum ab omnibus pretextu predictarum dotis et rerum parafernalium predicte domine Elizabeth inpetere volentibus expedire proprÿs ipsorum laboribus

[1]) Ez nem helyes, mert Péter nem volt Heem fia, hanem unokája; a szöveg tehát így igazítandó: Petri fily Pauli fily Heem.

et expensis, Datum sabbato proximo ante dominicam Judica anno dni M° LXXX^mo quinto.

(Eredetije a Niczky-család levéltárában.)

Az évszázad nincs kiírva.

110.

1386. augusztus 22-én.

Sigismundus dei gracia Marchio Brandemburgensis Sacri Romani Imperÿ Archicamerarius etc. fidelibus nostris dilectis vniuersis et singulis nobilibus et alterius status hominibus in Comitatibus Themessyensi et Chanadiensi constitutis et existentibus Salutem et graciam Patet bene vestre fidelitati Quomodo dictos comitatus viris Magnificis, dominis Ladislao et Stephano filÿs Stephani de Lozoncz nostris fidelibus dilectis pro honore commisimus vsque nostram beneplacitam voluntatem conseruandos, super quo vestre vniuersitatis fidelitati, sicud (így) per alias literas nostras sic et perpresentes mandamus, quatenus ipsis nostris fidelibus Ladislao et Stephano vti vestris legittimis comitibus, in omnibus licitis obediatis et obtemperetis, volumus eciam et presentibus committimus vobis vt contra vniuersos, et singulos quos contra Serenissimas dominas Reginas Hungarie etc. et nos rebellisare agnoueritis, vna cum eisdem vestris comitibus insurgatis et eisdem toto vestro posse nocere debeatis, vobis eciam nichilominus Castellanis in L u g a s, S e b e s, S o m l y o et E r s o m l y a castris per quondam nicolaum de Gara palatinum constitutis similer presentibus firmiter et distincte committimus quatenus statim habita presencium noticia premissa castra prefatis dominis Ladislao et Stephano cui eadem contulimus pro honore, aut hominibus ipsorum harum ostensoribus remitere et resignare debeatis manus suas de eisdem extrahentes, Aliud non facturi Datum Bude feria Quarta ante festum beati Bartholomei apostoli, Anno domini Millesimo CCC^mo LXXXVI^to.

(Eredetije papiron a gr. Erdődy-család galgóczi levéltárában. Szöveg alatt apró pecsét. Cista 49. fasc. 27. No 2.)

111.

Commissio propria domini Regis.

1387. július 25-én.

Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Crouacie etc. ac Marchio Brandemburgensis etc. Cunctis christicolis presens carmen cernentibus, quibus incumbit, pandimus in hÿs scriptis, Quod nos perspicua Regalis sagacitatis contemplacione, cui exsuscepti Regiminis interest officio, cunctorum fidelium suorum Subditorum, actus strennuos et gesta virtuosa, equa bria, et condigno libramine premetire, ac ipsis sinum dileccionis meritis eorum suadentibus pandere, eosque remuneracionis Regie, brauio incumbenti premiare, viri magnifici domini Ladizlai, fily condam magistri Stephani de Lossonch, Bani Zeuriniensis, fidelis nostri dilecti, virtuosa sinceritate, et ingentis Milicie valitudine eminenti, limpide prepollentis, eximÿs preclaris fidelitatibus, et multipharÿs laudedignis obsequÿs, ac fidelium seruiciorum innumeris laudis preconio attollendis meritis, et sinceris vberimis virtuosis conplancencÿs, per que ipse, a Juuentutis sue gadibus (így), vsque inminentem ipsius etatem adultam, temporibus inpacatis, et tranquillis Inclitorum felicis memorie principum, primarie domini Lodouici Regis, diucius Sceptra Regiminis dicti Regni Hungarie, condigno moderamine gubernantis, Patris et tandem Illustrium dominarum, Elyzabeth, Matris, vsque felix exterminium vite eorundem, ac demum Marie, Reginarum dicti Regni Hungarie Inclitarum, Conthoralis, nostrorum carissimorum, eisdem laudabiliter et indesinenter seruiendo, ac ipsarum Regie et Reginalium maiestatum decus, tociusque Regni antefati comodum, et tranquillum statum, iugiter augendo, necnon Regnicolas ipsorum, acerbos et deuios, ad fidelitatis obsequia exercenda, per sincerum dogma iugiter concitando, potissime Idem vir egregius, natus magistri Stephani antefati, virtutibus varÿs, preceteris suis Consodalibus insignitus, non coactus, sed pure fidelitatis Zelo instructus, aduersus nostros infideles, ac Regni nostri emulos et depredatores, signanter Johannem et Ladizlaum filios Petri fily Pauli de Horwati, ac Johannem Cruciferum filium Johannis de Palysna, Emericum filium condam

Andree Wayuode, Ikach et Wtk filios Ictoris de Oryaua, ac ceteros plerosque ipsorum Consodales, fautores, et conplices, Quiquidem infideles nostri notorÿ, nuper cum eorum fallerata non modica caterua, aduersus ipsas Reginales maiestates, Matrem scilicet et Consortem, nostras precaras, dominas ipsorum naturales, cum earum egregia Comitiua indistrictu de Gara, in strata publica tendentes, hostico ingenti cum insultu, manibus sceleratis, et armis bellicis premunitis infidelitatis interne perfidia, et venenosita pestifera concitati, adinstar rabidi volcris prosilientes, ac ipsarum nonnullos fideles, et pociores proceres, Asseclas, et Milites, viriliter et feruenter, pro ipsarum Reginalium maiestatum, et pocius nostri honoris incremento, in area ipsius certaminis bellantes, decolassent et necauissent, Ipsasque dominas Reginas, et quosdam earundem, fidos et egregios sequaces, Regali Thesauro et ceteris clenodÿs, ac rebus nonmodici valoris spoliatas, et orbatos prohdolor captiuassent, et captas, ac conpeditos detinerent, Et quamplura homicidia, incendia, spolia, et depredaciones, intra ambitum Regni nostri perpetrassent, et irrogare non verentur depresenti, agregato cum maximis sumptibus armatorum, nostrorum scilicet fidelium cetu copioso, plerisque vicibus, primarie cum dicto condam Ladizlao filio Petri, et suis fautoribus, et sequacibus valide multitudinis, in Themeswar, et denuo aduersus antefatum Johannem filium Petri, nostrum infidelem, maxima choorte armatorum protunc vallatum, et gentem grandem Olachalem, insui subsidium agregantem, in districtu de Beregzow, rigidum et ingens bellicum certamen agrediens, et magnam necem ac stragem, in ipsis Olachis, et alÿs eiusdem fautoribus, seuissima austeritate bellantibus committendo, et quamplures sequaces ipsius captiuando, ac Ladizlai ducis Kalabrie, nati scilicet condam Karoli, Regis Jherusalem, et Sicilie, et eiusdem nostri infidelis proprium, vexilla in medio ipsius gentis armigere, et sursum eandem erecta, parte aduersa, ipsorum nostrorum scilicet infidelium antefata, domino aminiculante deuicta et affugata auferendo, et insignum victorie, pro nostri honoris exaltacione, nobis versus Budam laudabiliter destinando, postremoque nobis, polorum (igy) Rege imperante, Sceptro et solio Regiminis dicti Regni Hungarie, cum ingenti

solita solempnitate insignitis, cum eisdem Johanne filio Petri, et suis Consodalibus, fautoribus et sequacibus, validam potenciam armigerorum, sub vexillo Ladizlai ducis Kalabrie antefati, per eosdem sursum erecto, et protenso, habentibus, nonnullos Comitatus Regni nostri, presertim Ciuitatem Quinqueecclesiensem, nonsine Claustrorum et Ecclesiarum, inibi et vbique cominus existencium, reseracione et confraccione, ac Rerum variarum in mense quidditatis et valoris ablacione, depredantibus, et conburrentibus, ac in Ciuitatem vgronlaka regredientibus, in territorio de Cherowg, mutuis cum eisdem, hostiliter congressibus habitis, cum ingenti laborioso bellico eorum certamine, metum leti, audacia leonina suffultus non verendo, domino opitulante, eosdem nostros infideles, quamplures exeisdem captiuando, concassata et disrupta, ipsorum pretaxata fallerata Caterua, cum laudabili triumpho, et victorie fastigio, affugando, et conprimendo, ac pauloplus antea inter pretaxata bellica eorum valida certamina, Insulam I w a n y c h appellatam, vbi dicte Inclite domine, vtreque Regine, in Castro G o m n e c h recluse seruate, per ipsos nostros infideles, et deinde ad partes Regni Dalmacie in C a s t r u m W y u a r vocatum, abducte extitissent, sceno profundo amniumque paludinosis decursibus, ac valli munimine indaginum et fossatorum municionibus, per ipsos nostros infideles insolidum vbique firmatam, et multitudine armatorum, et peditum seuissime sagittancium pluralitate vallatam, nonsine grauium laborum sudorosorum supportacione, et suorum sequacium lesione, ipsa parte aduersa scilicet Stephano K o n t f i l i o N i c o l a i d e H e d r i h u a r a, ceterisque ipsorum infidelium fautoribus, pro tuicione eiusdem Insule deputatis, nonmodicum repugnantibus, et bellicose resistentibus, exdiuino aminiculo nobis cernentibus, per ipsum cum solempni victoria affugatis, et in Castrum Gomnech antefatum viriliter impulsis, expugnans et reoptinens, in obsessioneque et expugnacione antefati Castri Gomnech, exparte dictorum Stephani Kont, et suorum Consodalium, ac sequacium, nostrorum similiter infidelium, ingentes et graues lapidum et missilium Ictus, supportando, Et hÿs peractis, dicto domino Ladizlao Bano, pro tuicione Regni nostri Sclauonie, cum sua dumtaxat gente panta, per nos protunc vti

Capitaneum, et antecessorem Regni Hungarie, exdeliberacione Prelatorum, et Baronum nostrorum deputato et destinato, Memoratus dominus Ladizlaus Banus, nonmodicam quantitatem gentis armigere, Comitis Stephani de Modrusa, in subsidium dictorum nostrorum infidelium, per ipsum destinate, flumen Zaue aduersus ipsam armatam choortem transmeando, et eidem cum nonnullis suis bellicosis Sequacibus obuiando, deo sibi propicio, prorsus et peromnia, in acie belli et acumine gladÿ debellando, et multos armatos inibi captiuando, Et quamplures Comitatus, ac Castra Regni nostri, presertim Themeswar, Bechey, Ersomlya, Sydowar, Sebes, Mihald, Wylak, Orbua, Orsowa, Hraztouicha, et Bela nuncupata, per eorum tyranniam, manibus ipsorum applicatos, et vendicata, ab ipsorum dicione et potestate, manualiter et viriliter, ac sagaciter eximendo, reoptinendo, et excipiendo, ac nomine Marie Regine, Conthoralis nostre precare, here (igy) sue naturalis, et dictorum aliorum captiuorum liberacione, ac eciam ipsorum nostrorum infidelium contricione, nostrique honoris exaltacione, necnon Regni nostri tranquillitate et tuicione, adesse anhelat toto nisu, ymo cum suis cunctis conplicibus, sicut inter fideles vberioris fidelitatis claritate, et fidei constancia ingenciori insignitus, plerisque ipsius sequacibus, in acie bellorum prescriptorum, demanu nostrorum infidelium, necis voragine consumptis, et armorum bellicorum acumine, signanter in expugnacione Castrorum Meduewar et Gomnech antefati, nobis cernentibus, cruentatis et sauciatis, capita et bona ipsorum, fortune casibus submiserunt vniuersis, nostre se ipsos offerentes iugitur placibiles maiestati, limpide prepollere perhibentur, Rememoratis ac recensitis, Etquamuis ipse vir Strennuus, nobis nostrisque Regnicolis, sumpmo exaffectu proficuus, multoplura antidotum premia, a nostra dignus foret non inmerito enancisci maiestate, Tamen aliquantisper, inpremissorum reconpensam, eidem Regali anhelantes occurrere cum fauore, vt laboriosa bellica certamina antefata, pro nostra gaudeat subisse maiestate, et ad prestanda vberiora fidelitatis obsequia, Regio enacto dono, solito Zelo feruencius animentur, vnacum eadem Inclita domina, Maria Regina, Consorte nostra precara, Prelatisque, Baronibus, Militibus et pocioribus Regni

nostri proceribus, matura deliberacione exinde prehabita, exconsilioque consensu, et sanccione vnanimi eorundem, quoddam Castrum nostrum, Z a l a n c h vocatum, in Comitatu Zemlyniensi situatum, cum omnibus suis comoditatibus, villis, districtibus, Juribus, Jurisdicionibus, Tributis, Terris cultis et incultis, Pratis, vineis, Siluis, Nemoribus, aquis, amniumque cunctis decursibus, et redditibus, Piscinis, Molendinis, ceterisque vtilitatibus, et obuencionibus, Campestribus scilicet Siluestribus, et lymphaticis, ac pertinencÿs vniuersis, sub prisca et pristino verarum metarum eiusdem limitacione et giro, per Regiam maiestatem hactenus possessum, et seruatis, Memorato viro magnifico, domino Ladizlao, B a n o Z e u r i n i e n s i, Nato condam Stephani de Lossonch, fideli nostro dilecto, eiusque heredibus, et posteritatum cunctis Sobolibus, Mera auctoritate, et potestatis plenitudine, et excerta sciencia nostre maiestatis, N o u e n o s t r e d o n a c i o n i s titulo, et omni eo Jure, quo Idem nostre rite iucumbit collacioni, dedimus, donauimus, et in euum contulimus, ymo damus, donamus, et perhempniter effectiue conferimus, peripsos, eorumque superstites, et successores, perpetuo et irreuocabiliter, possidend*um*, tenend*um*, pariter et habend*is*, pleno Jure, presencium patrocinio mediante, Assumpsimus nichilominus et presencium vigore, nostro et nostrorum successorum Regum Hungarie nominibus, insolidum spopondimus, et effectiue pollicemur, in pacifico et pleno dicti Castri, ac tenutarum, et cunctarum pertinenciarum eiusdem, dominio, et possessione, memoratum virum magnificum, dominum Ladizlaum Banum, suosque heredes et successores, iugiter et vbique in Judicio, et extra Judicium, contra omnes, ac quoslibet impetitores, actores, et causidicos, auctoritate nostra mera Regali, defensare, manutenere, expedire et tueri, indempnes, et illesos, temporibus successiuis vniuersis, Presentes tandem nobis allatas, Priuilegialiter pro eisdem emanari faciemus. Datum Zagrabie in festo beati Jacobi apostoli. Anno domini Millesimo, Trecentesimo, Octuagesimo Septimo.

(Eredetije hártyán a gróf Erdödy-család galgóczi levéltárában. Cap. 47. fasc. 6. No 1. Szöveg alatt gyűrűs pecsét.)

Jegyzet. Zsigmond király a fenebbi új adományról még ugyanez évben, sexto kalendas Octobris adta ki a kiváltság-levelet (Cap. 47.

fasc. 6. No 4.) függő pecsét alatt két példányban. A budai káptalan pedig szintén 1387. évben átírta Zsigmond király ezen kiváltságát, Lossonczy László slavoniai bán javára, feria quarta proxima ante festum beati Nicolai confessoris, szintén függő pecsét alatt. (Cap. 47. fasc. 6. No 5.) Továbbá: átírja Zsigmond király 1391. évben fenebbi, Zágrábban 1387. sz. Jakab napján kelt adomány-levelét, és egyúttal a leleszi káptalan 1387. igtatási jelentését, mely szerint Lossonczy Lászlót az A b a u j megyében fekvő Zalancz, máskép Várallya várának, és hozzá tartozó Wyuaros, Rediche, Ruzka, Nadasd és Puztaujfalu abaujmegyei, — valamint Wylak, Garan és Casow zemplénmegyei falvak birtokába vezette. (Cap. 47. fasc. 6. No 5.)

112.

1387. szeptember 1-én.

Nos Nicolaus filius Maius vice Comes Comitatus de Crassov ac Judices Nobilium de eodem damus promemoria Quod accedens ad nostram presenciam Nicolaus filius Bekee in persona domini Stephani fily petri voce querulosa protestatus est in hunc modum Quod fily andree dicti Chep de Gurtianus, quod fenetum domini sui falcari fecisset post interdictum, in super mediante potencia ipsius asportari fecisset, petens anobis nostrum hominem nostrum hominem (így) ad exsequendum sue Justicie, nos vero nostrum hominem vnum ex nobis Michaelem filium Nicolai de H e l u m b a, ad hec transmisimus destinandum, qui demum ad nos reuersus dixitque tali modo, quod ab omnibus hominibus pallam et occulte requisisset, Quod hec per omnia premissa idem fily andree dicti Chep fecissent manifeste datum in Mezeusomplov in festo Beati Egidi abbatis Anno domini M° CCC° LXXX^mo septimo.

(*Kivül:* pro Stephano filio petri de Remete contra fiylios Andree Chep de fenum asportacione protestatoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 1958.)

113.

1387. szeptember 1-én.

Nos Nicolaus filius Maius vice Comes Comitatus de Crassov ac Judyces Nobilium de eodem, damus pro memoria.

Quod accedens ad nostram presenciam Nicolaus filius Johannis de Kouachi in personis ipsorum Basalius, Benedictus Cerenÿ Naboria inhibuerunt Coram nobis relictam Nicolaj fily Hemy [1]) fili pauli de eadem Egurzeg, ut in omnibus possessionibus eiusdem Nicolai prenotati que ipsum tangere digonoscebatur, minus iuste exigere censum non audeat exigere super Jobagiones extare non valleat recipere, Datum in Mezeusomplov in festo Beati Egidi abbatis Anno domini M° CCC^mo LXXX^mo septimo.

(*Kivül*: pro Basalio, Benedicto Cerenÿ Naborj fily Nicolai fily Benedicti contra relictam Nicolai fili pauli ambe de eadem Egurzeg de possessione, prohibitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán három pecsét nyoma. Folyószám 1946.)

114.

1387. szeptember 29.

Nos Stephanus Regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum, damus pro memoria quod demetrius de Perechke pro nobili domina relicta condam Benedicti Bani de Debrenthe cum procuratorÿs literis Capituli ecclesie Wesprimiēnsis iuxta continenciam literarum Capituli ecclesie Chanadiensis emanatarum in octauis festi beati Mychaelis archangeli in forma nostri Judicÿ comparendo contra nobilem relictam condam magistri Nicolai fily Pauli fily Hem, ac Stephanum filium Petri fily eiusdem Pauli fily Heem de Remethe easdem literas dicti Capituli Euocatorias nobis ad regium literatorium mandatum transscriptas tenoremque literarum regalium eidem Capitulo directarum deverbo ad verbum in se habentes asserens accionem et proposicionem pretacte nobilis domine litteris explicari in eisdem nobis presentauit, declarantes quod in persona pretacte nobilis domine relicte ipsius Benedicti Bani regie dictum extitisset maiestati, quod ipsa Nicolao filio Pauli fily Heem, de E g u r z e g h et Stephano filio Petri de R e m e t h e, quedam literalia instrumenta facta possessionaria Jurium

[1]) Azaz Himfy Miklós, Pál fia; mert nem Miklós apját hívták Heem-nek, hanem nagyapját.

dicti condam Benedicti Bani tangencia, Wesprimy sub specie conseruacionis tradidisset (hézag) tandem ad suas plurimas peticiones ipsi Nobili domine reddere recusasset, Super quo idem dominus noster rex fidelitati (hézag) Capituli Chanadiensis firmiter precipiendo mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius infradeclarandus ad prefatos Stephanum filium Petri et nobilem dominam accedendo eadem instrumenta, ipsi nobili domine reddi et restitui peteret verbo suo regio, qui si reddebit benequidem alioquin euocaret ipsos, contra annotatam nobilem dominam nostram in presenciam ad terminum competentem racionem premissorum reddituros efficacem, litis pendencia si qua esset inter ipsos non obstante, Et posthec ipsius Instrumentalis repeticionis seriem cum nominibus euocatorum si necesse fieret cum termino assignato nobis amicabiliter rescriberet Capitulum Chanadiense prenotatum, ipsum igitur Capitulum preceptis ipsius domini nostri regis humiliter obedire cupiers vt tenetur vnacum Nicolao filio Johannis de Kouachy regio ipsorum hominem videlicet magistrum paulum concanonicum ipsorum pro testimonio ad premissa peragenda transmisissent, qui demum ad ipsum Capitulum reuersi eidem concorditer retulissent, quod ipsi feria tercia proxima ante festum exaltacionis sancte Crucis proxime preterita ad prefatos nobilem dominam relictam ipsius magistri Nicolai et Stephanum filium p(etri, hézag) possessionem E g e r z e g h vocatam accedendo, eadem (instrumenta) literalia, ipsi nobili domine reddi et restitui petiuisset verbo regio, Et quia ydem premissa literalia instrumenta reddere recusassent, Ideo die in eodem ipsam nobilem dominam in eadem Egerzegh, predictum vero Stephanum filium Petri in possessione sua S a s d vocata contra predictam nobilem dominam relictam Benedicti bani ad dictas octauas festi beati Michaelis archangeli tunc venturi in nostram presenciam euocassent quibusquidem literis exhibitis prefato procuratore ipsius domine relicte Benedicti bani per ipsos Stephanum filium Petri et dominam relictam Nicolai fily Pauli dicta literalia instrumenta reddi et restitui petente Mychael filius dionisÿ pro ipsis Stephano filio Petri et nobili domina relicta predicti Nicolai fily Pauli cum procuratorÿs

literis Capituli ecclesie Chanadiensis in nostram exurgendo presenciam respondit ex aduerso, quod predicta nobilis domina vniuersas literas factum possessionum E r m e n et a k a z t o w vocatarum tangencia prefato Stephano filio Petri omnino assignasset, et eedem littere, nunc apud manus predicti Stephani haberentur, alias autem literas, siquas ipsa domina haberet, in termino vlteriori per nos eidem domine Regine assignando, eidem Stephano ac Basilio et nobili domine, relicte ipsius domini Benedicti bani restituere prompta esset et parata, vnde nos hÿs preceptis Judicantes commisimus eo modo, vt prefata nobilis domina relicta ipsius (magistri) Nicolai fily Pauli vniuersas literas et literalia quelibet instrumenta, Jura possessionaria prefatorum Basily et Stephani tangentes et contingencia, in octauis festi beati Georgÿ martiris nunc venturi annotatis Stephano et Basilio ac nobili domine relicte ipsius domini Benedicti Bani coram nobis reddere et restituere teneatur. Datum in Wysegrad sedecimo die termini prenotati anno domini M^{mo} CCC^{mo} LXXX septimo.

(*Kivül:* pro nobili domina relicta condam domini Benedicti Bani ac Basilio filio Nicolai fily eiusdem Benedicti bani et Stephano filio Petri de Debrenthe contra nobilem dominam relictam condam magisti Nicolai fily Pauli fily Heem super restitucione quarumdam literarum per ipsam dominam relictam ipsius magistri Nicolai in octauis festi beati Georgÿ martiris coram nobis fienda memorialis.)

(Kivül oldalvást: pro *a* demetrius filius Elye . . . . . T e m e s.)

(Eredetije szakadozott papiron a Kállay-család ltárában. Múzeumi folyószám 1948.)

115.

1387. szeptember 30-án.

Nos Nicolaus filius Maius vice Comes Comitatus de Crassov ac Judices Nobilium de eodem memorie commendamus quibus expedit vniuersis quod accedens ad nostram presenciam Stephanus filius Petri fÿlÿ Hemy voce querulosa protestatus est in hunc modum Quod fily andree Chep dicti de G u r t i a n u s, ad possessionem ipsius Stephani nomine S a s d vocatam manibus vallidis irruissent et Greges eiusdem ville transpelli fecissent insuper tres Jobagiones letaly vlneribus

vulnerassent, petens a nobis nostrum hominem ad exsequenda sue veritatis transmitendum, Nos vero nostrum hominem vnum ex nobis ladislaum filium Nicolai de H e l u m b a ad hec transmisimus destinandum quiquidem homo noster ad nos reuersus dixit que tali modo quod pallam et oculte requisisset ab hominibus quibus liquet, quod idem fily andree Chep dicti [1]) premissa dampna fecissent manifeste datum in Mezeusomplov secundo die festi Mychaelis archangeli anno domini M° CCC° LXXX^mo septimo.

(*Kivül*: pro Stephano filio petri fily Hemy de Remete contra filios andree chep dicti de Gurthianus de quadam potencia facti protestatoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 1959.)

116.

1387. ~~november 14-én~~. decemberi 3-án

Serenissimo principi domino Sigismundo dei gracia Inclito regi Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac Marchioni Brandenburgensi etc. domino ipsorum metuendo Capitulum ecclesie Orodiensis oraciones in salutis largitore vestra Nouerit serenitas literas vestras Inquisitorias mediocri sigillo vestro consignatas nobis preceptorie transmissas omni obediencia qua decuit nos recepisse inhec verba Sigismundus dei gracia rex Hungarie dalmacie Croacie etc. ac Marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Orodiensis Salutem et graciam, dicit nobis Stephanus filius Petri de remethe Quod ladislaus pascha et Johannes ac Balgar fily Andree dicti Chepe de G y e r t y a n u s anno inpresenti fenum suum falkatum in pertinencÿs dicti possessionis sue remethe vocate habitum potencialiter abduci et insuper vnum pecus Ztoyan Jobagionis sui de dicta remethe, necnon gregem Jobagionum suorum de S a s d similiter potencialiter auferri et depelli ac laurencium Jobagionem suum de eadem dire verberari et wlnerari ac fluuium Borza vocatum de proprio meatu sev cursu excipiendo alias currere diuertissent in suum preiudicium valde magnum

[1]) de Gertianus elmaradt.

Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Michael filius dyonisy de o r o z a p a t i vel Johannes de S a a g h aut Nicolaus filius Moÿus de eadem siue ladislaus filius Johannis de G u c c e l u b (?) [1]) sin Michael filius Nicolai de H e g u i s alÿs absentibus homo noster ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datun in Wisegrad in festo beati Marthini confessoris Anno domini M^mo CCC^mo LXXX^mo septimo. Nos igitur mandatis vestre excellencie inomnibus semper obtemperare cupientes vt tenemur vnacum predicto Michaele filio Nicolai de Heges homine vestro, vnum ex nobis videlicet magistrum Benedictum socium et concanonicum nostrum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus fidedigno destinandum qui tandem exinde ad nos reuersi nobis parily voce retulerunt quod ipsi in festo beati andree apostoli nunc elapso in Comitatibus Crasso et Themesiensi simul simul et adinuicem procedendo ab omnibus quibus decuisset et licuisset Nobilibus et Ignobilibus, ac alys cuiusuis status et condicionis dictorum Comitatuum hominibus palam et oculte diligenter Inquirendo omnia premissa et queuis premissorum singula suomodo facta et perpetrata fore sciuissent sicut vestre dictum extitissent maiestati et quemadmodum per omnia continetur literarum vestrarum predictarum (így, főnév nincs). Datum quarto die dicti Inquisicionis prenotate Anno domini supradicto.

(*Kiveül:* Domino Regi pro Stephano filio Petri de Remethe contra ladislaum Pascha et Johannem ac Balgar filios Andree dicte Chepe de Gertyanus Inquisitoria.)

(Eredetije vízfoltos papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle ltárában. Zárlatán az aradi káptalan monyorú pecsétje. Folyószám 1961.)

117.

1388. márczius 9-én.

Magnifico viro domino Stephano regni Hungarie palatino et Judici Comanorum, Amico eorum reuerendo Conuentus

[1]) Vagy Guccedul. Penészfoltos és olvashatlan.

Cruciferorum domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de alba, amiciciam paratam debito cum honore, vestra nouerit magnificencia, quod cum nos literis vestris euocatorÿs modum et formam Judiciarie vestre commissionis in se exprimentibus amicabiliter receptis, Juxta earundem continenciam vnacum Georgio filio Johannis de perechy homine vestro inter aliorum nomina indictis literis vestris conscripta, signanter expresso, Gregorium clericum hominem nostrum, ad infrascriptam euocacionem faciendam, pro testimonio transmisissemus, demum ÿdem exinde ad nos reuersÿ concorditer nobis retulerunt, quod prefatus homo vester, eodem nostro testimonio presente Sabbato proximo ante dominicam letare nunc elapsa Stephanum filium petri de Remethe in porcione sua possessionaria, In possessione Akazto vocata habita, ad omnia ea, que in predictis literis vestris euocatorÿs continentur perhemptorie responsorum (így) contra Basilium filium Nicolai fily condam Benedicti bani, ad quindenas diei medÿ quadragesime proxime venturas. Juxta vestram Judiciariam commissionem annotatam, in presenciam vestre magnificencie euocasset, datum tercio die diei euocacionis antedicte, anno domini Millesimo CCC^{mo} LXXX^{mo} octauo.

(*Kivül:* domino palatino pro Stephano filio petri de Remethe contra Basilium filium Nicolai fily condam Benedicti bani ad quindenas diei medÿ quadragesime par Euocacionis.)

(Bal szélén: pro *i* Basilius filius Nicolai cum procuratorÿs literis Chanadien — albensis.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Folyószám 1988.)

118.

1388. június 3-án.

Nos Stephanus regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum damus promemoria quod demetrius filius Elye pro nobili domina relicta condam Benedicti Bani et Blasio filio Nicolai fily eiusdem Benedicti Bani, ac Stephano filio petri de debrenthe cum procuratorÿs literis Capituli ecclesie wesprimiensis contra nobilem dominam relictam condam magistri

Nicolai fily pauli fily Heem ab octauis festi beati Georgy martiris Triginta tribus diebus continuis legitime stetit in termino coram nobis, qui Juxta continenciam literarum nostrarum adiudicatoriarum superfactis in eisdem contentis Instrumenta sua exhibiturus non venit neque misit vestre in Judicys commisimus fore conuictam sise racionabiliter non poterit excusare, datum in wyssegrad tricesimo quarto die termini prenotati. Anno domini M° CCC^mo LXXX^mo octauo.

(*Kivül*: pro Nobili domina relicta condam Benedicti Bani et Basilio filio Nicolai fily eiusdem Benedicti Bani, ac Stephano fllio petri de debrenthe, contra nobilem dominam relictam magistri Nicolai fily pauli Hem Judicialis.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Folyószám 1987.)

119.

1388. június 11-én.

Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie, dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandemburgensis etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis, Quia fideles nostri dilecti, magnifici viri domini Frank et Symon fily condam Konyebani de Zychen Comites Comitatuum Zolÿensis et Trinchiniensis, quasdam ipsorum possessiones et Jura possessionaria videlicet H a a m vocatam in Comitatu de Crassow, in qua tributum diebus fori exigitur et villam L e m n i c h f a l u a nuncupatam, in eodem Comitatu cum duobus molendinis, super fluuio Crassow habitis, Item villas T e e r s in dicto Comitatu de Crassow, et Z e n t h g y u r g vocatas in Comitatu de Kewÿ, Item in Comitatu Themesiensi villas O r o z cum tributo, et M y k o l a cum duabus piscinis, Item in Comitatu Orodiensi villam G e n r t e l k e (így) in qua est lignea Capella, habitas et existentes, quas pro nostra maiestate, vtiles, fructuosas et magis conuenientes conspiciebamus, cum omnibus earundem Juribus, vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis, ad nostras simplices requisiciones et instancias, ymo cum literis et literalium instrumentorum munimentis super eisdem possessionibus, et villis emanatis et confectis, nostre beni-

uole obtulerunt maiestati, Ideo nos quandam possessionem nostram regiam Sarnocha vocatam, in Comitatu Borsiensi existentem, iuxta fluuium Gron adiacentem ac ad Castrum nostrum Ryche vocatum spectantem, quam ipse similiter sibi magis vtilem, aptam et conuenientem fore considerarunt, cum omnibus suis pertinencÿs, et signanter cum tributo in eadem Sarnocha exigi consueto, ac altero tributo in vna parte finali Ciuitatis nostre Kunisperg nominate, quod tributum semper et ab antiquo, ad dictam possessionem Sarnocha pertinuisse dinoscitur, necnon cum villis Tothfalu, Lukauicha et altera Lukauicha, Ruda, Lehota et Garzancha nuncupatis, ad dictam possessionem nostram Sarnocha spectantibus, cum omnibus prouentibus, vtilitatibus, terrisque arabilibus cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, alÿsque pertinencÿs vniuersis quibuscunque nominibus exprimantur sub suis veris metis et antiquis, omnique eo Jure et proprietate, quibus eadem possessio Sarnocha cum predictis villis, hactenus per nos, nostrosque predecessores Reges Hungarie habi*ta* fuit et possess*e*, de dicto Castro nostro separantes, sequestrantes et excidentes, ipsis Frank et Symoni, eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis de manibus nostris regÿs ex consensu ac eciam beneplacita voluntate Inclite domine Marie Regine Hungarie consortis nostre Karissime, prelatorumque et Baronum nostrorum maturo exinde prehabito consilio, per modum permutacionis et concambÿ, noueque nostre donacionis titulo, dedimus, donauimus et contulimus, ymo damus donamus et conferimus perpetuo et irreuocabiliter habenda tenenda pariter et possidend*as* Assumpmentes nichilominus et promittentes, ipsos dominos Frank et Symonem, ac eorum heredes et posteritates vniuersos in dominio dicte possessionis et villarum predictarum, ac earundem pertinenciarum, ab omnibus illegitimis impetitoribus intra et extra Judicium manutenere, protegere et defensare, proprÿs laboribus et expensis, harum nostrarum testimonio literarum, quas, dum nobis fuerint reportate, priuilegialiter emanari faciemus. Datum Strigonÿ feria quinta proxima ante festum beatorum viti et Modesti martirum. Anno domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo octauo.

(Zsigmond királynak szintén 1388. évi kiváltság-leveléből. A budai kamarai ltárban, hártyán, NRA 588. csomag, 13. szám.)

Jegyzet. Fejér Cod. dipl. Tom. X. vol. 8. pag. 360. közöl Pray (Synt. Hist. 90. l.) után egy oklevelet 1393. évszámmal, — a helynevek kihagyásával — mely által Mária királyné Széchenyi Frank és Simonnak bizonyos jószágot cserébe ad, azoknak Temes, Krassó, Keve és Arad megyékben fekvő jószágaiért. Nagyon valószínű a majdnem teljesen összhangzó szöveg összehasonlításából, hogy itt ugyanazon jószágcserével van dolgunk, annyira, hogy még Mária királyné és Zsigmond király oklevelének keltje is ugyanaz: datum Strigony feria quinta proxima ante festum beatorum Viti et Modesti martirum, azaz június 11., illetőleg 12-én, csak hogy Mária királyné levele 1393, Zsigmondé 1388. évszámot visel. Egyik évszámnak hibásnak kell lenni, ha a csere ugyanazon jószágokra vonatkozik. Mária királyné Temesvárott is 1389. deczember 2-án adott ki új adománylevelet Frank és Simon javára, a fenebbi krassói, temesi és kevei jószágokra. Bárány Ágoston (Temes vármegye Emléke) az oklevéltöredéket 1393. évszámmal közli.

120.

1388. augusztus 28-án.

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie dalmacie Croacie etc. ac Marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Chanadiensis salutem et gracĭam, dicunt nobis Basilius filius Nicolai fily condam Benedicti Bani et Stephanus filius Petri de Remete, quod ipsi nobili domine relicte Nicolai fily Pauli de E g u r z e g h super Juribus suis dotalicÿs de porcionibus possessionarÿs dicti Nicolai mariti sui vbilibet existentibus iuxta regni nostri consuetudinem congruam satisfaccionem impendire vellent, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Nicolaus filius Laurencÿ de P e r e d e vel Georgius filius Blasÿ de eadem aut petrus filius dyonisÿ de J a r y alÿs absentibus homo noster ad prefatam dominam accedendo dicat eidem verbo nostro vt ipsa habita satisfaccione de Juribus suis dotalicÿs per dictos Basilium et Stephanum de pretactis porcionibus possessionarÿs iuxta regni nostri consuetudinem inpendendis, de eisdem porcionibus possessionarÿs alias se moraturam remouere debeat quod si fecerit benequidem alioquin Euocetis ipsam contra prescriptos Basilium et Stephanum in nostram presenciam ad

terminum competentem racionem de premissis reddituram litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, Et posthec seriem omnium premissorum prout expediens fuerit nobis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad quinto die festi beati Bartholomei apostoli, Anno domini M° CCC LXXX^mo octauo.

(*Kívül*: Fidelibus suis Capitulo ecclesie Chanadiensis pro Basilio et Stephano de Remethe Euocatorie.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma.)

121.

1388. deczember 3-án.

Amicis suis reuerendis Capitulo ecclesie vesprimiensis Stephanus regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum, amiciciam paratam cum honore Noueritis quod nobis in octauis festi beati Martini confessoris vnacum regni nobilibus pro faciendo moderatiuo Judicio causantibus, insede nostra Judiciaria sedentibus demetrius de Perechke pro nobili domina relicta Benedicti quondam Bani ac Basilio filio Nicolai fily eiusdem Benedicti Bani cum vestris literis procuratorÿs in nostram veniendo presenciam quasdam literas nostras adiudicatorias nobis presentauit declarantes, quod idem demetrius de Perechke pro ipsa nobili donima relicta Benedicti Bani cum procuratorÿs literis vestris iuxta continenciam literarum Capituli ecclesie Chanadiensis Euocatoriarum in octauis festi beati Mychaelis archangeli in anno proxime transacto preteritis In figura nostri Judicÿ comparendo, contra nobilem dominam relictam magistri Nicolai fily Pauli fily Hem, ac Stephanum filium petri fily eiusdem Pauli fily Hem de Remethe easdem literas dicti Capituli Euocatorias nobis ad regium literatorium mandatum rescriptas, tenoremque literarum regalium eidem Capitulo directarum verbaliter in se habentes asserens accionem et proposicionem pretacte nobilis domine literis explicari in eisdem nobis presentarat declarantes quod in persona ipsius nobilis domine et relicte Benedicti Bani regie dictum extitisset maiestati, quod ipsa Nicolao filio Pauli fily Hem de E g u r z e g h et Stephano filio Petri de Remethe quedam lite-

ralia munimenta factum possessionariorum Jurium dicti quondam Benedicti Bani tangencia Wesprimy sub spe conseruacionis tradidisset que tandem ad suas plurimas peticiones ipsi nobili domine reddere renuuissent (így), Super quo idem dominus noster rex fidelitati dicti Capituli Chanadiensis firmiter precipiendo mandasset, quatenus ipsorum miterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius infradeclarandus, ad prefatos Stephanum filium petri et nobilem dominam accedendo eadem Instrumenta, ipsi nobili domine reddi et restitui peteret verbo suo regio qui si redderent benequidem alioquin Euocaret ipsos contra annotatam nobilem dominam nostram in presenciam ad terminum competentem racionem premissorum reddituros efficacem litis pendencia si qua esset inter ipsos non obstante, Et posthec ipsius Instrumertalis repeticionis seriem cum nominibus Euocatorum si necesse fieret terminoque assignato nobis amicabiliter rescriberet Capitulum Chanadiense prenotatum, Ipsum igitur Capitulum preceptis ipsius domini nostri regis humiliter obedire cupiens vt tenetur, vnacum Nicolao filio Johannis de K o u a c h i homine regio ipsorum hominem videlicet magistrum paulum concanonicum ipsorum pro testimonio ad premissa peragenda transmisisset, qui demum ad ipsum Capitulum reuersi eidem concorditer retulissent, quod ipsi teria tercia proxima ante festum exaltacionis sancte crucis tunc proxime preterita ad prefatos nobilem dominam relictam ipsius magistri Nicolai et Stephani filium petri in possessione E g u r z e g h vocata accedendo eadem instrumenta literalia ipsi nobili domine reddi et restitui petiuissent verbo regio, Et quia ÿdem premissa literalia munimenta reddere recusassent, Ideo die in eodem ipsam nobilem dominam in eadem E e r z u g h, predictum vero Stephanum filium petri in possessione sua S a s d vocata, contra predictam nobilem dominam relictam Benedicti Bani ad dictas octauas festi beati Mychaelis archangeli tunc venturas in nostram presenciam Euocassent, Quibusquidem literis exhibitis prefato procuratore ipsius domine relicte Benedicti Bani per ipsos Stephanum filium petri et dominam relictam Nicolai fily pauli dicta literalia Instrumenta reddi et restitui petente, Mychael filius diyonisy pro ipsis Stephano filio petri et nobili

domina relicta predicti Nicolay fily pauli cum procuratorys literis Capituli ecclesie Chanadiensis in nostram exurgendo presenciam respondisset ex aduerso, quod predicta nobilis domina vniuersas literas factum possessionum Ermen et akaztou vocatarum tangencia prefato Stephano filio petri omnino assignasset et eedem litere nunc apud manus predicti Stephani haberentur alias autem literas si quas ipsa domina haberet intermino veteriori per nos eidem domine legitime assignando eidem Stephano ac Basilio et nobili domine relicte ipsius condam Benedicti Bani restituere prompta esset et parata, vnde nos hys perceptis Judicantes commiseramus eomodo, vt prefata nobilis domina relicta ipsius magistri Nicolai fily pauli vniuersas literas et literalia quelibet munimenta Jura possessionaria prefatorum Basily et Stephani tangentes et continencia in octauis festi beati Georgy martiris tunc venturis annotatis Stephano et Basilio ac nobili domine relicte ipsius condam Benedicti Bani coram nobis reddere et restituere teneretur, Quarum literarum exhibicionibus factis prefatus procurator ipsorum nobilis domine relicte Benedicti Bani in personis eorundem allegauit eomodo, quod causa prescripta in dictis octauis festi beati Georgy martiris inter partes predictas quodam modo condescensa extitisset, vnde si Juri consonaret et equitati videretur extunc eadem nobilis domina et dictus Basilius ipsas nobilem dominam relictam Nicolai ac Stephanum filium petri filiorum pauli fily Heem super premismis contra se nostram in presenciam legitime faceret, vellent euocari, quibus perceptis nos premissam allegacionem dicti procuratoris ipsorum nobilis domine relicta Benedicti Bani ac Basily fily Nycolai Justam et Juri consonam fore agnoscentes vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente demetrius filius Johannis de Korontal vel magister anthonius literatus de deuecher, aut Nicolaus de Jary alÿs absentibus homo noster prelibatos nobilem dominam relictam Nicolai fily pauli ac Stephanum filium petri premissa literalia munimenta exhibituros contra ipsos nobilem dominam relictam condam Benedicti Bani ac Basilium filium Nicolai ad octauas festi beati Georgy martiris nunc venturas nostram in presen-

ciam (igy). Et posthec seriem ipsius Euocacionis cum nominibus Euocatorum ad easdem octauas nobis amicabiliter rescribatis, datum in wyssegrad sedecimo die octauarum festi beati Martini confessoris predictarum, Anno domini M^mo^ CCC^mo^ LXXX^mo^ octauo.

(*Kivül:* Amicis suis reuerendis Capitulo ecclesie wesprimiensis pro nobili domina relicta condam Benedicti Bani, ac Basilio filio Nicolai fily eiusdem Benedicti Bani contra nobilem dominam relictam condam magistri Nicolai fily pauli fily Heem necnon Stephanum filium petri fily eiusdem pauli fily Heem ad octauas festi beati Georgy martiris Euocatoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán két pecsét nyoma. Folyószám 1986.)

122.

1389. május 12-én.

Magnifico viro domino Stephano Regni Hungarie palatino et Judici Comanorum, amico ipsorum honorando, Capitulum ecclesie W e s p r i m i e n s i s amiciciam paratam et continui honoris debitum incrementum, vestra nouerit Magnificencia, quod cum nos honore quo decuit receptis literis vestris adJudicatorÿs pro Nobili domina relicta Benedicti Banÿ ac Basilio filio Nicolai fily eiusdem Benidicti Banÿ aduersus Nobilem dominam relictam Nicolai fily pauli de E g e r z ÿ g ac Stephanum filium Petri fily eiusdem pauli de eadem E g e r z y g confectas nobis amicabiliter directas iuxta earundem continenciam vnacum magistro anthonio de deuecher homine vestro inter alios homines vestros in eisdem literis vestris conscriptos nominaliter expresso nostrum hominem magistrum scilicet Thomam conCanonicum nostrum ad ea que in dictis literis vestris continebantur exsequenda pro nostro testimonio duxissemus transmittendum, demum ÿdem ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt vt predictus homo vester simul cum eodem nostro testimonio secunda feria proxima ante festum Natiuitatis domini nunc elapsum ad facies possessionum predicte scilicet E g e r z y g et S a s d vocatarum accedendo idem homo vester prescripto nostro testimonio eandem Nobilem dominam relictam videlicet Nicolai fily pauli in dicta posses-

sione E g e r z ÿ g nuncupata prefatum autem Stephanum filium Petri in annotata possessione S a s d nuncupata literalia instrumenta in predictis literis vestris expressa exhibituros contra ipsos nobilem dominam, relictam Benedicti Banÿ ac Basilium filium Nicolai ad octauas festi beati Georgÿ martiris proxime venturi in vestre Magnificencie presenciam Euocasset, datum duo decimo die Euocacionis ante dicte Anno d^ni M^mo CCC^mo LXXX^mo Nono.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Múzeumi folyószám 2055.)

123.

1389. június 1-én.

Nos Capitulum ecclesie Chanadiensis damus pro memoria, quod ad nostram accedens presenciam petrus de G y a a r famulus Basilidis fily Nicolai dè E g e r z e g h, eiusdem domini sui in persona, nobilem dominam Elena vocatam relictam et Margaretham filiam condam Nicolai filÿ Pauli de eadem ab occupacione et vsurpacione predicte et aliarum quarumlibet possessionum ipsius Basilidis vbilibet adiacencium fructuum quoque et quarumlibet vtilitatum ipsius percepcione seu alio quocunque modo de eidem se intromissione in preiudicium ipsius Basilidis et fratrum suorum factis vel fiendis prohibuit contradicendo et interdixit coram nobis. In cuius prohibicionis testimonium presentes a nobis petitas eidem concedendas duximus communi iusticia regni Id requirente. Datum feria tercia proxima post festum ascensionis domini, anno eiusdem M° CCC° LXXX. Nono.

(*Kivül:* pro Basilide filio Nicolai de Egerzegh contra nobiles dominas Elenam relictam, et Margaretham filiam condam Nicolai fily Pauli de eadem prohibitoria.)

(Eredetije szakadozott papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán kerek pecsét nyoma. Múzeumi folyószám 2061.)

124.

1389. év körül, június végén.

Nos vicecomes et Judices Nobilium ac vniuersi Nobiles de Crasso vnanimiter ac consona voce astestamus quod vbi

sunt Equi magistrorum Stephani fily petri ac alterius petri de Zala ducti per vestros Castellanos de Crassofev, minus iuste sunt recepti in nullo crimine invenimus, datum in Mezesomlio sabato proximo ante festum sancti Johannis baptiste anno in presenti.

(*Kivül:* dominis ipsorum Johanni filio Gregory ac filpisio de Korog.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán két pecsét nyoma. Folyószám 1070. Saec. XIV.)

125.

1389. augusztus 12-én.

Amicis suis reuerendis Capitulo ecclesie Chanadiensis, Comes Emericus Bubek Judex Curie domini Sigismundi dei gracia (így), amiciciam paratam cum honore, Noueritis Quod demetrius de Perechke pro Basilio filio Nicolai de Egerzegh cum procuratorÿs literis Capituli ecclesie Wesprimiensis, Juxta continenciam literarum nostrarum Euocatoriarum In octauis festi Penthecostes sine crastinacione in figura nostri Judicÿ comparendo, contra nobiles dominas Elenam relictam et Margaretham filiam condam Nicolai fily pauli de eadem Egerzegh vti actores, easdem literas vestras Euocatorias domino nostro Regi ad suum regium literatorium mandatum rescriptas, tenoremque literarum suarum regalium vobis directarum verbaliter in se habentes, asserens, et per procuracionem earundem actricum litteris contineri in eisdem, nobis presentauit, declarantes, Quod dicti Nobiles domine dicto domino nostro Regi dixissent, Quod prefatus Basilius filius Nicolai ipsos de vniuersis et singulis possessionibus et porcionibus possessionarÿs ipsius condam Nicolai fily pauli tam videlicet emptis quam alys quibuslibet nondum eisdem, de ipsis possessionibus videlicet ipsius relicte pro rebus paraphernalibus et dicte filie pro quarta puellari iuxta regni consuetudinem satisfaccione inpensa exclusisset, et easdem potenter conseruaret, Superquo idem dominus noster Rex fidelitati vestre firmiter precipiendo mandasset, quatenus vestrum mitteretis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente homo suus regius infradeclaran-

dus, comperta prius de premissis mera veritate, Euocet prefatum Basilium simulcum vniuersis literalibus instrumentis suis, factum dictarum possessionum tangentibus, contra prelibatas nobiles dominas ad dictas octauas suam in presenciam sine crastinacione in premissis racionem redditurum efficacem, vos igitur preceptis regÿs obedire cupientes vt tenemini, vnacum Georgio de Chechteleke homine regio, vestrum hominem Ladislaum Clericum pro vestro testimonio transmisissetis, Qui demum exinde ad vos reuersi, vobis concorditer retulissent, Quod ipsi feria secunda proxima post dominicam Jubilate, proxime preterita predictum Basilium simulcum vniuersis literalibus suis Instrumentis, factum dictarum possessionum tangentibus, in possessione Ermen vocata sua videlicet inporcione contra prelibatas nobiles dominas ad dictas octauas sine crastinacione regiam Euocassent inpresenciam, racionem de premissis redditurum efficacem, dehinc prefatus procurator domini actoris quasdam duas literas vnam magnifici viri domini Stephani Regni Hungarie Palatini adiudicatoriam in Wyssegrad vigesimo quinto die octauarum festi beati Mychaelis archangeli in anno proxime transacto preteritarum, et aliam vestram, super ipsa adiudicacione eidem domino palatino rescripcionalem tercio die festi Epiphaniarum domini, proxime preterita nostro Judiciario culmini curauit exhibere, Inquibus inter cetera adinueniebantur, Quod cum iuxta continenciam predictarum literarum, ipsius domini palatini adiudicatoriarum homo suus palatinalis de Curia sua ad infrascripta specialiter deputatus, presente testimonio Capituli ecclesie Wesprimiensis predicti, ad facies vniuersarum possessionum et porcionum possessionariarum, pretacti condam Nicolai fily pauli qualitercunque vocatarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis presentibus viginti quinque marcas in satisfaccionem medietatis Juris dotalicÿ ipsius domine relicte dicti Nicolai si ipsa domina easdem habere vellet, coram homine dicti domini palatini et testimonio annotati Capituli ipsi domine relicte dicti Nicolai prius ibidem persolutis, si autem domina ipsas viginti quinque marcas se recipere nolle assereret, eȧsdem (így) viginti quinque marcis, in sacristia ecclesie dicti Capituli ipsi domine ad conseruandum repositis easdem possessiones et porciones

possessionarias, excepta quarta parte earundem, quam prefata nobilis puella Margaretha vocata, nondum adhuc maritata, vsque tempus nuptiarum suarum possidere deberet, et tenere, et quam quartam partem eidem nobili puelle, vsque prefixum tempus nupciarum suarum conseruandam, dictus dominus palatinus, statuere commisisset cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinencÿs, in duas partes rectas et equales diuidere, quarum duarum parcium vnam rectam et equalem partem, prefato Basilio et suis fratribus alia recta et consimili parte ipsarum Stephano filio Petri de dicta E g e r z e g h derelicta Jure eis atinenti in eviternum possidere tenere pariter et habere, contradiccione prefati Stephani fily petri et aliorum quorumlibet racione in eisdem literis expressa, non obstante, Et posthec ipsius possessionarie diuisionis et statucionis necnon predictarum viginti quinque marcarum solucionis seriem, vt fieret expediens ad dictas octavas festi Epiphaniarum domini per idem Capitulum dictus dominus palatinus sibi rescribere petiuisset statuere et committere debuisset, Ipsum igitur Capitulum peticionibus dicti domini palatini acquiescens iuxta continenciam predictarum literarum dicti palatini adiudicatoriarum, vnacum magistro Anthonio filio Ladislai de H e e m h a z a prothonotario et vicesgerenti magnifici viri domini Nicolay fily Johannis magistri Tauernicorum regalium ac Curie ipsius domini palatini Notario hominem eiusdem de curia sua, ad premissa specialiter transmisso, ipsorum hominem magistrum Thomam concanonicum pro ipsorum testimonio transmisist(....) demum ÿdem ad ipsum Capitulum reuersi, eidem concorditer retulissent, Quod ipsi die dominico proximo ante festum Natiuitatis domini preteritum primo ad prefatam nobilem dominam relictam ipsius condam magistri Nicolai fily pauly (in possessione) E g e r z e g h vocata repertam, accessissent, cui ipsis presentibus, prefatus demetrius filius Johannis legitimus procurator predicti Basilÿ fily Nicolai in persona eiusdem Basilÿ in satisfaccionem medietatis Juris dotalicÿ eiusdem nobilis domine viginti quinque marcas dare et soluere voluisset eademque nobilis domina ipsas viginti quinque marcas nolle recipere, sed easdem se relaxare velle retulisset, deinde ipso die dominico et alÿs diebus ad id aptis et sufficien-

tibus ad facies universarum possessionum et porcionum possessionariarum prefati condam magistri Nicolai fily pauli fily Heem apud manus eiusdem nobilis domine relicte ipsius magistri Nicolai habitarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatis ac ipso demetrio filio (Johannis) legittimo procuratore prefati Basily fily Nicolay nobili puella filia scilicet ipsius condam Magistri Nicolai fily pauli ac prefato Stephano filio Petri illic venire vel mittere non curan*tibus* presentibus consimiliter accessissent (.....) partem ipsarum quam videlicet ipsi nobili puelle Margaretha vocate filie condam Nicolai fily Pauli nondum adhuc maritate vsque tempus nupciarum suarum vti commisissent et possidere in duas partes (rectas) et coequales (.....) E g e r z e g h vocata vi(ginti .....) Jobagiones et vn(am) desertam Curiam ac tria Molendina in fluuio wlgo P a g a n c h nuncupato (.....) Jobagionibus decem Jobagiones in fine eiusdem porcionis possessionarie a plaga meridiei posita incipiendo vsque domum Thome villici eadem inclusa Stephano filio Petri et ab inde incipiens octo Jobagiones videlicet (.....dici)tur N a z a k ac deserta Curia in eodem ordine, item in opposito ordine eiusdem a fine a plaga occidentis incipiendo Markus Stephanus filius eiusdem Dragucha et Markus paruus prelibate (.....) Marci parui incipiendo vsque porcionem possessionariam pretacti Basily et fratrum suorum decem Jobagiones et vna deserta penes sese adiacentes Basilio et suis fratribus cessissent possidendi, Item in possessione I z g a r a vocata pe(.....)locis sedecim Jobagiones et quatuor desertas Curias reperissent exquibus quatuor Jobagiones et vnum desertum locum, a parte dicte ville E g e r z e g h existentes, ipsi puelle, Item in alÿs quatuor locis penes eundem Riuulum habitis (.....) Rados Kenezium Brathes et draxa vocatos et vnam desertam Curiam, Basilio filio Nicolai Item Georgium dyonisium Musa Milita Bagdam Radul et relictam Stoyani Stephano filio petri, Item iuxta Riuulum W e r m e s p a t a k (viginti?) quatuor Keneziatibus et totidem locis viginti sex Jobagiones et tria loca deserta invenissent, ex quibus quinque Jobagiones et vnum locum desertum sub Keneziatu Nexa Kenezÿ, a parte ville

Prekolfalva existente (.....) Item Proda Kenezium cum quatuor et Stank Kenezium cum sex Jobagionibus suis, Stephano filio Petri, Item dobrucha Kenezium penes ipsum Riuulum Wermespataka residentem cum nouem Jobagionibus suis (.....) Basilio filio Nicolai cessissent, Item in villa Borzlyuk viginti vnum Jobagiones invenissent, exquibus septem, videlicet Woszeel Salazla duxa Magas Iliam Kalyn et locum desertum in eodem Borzlyuk existentes Basilio filio Nicolai, Item possessionem Zacho vocatam ad eandem Borzlyuk pertinentem tredecim Jobagiones in se continentem puelle supradicte, Item possessionem Supafalva, vocatam, sex Jobagiones in se continentem, ad equacionem dictarum possessionum Borzlyuk et Zacho, Stephano filio petri prenominato, Item possessiones drusanfalva novem et Zanyslo Kenezfalua octo, ac Halmag kenezhaza vocate duos Jobagiones in se continentes, Basilio fuissent statute, Item possessio Janus kenezfalwa vocata, decem et octo Jobagiones in se continens, in saturus existens necnon quedam porcio possessionaria in Supafalua habita, in qua idem Johannes Kenezius et alter Jobagio residerent, Stephano filio petri, Item possessiones Miklosfalua et farkasfalua vocate quindecim Jobagiones in se habentes puelle supradicte, Item possessiones infrascripte pertinerent ad possessionem Remethe vocatam, Item possessiones Rachkfalua quatuordecim et drasanfalua tres Jobagiones in se continentes Stephano filio petri Item villa philes-kenezfalua vocata, contineret in se quindecim Jobagiones, Basilio filio Nicolai, Item possessio Gyurfalua vocata, vndecim Jobagiones in se continens, puelle supradicte, Item in possessione Kechafalua[1]) vocata Stephano filio petri cessissent Jobagiones videlicet Kechakenez Laden Bagdan duya anka Nicolaus Myhe Bogdan Georgius dragmer Georgius Balya Barlyak Johannes opprisa et Bucha nominati, Basilio filio Nicolai Hy cessissent, videlicet Ruza alter Ruza, Ladula Georgius fyles Stephanus drasan Bagdan Nosa dank Iwan pousa Stanol Janus dobrucha dragmer fylepes et Johan-

[1]) A második betü kétséges, lehet Kotafalva, — Kotakenez.

nes penes se se sedentes, Item Nicolaus Iwan Buda demetrius Georgius Rades, Opprisa Roman Stoyan Mrisauch et Lacha puelle supradicte, Item possessio Radafalua vocata, cum quindecim Jobagionibus in se continentibus puelle supradicte, Item possessio Mayanfalua cum Molendino in eadem habito, in superficie fluuÿ Borzua decurrente necnon possessio Nicolai Kenezÿ cum viginti quatuor Jobagionibus in eisdem residentibus, Stephano filio petri, Item econtra possessio Pribifyamyclosfalua vocata cum viginti quatuor Jobagionibus in eadem residentibus et Molendino in eadem habito, super dicto fluuio Borzua decurrente Basilio prenotato, Item in porcione possessionaria, pretacti Nicolai fily pauli in possessione Ermen vocata habita septem Jobagiones et tria loca deserta reperissent, quorum quatuor Jobagiones Juko et Hynach ac Nicolaus et locum desertum ac drugam penes sese, a parte Civitatis Mezeusomlyo existentes, Basilio filio Nicolai, Item paulum Slaw desertam, Negwÿa et aliam desertam Stephano filio petri, Item possessionem Gergerfalua vocatam et septem Jobagiones, ibidem residentes, puelle supradicte, Item possessionem Arkÿkunfalu vocatam vnum Jobagionem in se continentem prefatis Stephano et Basilio communiter, Item possessio Kysermen vocata Stephano filio petri, Item possessio Azonlaka Basilio filio Nicolai prenotato, Item medietatem possessionis fylestow videlicet Georgium et Hegen Basilio filio Nicolai, et alteram eiusdem medietatem, vtputa Bousa et demetrium Jobagiones, Stephano filio petri, Item tria Molendina in predicto fluuio paganch decurrencia nobili puelle prenotate commisissent, Item districtum de Kwesd habitatoribus destitutum communiter vti commisissent, et statuissent Jure eisdem p(artibus) attinenti, in eternum possidere, contradiccione ipsius Stephani fily petri et aliorum quorumlibet non obstante, Quibus quidem litteris exhibitis prefatis dominabus ad dictas octauas non venientibus nec mittentibus, prefatus procurator dicti Basilÿ eidem exparte dictarum dominarum per nos in premissis Juris equitatem impertiri postulando, allegauit eomodo, vt dicte nobiles domine Elena relicta et Margaretha filia condam Nicolai fily pauli annotatum Basilium et fratres

suos de nonuullis possessionibus et porcionibus possessionaryꝫ in forma premissa diuisionis ac per annotatos palatinalem et dicti Capituli homines ipsis cessis et statutis minus iuste et indebite excludi et pro se ipsis occupari fecissent, Qui tamen idem Basilius et fratres sui eisdem dominabus Jura ipsarum de porcionibus possessionaryꝫ condam Nicolai fily pauli ipsis proueniencia iuxta adiudicacionem dicti domini palatini modo prehabito satisfecisset, prefatus procurator dicti actoris eundem et fratrem ipsius de dictis possessionibus et porcionibus possessionaryꝫ per ipsas dominas exclusum fore asserebat et obhoc nobis et regni nobilibus nobiscum adiudicantibus. Quibus perceptis, quia statucione premissarum porcionum possessionariarum ac reuisione earundem modo subscripto fiendarum regius et vester homines iterata transmitti et eedem domine tamquam actores euocari debere videbantur pro eo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente magister Nicolaus filius demetry de Bede homo regius de curia regia ad id specialiter deputatus, ad facies vniuersarum possessionum et porcionum possessionariarum, predicti condam Nicolai fily pauli qualitercunque vocitatarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis legitime inibi conuocatis et presentibus accedendo, easdem possessiones et porciones possessionarias, secundum series literarum annotati Capituli ecclesie Wesprimiensis, in superioribus sensualiter conscriptarum eidem Basilio et suis fratribus cessas, et statutas cum omnibus ipsarum vtilitatibus et pertinencyꝫ vniuersis eisdem Basilio et suis fratribus contradiccione prefatarum dominarum et aliorum quorumlibet preuia racione non obstante, restatuendo id si predicte domine annuenciam fecissent vel non videat et diligenter intueatur, Ceterum prefatas dominas premissas acciones earum executuras ac de dictis Judicyꝫ in toto duodecim marcas facientibus nobis et parti aduerse satisfacturas contra annotatum Basilium ad octauas festi beati Jacobi apostoli nunc venturas, regiam Evocet in presenciam, Et posthec ipsius possessionarie statucionis reuisionis et Euocacionis seriem cum nominibus Euocatorum ad easdem octauas dicto domino nostro Regi fideliter rescribatis presentes autem propter absenciam

magistri Johannis de sancto salvatore nostri prothonotarÿ, et sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum, sigillo venerabilis in christo patris domini Valentini Cardinalis Episcopi Quinqueecclesiensis fecimus consignari, Datum Bude duodecimo die termini prenotati, Anno domini M^mo CCC^mo LXXX^mo Nono.

(Eredetije vizfoltos, szakadozott, elmállott és szúette papiron a Kállay-család levéltárában. Két pecsét nyomával. Igazításokkal is zavarítva. Múzeumi folyószám 2060.)

126.

relacio magistri Francisci magistri Curie ad contenta literarum regalium.

1389. deczember 2-án.

Nos Maria dei gracia Regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod nos, que ex suscepto Reginalis dignitatis officio quorumlibet nostrorum fidelium actus virtuosos, sicut decet equo liberamine ponderare consueuimus, digna mentis consideracione pensatis et in memoriam nostre celsitudinis reductis, gratis fidelitatibus et fidelium obsequiorum laudedignis meritis, quibus fideles nostri dilecti Nobiles viri, magistri frank et Sÿmon filÿ condam Konya Bani de Zeechen, inter ceteros honores Comites Zolienses et Huntenses, a Juuentutis ipsorum primordÿs vsque in presentem prouectam eorum etatem, olym excellentissimo Principi domino Lodouico Regi genitori, ac preclare domine, condam Elizabeth regine matri, felicium recordacionum demumque Serenissimo principi domino Sigismundo Regi Hungarie consorti nostris Karissimis, ac nobis, in cunctis communibus nostris expedicionibus, et Regni nostri negocÿs, prosperis et aduersis, sub diuersitate locorum, et temporum, cum omni sinceritatis zelo strenuitatis audacia, sollicitudine indefessa, non parcendo rebus et personis, sed se et suos, pro nostri honoris incremento, varÿs casibus fortuitis viriliter exponentes, laudabiliter studuerunt conplacere, Quodque prefatus magister frank in presenti regali exercitu contra Rascianos sacre Corone rebelles in expugnacione Castrorum Borych et Chestyn nuncupatorum alÿs-

que ipsius domini Sigismundi Regis consortis nostri felicibus processibus, in terra Rascie habitis, nostre grate complacuit claritati, Signanter tamen, quod ydem magistri frank et Symon castrum ipsorum Sazkew nuncupatum, in Comitatu Borsiensi existens, erga manus ipsorum habitum, cum omnibus suis vtilitatibus, prouentibus, Juribus, et pertinencÿs vniuersis, ipsis magistris frank et Symoni, pridem per dictum dominum Sigismundum Regem nostrum consortem, de beneplacita voluntate nostra, propter laudabilia ipsorum obsequia et eciam pro resignacione castri Regalis Lytwa appellati, per prefatam dominam, condam Elizabet reginam matrem nostram, et nos, pro tribus Milibus florenis aureis, eisdem magistris frank et Symoni, veri pignoris tytulo obligati, vigore aliarum literarum dicti domini Sigismundi regis consortis nostri, ac literalium Instrumentorum eiusdem, noue donacionis tytulo, perpetuo donatum et collatum, quodque castrum Sazkew situatum existit, prope Zolium locum regalis venacionis, et inter Ciuitates montanas Chrempnichya Sebnichia et Konigsperg vocatas, ac alia ibidem aurifodinarum loca regalia, que siluis et Nemoribus dicti Castri, pro labore earundem montanarum, plurimum indigere dinoscuntur, Serenitati nostre singulariter premissis racionibus conueniens, vtile, et necessarium fore conspeximus, Item possessionem eorum Sarnocha vocatam, in dicto Comitatu Borsiensi existentem iuxta fluuium Gron adiacentem, quam eciam ipse dominus Sigismundus rex consors noster, pridem a castro regali Rychе nominato excisam et exemptam simulcum tributo in eadem Sarnocha exigi consueto et altero Tributo, quod in vna parte finali predicte Ciuitatis Konigsperg exigitur, ab antiquo ad dictam possessionem Sarnocha pertinens, cum villis Totfalu, Lukauicha et altera Lukauicha Ruda Lyhota Garzantha nuncupatis, similiter ad prefatam possessionem Sarnocha spectantibus, omnibusque vtilitatibus et pertinencÿs earundem, Ipsis magistris frank et Symoni pro fidelibus eorum seruicÿs, et eciam per modum concambÿ et permutacionis, pro possessionibus ipsorum Haam in qua tributum diebus fori exigitur, Lewrenchfalwa[1]), et Teers vocatis in Comitatu de

[1]) Zsigmond királynak 1488. évi levelében: Lemnichfalwa.

Crassow et duobus Molendinis super fluuio Crassow situatis, Item villis Zenth Gyurgh, in Kewe, Orozy et Mykola in Themesiensi et Gyürghthelleke nominatis in Orodiensi Comitatibus existentibus perpetuo contulerat viceuersa, manibus regÿs ipsius domini Sigismundi consortis nostri cum vniuersis literis priuilegÿs et literalibus munimentis, super dicti Castri, Sazkew, et possessionis Sarnocha, ac aliarum villarum superius seriatim nominatarum, donacionibus concambÿs et permutacionibus, rite emanatis et confectis reddiderunt restituerunt, et perpetuo habendas et possidendas resignarunt, Ideo nos volentes prefatos magistros frank et Symonem, cum premissarum fidelitatum ipsorum et multiplicium obsequiorum, per eos premisso modo, exhibitorum, et in futurum exhibendorum consideracione Reginali munificencia premiare, vt ipsi de cetero, ad nostra et sacre Corone obsequia feruencius, animentur, tum eciam per modum concambÿ et permutacionis pro predicto Castro Sazkew, ac possessione Sarnocha, et omnibus alÿs villis superius nominatim declaratis Castrum Regale Tapolchan nuncupatum in Comitatu Nitriensi existens simulcum Ciuitate similiter Tapolchan vocatis, necnon alÿs possessionibus et villis districtibus ac tributis vtilitatibus prouentibus Juribus et Jurisdiccionibus Terris eciam arabilibus, cultis et incultis, pratis pascuis Siluis Nemoribus, Piscinis aquis aquarumue decursibus, alÿsque pertinencÿs vniuersis quibuscunque nominibus vocitatis ad ipsum Castrum et Ciuitatem rite et ab antiquo spectantibus, sub suis veris metis et antiquis, ac limitacionibus, quibus dictum Castrum et Ciuitas ac ville, hactenus, per diuos Reges Hungarie, nostros predecessores et nos, habitum, tentum et possessum, seu habite, et tente extiterunt ac possesse, Sano consilio et decreto vnanimi, Prelatorum et Baronum nostrorum fidelium prehabitis, memoratis magistris frank et Symoni, ac Ipsorum heredibus, heredumque suorum successoribus, et posteritatibus vniuersis, noue nostre donacionis tytulo dedimus donauimus et contulimus, ymmo damus donamus et conferimus perpetuo et irreuocabiliter [sub omni modo et forma in literis donacionis (így) et permutacionis prefati domini Sigismundi regis, consortis nostri Karissimi superhoc confectis plene contentis, et ex-

pressis], [1]) per eosdem magistros frank et Symonem, ac ipsorum heredes, successores, et posteritates vniuersos, habendum tenendum pariter et possidendas, pleno Jure, Assumpmentes ipsos, et eorum superstites, cunctis temporibus successiuis, ab omnibus Impetitoribus in Judicio et extra Judicium vbique in dominio pretaxati castri Tapolchan ac Ciuitatis, et villarum quarumlibet, ad eadem spectancium tenere et conseruare, Auctoritate nostra mediante presencium nostrarum testimonio literarum. Datum in Themeswar feria quinta proxima post festum beati Andree apostoli, Anno domini Millesimo trecentesimo Octoagesimo Nono.

(Eredetije ép hártyán a budai kam. levéltárban. NRA 395. csomag, 23. szám. Szöveg alatt papirral fedett pecsét. Külsőleg, a jobb alsó szélen: par autem litere Statutorie est in Capitulo Nitriensi.)

Jegyzet. Ugyan e napon kelt Zsigmond királynak adománylevele szintén Temesvárott, majdnem betüszerint azonos a fentebbivel. Ezen adományát Zsigmond király átírta és kiváltság alakjában kiadta 1406. évben, — Gara Miklós nádor pedig átirta 1424. évben.

127.

1390. január 1-én.

Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Memorie commendamus per presentes, Quod Stephanus, filius condam petri Bani de Remethe, ab vna, parte autem ab altera, Anthonius filius Laurency, Bachaza, Benche, Gregorius, paulus Royak et Radozlo, Olahy de pertinencÿs Castri Kuesd in suis ac Nexe Bank et petri similiter olahorum de eadem personis, coram nostram maiestatem personaliter constituti, per eosdem confessum extitit pariter et relatum, quod ipsi, in facto quorundam duorum olahorum, pridem per ipsum Stephanum ex quibusdam causis detentorum feria tercia proxima, post festum Epiphaniarum domini proxime venturum, ad possessionem Gerch Janus (így) vocatam accedere assumpsissent et assumpserunt coram nobis, In quibus loco et termino, prenominati Olahy Dobrouch olahum pridem per ipsum Stepha-

[1]) A [ ] közti sorok kimaradtak Gara 1424. évi átiratából.

num detenti statuere debebant, talimodo, vt quicunque, probi et Nobiles viri, ad ipsum diem et locum, per ipsas partes adducendi, antedictis earundem parcium proposicionibus, deum habendo pre oculis, inter easdem partes Judicauerunt ordinauerunt et finaliter disposuerunt, Hoc ambe partes acceptare et finaliter obseruare tenebuntur Si vero ipsi olahÿ dictum Dobrouch olahum, modo premisso statuere non possent vel non curarent, tunc in omagio eisdem Olahÿ conuincerentur, et in super socÿs eorum, qui premissa refutarent, de cetero, aliquod Juuamen et auxilium prebere non deberent, nec ausi essent modo aliquali, prout se adhoc ydem olahy et prefatus Stephanus coram nobis spontanea eorum voluntate obligarunt, vigore presencium mediante. Datum in T e m e s w a r in festo Circumcisionis domini, Anno M^{mo} CCC^{o} LXXXX^{o}. [1])

(Eredetije papiron a Kállay-család ltárában. Szöveg alatt papirral edett királyi pecsét. Múzeumi folyószám 2111.)

128.

1390. június 11-én.

Nos Comes Emericus Bubek Judex Curie serenissimi et magnifici principis domini Sigismundi dei gracia Incliti Regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchionisque Brandemburgensis etc. Memorie commendantes Tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, Quod nobis secundo die festi Omnium sanctorum In anno domini Millesimo CCC^{mo} Octuagesimo octauo preterito vnacum Regni nobilibus pro faciendo causantibus moderatiuo Judicio in sede nostra Judiciaria sedentibus, Blasius filius dominici pro nobili domina Katherina vocata filia Ladislai de W m u r consorte Johannis fily Nicolai fily deseu de B e r e k z o u in quam presens causa mortuo Bartholomeo fratre suo carnali iuxta Regni consuetudinem extiterat redacta cum procuratorÿs litteris Capituli ecclesie Chanadiensis ad nostram veniendo presenciam quasdam literas Comitis Nicolai de Zeech, condam similiter Judicis Curie

[1]) Az évszám után van egy hosszu vonás, mely comma is lehet, de lehet a XXXX-hez tartozó szám is, és igy volna 1391. (De 1390. évre kell tenni.)

regie Euocatorias Tricesimo primo die octauarum festi Epiphaniarum domini anno eiusdem Millesimo CCC^{mo} LXXX^{mo} quarto emanatas per ipsum Capitulo Tytulensi directas nobis presentarat nos informantes, Quod domina nostra Regina feria quinta proxima post quindenas octauarum festi Pasce domini in anno eiusdem Millesimo CCC^{mo} LXXX^{mo} tercio preterita Bude vnacum prelatis et Baronibus Regni sui existente Bartholomeus filius ladislai de W m u r ad eiusdem domine nostre Regine Prelatorum ac Baronum Regni personaliter veniens conspectum, contra magistrum Hanko Ciuem Cassouiensem et Mychaelem filium suum prout per literas eiusdem domine Regine idem Comes Nicolaus informatus extitisset, proposuisset eomodo, Quod ÿdem quasdam possessiones suas S c e d e r y e s et Z e n t h a n d r a s vocatas in Comitatu de Crasso habitas minusiuste detinerent et possiderent, Quo percepto ÿdem magister Hanko et Mychael filius suus similiter personaliter coram ipsa domina nostra Regina comparendo respondissent ex aduerso, quod ipsi dictas duas possessiones minusiuste non tenerent nec possiderent sed easdem Juridice conseruarent et in facto earum literalia haberent Instrumenta que non ad tunc sed intermino vlteriori per eandem dominam nostram Reginam, ac Prelatos et Barones ipsis dando exhibere prompti essent et parati, vnde dicta domina nostra Regina perceptis premissis Judicans commisisset eomodo, vt ydem magister Hanko et Mychael filius suus In octauis festi beati Georgÿ martiris nunc venturi vniuersa eorum literalia Instrumenta si que infacto dictarum possessionum haberent confecta contra eundem Bartholomeum coram ipsa et suis Baronibus producere tenerentur, quibus visis Judicium et Justiciam facere valeret inter partes inpremissis, Et quia vniuerse cause coram dicta domina nostra Regina mote secundum Regni sui Ritum per ipsum Comitem Nicolaum velud Judicem Curie sue debuissent determinari, ab eisdemque octauis festi beati Georgÿ martiris dicta Instrumentalis exhibicio medio tempore dicto Hanko ab hac luce decesso ex eo quia legittimus procurator dicti Mychaelis filÿ Hanko eundem ipsam Instrumentalem exhibicionem tunc facere non posse iudicasset, sed eandem eo grauamine quo de Regni consuetudine conueneretur in vlteriorem

terminum per ipsum Comitem Nicolaum differri postulasset, ad dictas octauas festi Epiphaniarum domini in Judicio trium marcarum per ipsum Mychaelem deponendo extitisset prorogata, et ad ipsas octauas festi Epiphaniarum domini prefatus Mychael filius Hanko per Blasium filium dominici legittimus procurator dicti Bartholomei congruis diebus ipsarum octauarum coram ipso Comite Nicolao expectatus dicta Instrumenta sua exhibiturus non venisset neque misisset, nec persoluisset Judicium prenotatum se pro sua non veniencia in Judicio consueto et pro non solucione dicti Judicÿ indupplo eiusdem agrauari permittendo, Postulans prefatus procurator dicti actoris eidem exparte annotati, Mychaelis per prefatum Comitem Nicolaum in premissis Juris equitatem impertiri, vnde quia consuetudo Regni eundem Mychaelem ad premissa Euocandum fore dictasset, pro eo idem Comes Nicolaus amiciciam dicti Capituli ecclesie Tytulensis litteratorie petiuisset diligenter, quatenus, ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente, homo regius infradeclarandus prefatum Mychaelem filium Hanko premissa sua Instrumenta exhibiturum ac de dictis Judicÿs in toto nouem marcas facientibus sibi et parti aduerse satisfacturum, contra annotatum Bartholomeum filium ladislai ad octauas diei medÿ quadragesime tunc venturi reginalem Euocaret in presenciam Et posthec ipsius Euocacionis seriem cum nomine Euocati ad easdem octauas domine nostre Regine fideliter rescriberet Capitulum prenotatum, Quibus quidem litteris exhibitis prefatus procurator dicte domine Katherine eidem exparte dicti Mychaelis per nos inpremissis Juris equitatem pecierat impertiri, vnde quia consuetudo Regni prefatum Mychaelem ad premissa Euocandum fore dictarat pro eo amiciciam dicti Chanadiensis Capituli literatorie pecieramus diligenter, quatenus, ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradeclarandus memoratum Mychaelem filium Hanko premissa sua literalia Instrumenta exhibiturum ac de dictis Judicÿs nouem marcas facientibus nobis et parti aduerse satisfacturum, contra annotatam nobilem dominam Katherinam regiam Euocaret inpresenciam ad terminum competentem, Et posthec ipsius Euocacionis seriem cum nomine Euocati

et termino assignato domino nostro Regi fideliter rescriberet Capitulum Chanadiense prenotatum, Tandem nobis in octauis festi beati Andree apostoli in dicto anno domini M^mo CCC^mo LXXX^mo octauo preteritis, termino videlicet, ad quem dicta Euocacio facta fuerat, vnacum Regni nobilibus in sede nostra Judiciaria sedentibus Johannes filius Nicolai pro ipsa domina Katherina cum procuratorÿs litteris dicti Capituli Chanadiensis in nostram veniens presenciam literas dicti Capituli Chanadiensis, super premissa Euocacione domino nostro Regi rescripcionales nobis presentarat, In quibus per Nicolaum dictum Soldus de Wassaṅ regium et magistrum Paulum Canonicum dicti Capituli homines in festo beati Martini confessoris proxime tunc preterito prefatum Mychaelem filium Hanko in possessione sua Zederyes vocata ad premissa contra prefatam dominam Katherinam ad predictas octauas festi beati andree apostoli regiam in presenciam legittime Euocatum extisse comperieramus seriose, ad quasquidem octavas annotatus Mychael filius Hanko per prefatum procuratorem ipsius domine actricis in eiusdem persona congruis diebus ipsarum octauarum coram nobis expectatus nostram in presenciam non venerat neque miserat nec persoluerat Judicia prenotata, se pro sua non veniencia in Judicio consueto et pro non solucione dictorum Judiciorum in dupplo eorundem mediantibus litteris nostris Judicialibus exinde confectis agrauari permittendo, postulans prefatus procurator eiusdem domine eidem exparte dicti Mychaelis per nos inpremissis Juris equitatem impertiri, Et quia prefatus Mychael de consuetudine Regni adhuc ad premissa intribus foris comprouincialibus proclamandus fore visus fuerat, pro eo amiciciam iamdicti Capituli Chanadiensis literatorie pecieramus diligenter, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradeclarandus memoratum Mychaelem filium Hanko premissa literalia sua Instrumenta exhibiturum de dictisque Judicÿs nobis et parti aduerse satisfacturum, contra annotatam dominam Katherinam ad octauas diei Cynerum tunc venturas intribus foris comprouincialibus publice et manifeste regiam faceret proclamari in presenciam, Insinuando ibidem vt si veniret et premissa literalia sua Instrumenta exhiberet ac de

dictis Judicÿs in toto viginti vnas marcas facientibus nobis et parti aduerse satisfaceret benequidem, alioquin non obstante ipsius contumacia et rebellione finem faceremus causa in premissa, vt dictaret ordo Juris, Et posthec ipsius trini forensis proclamacionis seriem cum nomine proclamati ad easdem octauas domino nostro Regi fideliter rescriberet Capitulum prenotatum, a quibus quidem octauis dicti Cynerum cum premissa Instrumentalis exhibicio partes inter predictas secundum series literarum nostrarum prorogatoriarum ventilando ad octauas dicti medy quadragesime proxime preteritas simulcum predictis Judicÿs viginti vnius marcarum per ipsum Mychaelem vt premissum est nobis et parti aduerse persoluendis prorogatiue deuenisset, Tandem ipsis octauis dicti medy quadragesime adherentibus Blasius filius dominici pro ipsa domina Katherina filia Ladislai filÿ Galli de w m u r actricem, cum procuratorys litteris dicti Capituli Chanadiensis in nostram veniendo presenciam literas dicti Capituli Chanadiensis super premissa trina forensi proclamacione domino nostro Regi rescripcionales nobis presentarat, Inquibus per prefatum Nicolaum dictum Soldus de W a s s a n regium et magistrum Paulum Canonicum dicti Capituli homines prefatum Mychaelem filium Hankonis primo sabbatho proximo ante festum beati Valentini martiris in anno proxime transacto preteritum in villa K e n e z r e k e z e vocata ac tandem secundo feria secunda immediate sequenti in possessione B e r e k z o u tercioque et vltimo feria quarta proxime tunc succedente in villa W t h u e n appellatis tribus scilicet foris comprouincialibus villis in predictis terminis in prefixis celebrare consuetis ad premissa, contra annotatam dominam actricem ad dictas octauas dicti Cynerum iuxta nostram Judiciariam commissionem antedictam regiam inpresenciam publice et manifeste proclamatum extitisse comperieramus euidenter, ad quasquidem octauas dicti medy quadragesime prefatus Mychael filius Hankonis per annotatum procuratorem dicte actricis in ipsius persona congruis diebus ipsarum octauarum coram nobis expectatus ad exhibend*um* dicta sua literalia Instrumenta et ad satisfaciendum de dictis Judicÿs nobis et parti aduerse non venerat neque miserat, dehinc prefatus procurator dicte actricis dictas possessiones

Zederyes et Zenthandras vocatas in Comitatu de Crasso habitas eidem vigore Instrumentali pertinere debere allegando, quasdam tres literas priuilegiales duas Comitis Jacobi de Scepus olym similiter Judicis Curie regie et terciam Capituli ecclesie Strigoniensis, nobis presentarat, Quarum prima videlicet dicti Capituli ecclesie Strigoniensis litera priuilegialis feria sexta proxima post quindenas festi Pasce domini, anno eiusdem Millesimo CCC^mo vigesimo nona exorta explicarat, Quod constitutis coram ipso Capitulo Strigoniensi personaliter Nicolao filio Teodorÿ de Weyteh pro se et pro Johanne fratre suo cum procuratorÿs litteris honorabilis Capituli ecclesie Chanadiensis ex vna parte, Item magistro Gallo filio Nicolai Notario domini nostri Regis speciali et Castellano de Wgregh exaltera, Idem Nicolaus suo et eiusdem fratris sui nomine confessus fuisset oraculo viuenocis, vt quasdam possessiones eorum hereditarias Wyodwar et Gewr inquibus ecclesie in honorem sancte Crucis et omnium sanctorum essent constructe Item villas Chud et Regkurthuelÿ et terras ad ipsas spectantes Keseud et donath, Medyes Gungudeghaza cum ecclesia lapidea in honorem beati Jacobi apostoli et Zanÿr necnon Bansarzoa vocatas, Item villam achad acquisiticiam eciam cum ecclesia lapidea in honorem beate virginis constructa in Temesiensi, Item villam dench et terram Kulusfuk in Crasso, Item Zenthlazlo et Zenthmargyta ecclesiasticas in Chanadiensi, Item Petend et Elleusylysse in Sÿrimiensi Comitatibus existentes cum omnibus vtilitatibus et pertinencÿs suis vniuersis Piscinis Siluis pratis et fenetis terrisque arabilibus sub eisdem metis et terminis quibus ipsi et eorum antecessores tenuissent et possedissent magistro Gallo predicto et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, Jure perpetuo et irreuocabiliter pro Mille marcis fini argenti ponderis Budensis plene et integraliter receptis et eis persolutis vendidisset tradidisset et contulisset tenendas possidendas pariter et habendas totum Jus dominÿ et proprietatis dictarum possessionum in ipsum magistrum Gallum et suos heredes totaliter transferendo, Secunda namque dictarum literarum priuilegialium vtputa ipsius Comitis Jacobi in Wyssegrad sabbato proximo

ante festum Penthecostes, anno domini M^mo CCC^mo LXX^mo nono exorta tenorem quarumdam literarum Capituli Tytulensis priuilegialium die dominico proximo ante festum beati andree apostoli, anno domini M^mo CCC^mo LX^mo secundo emanatarum, transsumptiue et transscriptiue de verbo adverbum in se continentes nos eomodo informarat, Quod Johannes filius Gregory literati de C h e r n e u c h ab vna parte vero ex altera magister ladislaus filius Galli literati de w m u r coram dicto Capitulo Tytulensi constituti per eundem Johannem filium Gregorÿ propositum extitisset et relatum, Quod ipse pro quibusdam necessitatibus suis ipsum ad tunc vrgentibus quandam medietatem cuiusdam possessionis sue Z e n t h a n d r a s vocate in Comitatu de Crasso existentis a plaga occidentis adiacentem a petro et Benedicto dictis Borza de Z e d e c h titulo empcionis comparata cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencÿs cum certis terminis et antiquis metis necnon nouis quibus ipsa medietas possessa extitisset dedisset et vendidisset coram Capitulo antedicto eidem magistro ladislao filio Galli pro Centum et viginti marcis quamlibet marcam cum quatuor florenis computando plene vt dictum fuisset persolutis ac per eum suis heredibus heredunque suorum successoribus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendam possidendam pariter et habendam, Tercia siquidem et vltima ipsarum literarum videlicet predicti Comitis Jacobi priuilegialium sabbato proximo ante festum Penthecostes anno domini M^mo CCC^mo LXX^mo nono emanata tenorem quarumdam literarum dicti Capituli Tytulensis patencium die dominico proximo ante festum beati andree apostoli anno domini M^mo CCC^mo LX^mo secundo exortarum transscriptiue et transsumptiue de verbo ad verbum in se habens, explanarat, Quod Johannes filius Gregorÿ literati de C h e r n e u c h ab vna parte vero exaltera Ladislaus filius Galli literati de W m u r coram dicto Capitulo constituti per eundem Johannem propositum extitisset pariter et relatum, Quod quasdam possessionarias porciones suas in possessionibus M a r k t e l e k e et f a r k a d habitas ac medietatem possessionis Z e n t h a n d r a s a plaga orientis adiacentes Juxta continenciam literarum magnifici viri domini Nicolai Konth Regni Hungarie Palatini solucionalium in Comitatu de Crasso

existentes cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencÿs earum sub eisdem metis et terminis quibus eedem per ipsum possesse fuissent prelibato magistro ladislao filio Galli literati et per eum suis heredibus et heredum suorum successoribus pro quibusdam necessitatibus suis ipsum ad tunc vrgentibus, pro Centum et vna marcis compoti Budensis impignorasset coram Capitulo antedicto sub obligaminibus litteris in eisdem specificatis, Quibus quidem literis exhibitis iamdictus procurator dicte domine actricis prefatam possessionem Zederyes inter metas et cursus metales dicte possessionis dench adiacere referens eidem Juris equitatem per nos pecierat impertiri, Et licet prefato Bartholomeo filio Ladislai fily Galli in memorate domine nostre Marie Regine necnon Prelatorum et Baronum termino inpredicto veniente conspectum contra prefatos Hanko Ciuem Cassouiensem et Mychaelem filium suum eomodo vt ydem quasdam possessiones suas Zederÿes et Zenthandras vocatas in Comitatu de Crasso habitas minusiuste detinerent et possiderent proponente, ydem Hanko et Mychael filius suus econtra secundum modum prenotatum hoc modo vtipsi dictas duas possessiones minusiuste non tenerent nec possiderent, sed easdem Juridice conseruarent et in facto earundem literalia haberent Instrumenta responderunt, et sic eadem primo in ipsius domine Marie Regine ac Prelatorum et Baronum suorum presencia ydem Hanko et Mychael post modum in prefati Comitis Nicolai conspectum iamdictus procurator ipsius Mychaelis tantum, memorato Hanko medio tempore abhac luce decesso sub formis predictis exhibere assumpserint, Tamen quia postmodum idem Mychael ad exhibicionem dictorum suorum Instrumentorum per ipsum faciendam in dicti Comitis Nicolai presenciam non venisse nec misisse sed se Judiciorum oneribus conuinci permisisse et ea racione pretitulatus Mychael ad eorundem Instrumentorum exhibicionem contra prefatam dominam Katherinam actricem, in quam vt premissum est annotato Bartholomeo decesso presens causa deuoluta extitisse dinosceretur, per regios et dicti Capituli Chanadiensis homines terminos ad prefixos primo Euocatus et tandem ipsius contumacia exigente in tribus foris comprouincialibus publice et manifeste in regiam et in eius persona

nostram proclamatus extitisse et idem ad nullum eorundem terminorum ipsi legitime deputatorum ad premissa facienda venisse vel misisse sed se terminis in prefixis grauaminibus Judicialibus secundum modum suprascriptum opprimi permisisse, primoque prefato Nicolao filio Teodory de W e y t h e h pro se et pro Johanne fratre suo cum procuratorÿs litteris dicti Capituli Chanadiensis in presencia pretacti Capituli Strigoniensis in predicto anno domini M^mo CCC^ro vigesimo nono comparente idem premissas possessiones eorum hereditarias W y o d w a r d e n t h et g e w r ac alias predictas in superioribus conscriptas prefato magistro Gallo filio Nicolai auo domini actricis pro Mille marcis fini argenti ponderis Budensis inperpetuum vendidisse, Et tandem secundo prefatus Johannes filius Gregorÿ literati de C h e r n e u c h inpresencia pretacti Capituli Tytulensis In anno domini M^mo CCC^mo LX^mo secundo comparendo medietatem dicte possessionis sue Z e n t h a n d r a s vocate in Comitatu de Crasso existentis a plaga occidentali adiacentem a petro et Benedicto dictis Borza de Z e d e c h titulo empcionis comparatam cum omnibus suis vtilitatibus prefato ladislao filio Galli literati prius memorate actricis pro Centum et viginti marcis quamlibet marcam cum quatuor florenis computando, in perpetuum vendidisse, postmodum autem prefatus Johannes filius Gregorÿ de C h e r n e u c h inpresencia pretacti Capituli Tytuliensis in eodem anno domini Millesimo CCC^mo LX^mo secundo comparendo premissas possessionarias porciones suas in possessionibus M a r k t h e l e k e et f a r k a d habitas ac medietatem porcionis Z e n t h a n d r a s a plaga orientis adiacentem Juxta continenciam literarum magnifici viri domini Nicolai Konth Regni Hungarie Palatini solucionalium in Comitatu de Crasso existentes cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencÿs earundem prefato magistro Ladislao filio Galli literati pro Centum et vna marcis modo prenotato impignorasse, prefatus eciam procurator prefate domine actricis dictam possessionem Z e d e r ÿ e s vocatam inter metas et cursus metales dicte possessionis, d e n c h, esse et existere allegasse expremissis omnibus clare reperiebantur, Et Ideo annotatus Mychael filius Hanko contra prefatam dominam in facto potencie exeoque in sentencia capi-

tali ac amissione vniuersorum Jurium eorumque et bonorum suarum propriarum conuinci et agrauari, et eedem possessiones Zederyes et Zenthandras ipsi domine perpetuo adiudicari et modo subscripto statui debere nobis et regni nobilibus nobiscum in Judicio sedentibus agnite fuerant, Consuetudinaria eciam Regni lege ab antiquo approbata requirente quicunque in facto alicuius Juris possessionarÿ per aliquem talibus in processibus suum existere, asserti, se Instrumenta habere allegando eadem inpresencia Judicis sui ordinarÿ exhibere assumpserit et non exhibuerit, ad exhibicionemque eorundem primo Euocacionis et tandem contumacia sua requirente intribus foris comprouincialibus publice et manifeste proclamatus extiterit terminos ad Juridicos et idem ad eosdem terminos ad id faciendum in dicti sui Judicis ordinarÿ presenciam non venerit nec miserit talis huiusmodi Jure possessionaria priuari solet requisitorque eiusdem in dominium ipsius contradiccione tali [1]) ipsum Jus possessionarium suum existere asserentis et aliorum quorumlibet non obstante statui debet atque Introduci, pro eo vnacum eisdem nobilibus exhÿs racionibus prefatas possessiones Zederÿes et Zenthandras vocatas in Comitatu de Crasso sitas ipsi domine actrici et eius heredibus perpetuo adiudicantes eidemque secundum modum subnotandum statuere committentes, Nolentesque ipsius Mychaelis actus potenciarios supradictos simpliciter pertransire ne alÿ ab eodem exemplati talia perpetrarent, sed pocius eius pena alios a perpetracione talium retraheret, eundem, contra ipsam dominam actricem infacto potencie ac exeo amissione vniuersorum Jurium ac bonorum suorum ipsum solum proprie vbique tangencium in duabus partibus nostris in tercia vero parte partis aduerse manibus deuoluendarum, et applicandorum in sentencia capitali conuictum esse denunciantes et decernentes, amiciciam dicti Capituli Chanadiensis literatorie pecieramus diligenter, quatenus, ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente homo regius infradeclarandus de Curia regia ad id specialiter per nos deputatus ad facies iamdictarum possessionum Zederyes et Zenth-

[1]) Az eredetiben rövidítés : tal̃.

a n d r a s vocatarum inprefato Comitatu de Crasso habitarum vicinis et commetaneis ipsarum vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo (simul?) [1]) cum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis prefate domine actrici et eius heredibus eo Jure quo ipsi ex racionibus preuÿs dinoscerentur pertinere contradiccione prefati Mychaelis fily Hankonis et aliorum quorumlibet, eoquod in ipsius litis longuita ventillacione nullus dempto prefato Mychaele se litem in eandem intromiserat non obstante, statueret et conuinceret possidendas tenendas et habendas, Saluis Juribus alienis, Et posthec ipsius possessionarie statucionis seriem vt fieret expediens dicto domino nostro Regi ad quindenas octauarum festi beati Georgÿ martiris tunc venturi fideliter rescriberet Capitulum prenotatum, Tandem ipsis quindenis octauarum festi beati Georgÿ martiris instantibus prefatus Blasius filius dominici proprelibata nobili domina Katherina vocata, cum procuratorÿs litteris dicti Capituli Chanadiensis ad nostram veniendo presenciam literas prefati Capituli Chanadiensis super premissa possessionaria statucione domino nostro Regi rescripcionales nobis presentauit, hunc tenorem continentes,

Serenissimo principi domino eorum Sigismundo dei gracia Inclito Regi Hungarie Dalmacie Croacie etc. ac Marchioni Brandenburgensi etc. Capitulum ecclesie Chanadiensis, oraciones in domino sedulas et deuotas perpetua cum fidelitate, vestra Nouerit excellencia, Quod cum nos receptis litteris magnifici viri Comitis Emerici Bubek Judicis Curie vestre modum et formam Judiciarie sue discussionis declarantibus pro nobili domina Katherina vocata filia Ladislai fily Galli de W m u r consorte videlicet Johannis fily Nicolai fily deseu de B e r e k z o u, contra Mychaelem filium Hankonis nobis directis, vnacum magistro Stephano filio Nicolai de E c h y Curie vestre Notario homine vestro ad infrascripta specialiter deputato nostrum hominem videlicet discretum virum magistrum Thomam fratrem et Concanonicum nostrum pro testimonio misissemus fidedignum, ad statucionem possessionariam infrascriptam faciendam, ydem demum ad nos reuersi nobis concorditer

[1]) A másolatban : simul. Az eredetit dörzsölés olvashatlanná tette

retulerunt, Quod idem homo vester dicto testimonio nostro presente feria secunda nunc proxime preterita, ad facies possessionum Zederÿes videlicet et Zentandras vocatarum litteris in eisdem conscriptarum in Comitatu de Crasso adiacencium, vicinis et commetaneis ipsarum vniuersis ibi legittimo conuocatis et presentibus accedendo ipsas cum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis prefate nobili domine Katherina vocate filie Ladislai fily Galli et eius heredibus eo Jure quo ipsi pertinere dinoscuntur, contradiccione predicti Mychaelis fily Hankonis et aliorum quorumlibet, eoquod in litis longuica ventillacione nullus dempto prefato Mychaele se litem in eandem intromisisse dinoscitur, non obstante, iuxta seriem literarum Judicis Curie vestre predictarum statuisset et commisisset possidendas tenendas et habendas, saluis Juribus alienis, datum sabbato proximo post festum beati Georgÿ martiris, anno domini Millesimo CCC^mo Nonagesimo,

Quibus quidem literis exhibitis quia prefati regius et ipsius Capituli Chanadiensis homines inpredicto termino ad facies predictarum possessionum Zederÿes et Zenthandras vocatarum in dicto Comitatu de Crasso habitarum vicinis et commetaneis ipsarum vniuersis in ibi legittime conuocatis et presentibus accedendo easdem cum uniuersis suis vtilitatibus et pertinencÿs memorate domine Katherina possidendas tenendas pariter et habendas iuxta nostram Judiciariam commissionem antedictam statuisse ex serie predictarum literarum ipsius Capituli Chanadiensis adinueniebantur, pro eo nos vnacum Baronibus et Regni nobilibus nobiscum in Judicio existentibus prefatas possessiones Zederÿes et Zenthandras vocatas cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis prefate nobili domine Katherine filie Ladislai fily Galli de Wmur et eius heredibus ac successoribus vniuersis, eo Jure quo sibi expremissis dinoscuntur pertinere relinquimus et committimus, possidere, tenere pariter et habere auctoritate nostra Judiciaria mediante, Saluis Juribus alienis, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eidem nobili domine Katherine filie Ladislai fily Galli de Wmur literas nostras Priuilegiales pendentis autentici Sigilli nostri

BIBLIOTECA CENTRALĂ REGIONALĂ
TIMIȘOARA
Nr. de inv.

munimine roboratas duximus concedendas, Datum in Wyssegrad vigesimo octauo die quindenarum octauarum festi beati Georgÿ martiris predictarum, Anno domini Millesimo CCC^mo Nonagesimo supradicto.

(Eredetije hártyán a gr. Csáky-család lőcsei levéltárában. Archivum generale fasc. 33. No 2. A függő pecsét zsinórostul elveszett.)

129.

1390. november 25-én.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie dalmacie Croacie etc. ac Marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Orodiensis, Salutem et graciam dicitur nobis in personis Basilius (így) fily Nicolai de debrenthe, ac Nobilis domine Katherine vocate, relicte Benedicti fily Heem condam Bani de eadem quod quedam literalia ipsorum instrumenta factum possessionum a k a z t o u, p o t h o u et aliarum tangencia erga magistrum Stephanum filium petri de Egurzeg, et Nobilem dominam relictam Nicolai fily pauli de eadem haberentur que ipsis ad plures peticiones ipsorum, pro execucione Jurium ipsorum reddere et restituere non curassent nec curarent de presenti, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mitatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente petrus et Nicolaus fily dionisy de J a a r, uel Egidius de T e g e n alÿs absentibus homo noster ad prefatos Stephanum et relictam Nicolai accedendo dicat et committat eisdem verbo nostro ut ipsi dicta literalia Instrumenta, prefatis Basilius (így) et relicte Benedicti pro execucione causarum ipsarum restituere et dare debeant, qui si fecerint benequidem alioquin Euocet ipsos contra iamdictos Basilius et dominam relictam Benedicti in presenciam regni nostri palatini, ad terminum competentem, racionem super premissis reddituros litis pendencia si qua foret inter ipsos obstante (így), et posthec premissorum seriem, vti fuerit expediens eidem regni nostri palatino, more solito rescribatis, datum in visegrad in festo beate Katherine virginis et martiris, anno domini M^mo CCC^mo Nonagesimo.

(Az aradi káptalan 1391. évi átiratából.)

130.

1390. deczember 12-én.

Capitulum Ecclesie Chanadiensis, Omnibus christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentem paginam inspecturis, Salutem in salutis largitore, ad vniuersorum noticiam harum literarum nostrarum serie volumus peruenire, quod nos literas serenissimi principis domini nostri Sigismundi dei gracia Incliti regis Hungarie, dalmacie, Croacie etc. Marchionisque Brandemburgensis etc. omni cum reuerencia recepimus in hec verba, Sigismundus dei gracia rex Hungarie, dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandemburgensis etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Chanadiensis, Salutem et graciam, Cum nos, Castrum nostrum regium, Erdsomlio vocatum in Comitatu de Crassow existentem (igy) simulcum possessionibus et villis, Erdsomlio, Crassofew, Cherneuch, Jabolnok, Varadia et Vizwar, vocatis, ad ipsum Castrum spectantibus, ipsarumque vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis, fideli nostro dilecto, Magnifico viro domino Nicolao de Peryn, Bano Zeuriniensi, pro suis fidelitatibus, et seruicÿs, per alias nostras literas, perpetuo contulerimus, ipsumque, et ipsas eidem statuifacere velimus, lege regni nostri requirente, Superquo fidelitati vestre firmis damus in mandatis, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Ladislai de Gerebench, vel alter Johannes filius Mikch de Brod, aut andreas filius Ladislai de Barsa, seu Tomas de Brezniche sin Nicolaus de Kereskuz, neue Matheus de Mochyas, alys absentibus, homo noster, ad facies dicti Castri, possessionumque et pertinenciarum eiusdem predictorum, vicinis et commetaneis earundem, inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, statuat eosdem iamdicto domino Bano, nostre noue donacionis titulo perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum contradictores vero si qui fuerint Citet ipsos, contra iamdictum Nicolaum Banum, in nostram presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, Et posthec seriem omnium premissorum, vt fuerit expediens nobis fideliter rescribatis,

Datum in Z a w a Z e n t h D e m e t e r, dominica proxima post festum beate Elizabeth vidue, anno domini M^mo CCC^mo Nonagesimo. Nos igitur preceptis eiusdem domini nostri regis humiliter obedire cupientes vt tenemur, vnacum prefato Johanne filio Ladislai de G e r e b e n c h, homine ipsius domini nostri regis nostrum misimus hominem, videlicet honorabilem virum dominum Nicolaum prepositum ecclesie sancti Saluatoris, fratrem et con Canonicum nostrum, pro testimonio fidedignum, ad premissa singula fideliter peragenda, Qui tandem ad nos abinde reuersi, nobis concorditer retulerunt, quod idem homo regius, dicto testimonio nostro presente, feria secunda proxima ante festum beati andree apostoli, proxime preteritum, ad facies, dicti Castri possessionumque et pertinenciarum eiusdem predictarum, vicinis et commetaneis eorundem inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, statuisset easdem iamdicto domino Nicolao Bano, noue regie donacionis titulo perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore, tam in facie dicti Castri, possessionumque et pertinenciarum eiusdem predictarum, quam eciam nostri in presencia comparente, dictus legittimis exspectando, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales alphabeto intercisas emanari fecimus, pendentisque sigilli nostri munimine roborari, Datum permanus discreti viri magistri Johannis Lectoris, feria secunda proxima ante festum beate Lucie virginis, die videlicet quinto decimo, dicti statucionis supradicte, anno domini prenotato, Presentibus honorabilibus viris et discretis dominis Jacobo preposito, Nicolao Cantore, Andrea Custode, Bertrando Orodiensi, Thoma de Thorontal, et Nicolao Sebesiensi archidiaconis, Ceterisque fratribus nostris, in dei ecclesia regi Jugiter famulantibus sempiterno.

(Eredetije hártyán a budai kamarai ltárban, NRA. 629. csomg, 14. szám. Vörös selymen függ a káptalan kerek pecsétje.)

131.

1390. deczember 16-án.

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie dalmacie Croacie etc. ac Marchio Brandenburgensis, etc. fidelibus suis Capitulo

ecclesie Orodiensis, Salutem et graciam, Noueritis quod nobis vigesimo octauo octauarum festi beati Jacobi apostoli vnacum regni nostri Nobilibus in sede nostra Judiciaria sedentibus causalesque processus quorumlibet nostri speciali in presencia litigancium Justo Juris transite discucientibus Nicolaus filius Johannis pro Nobili domina Clara vocata filia quondam Stephani sartoris nunc vero consorte Benedicti fily Mychaelis de Hala(p) cum procuratorÿs literis Capituli Wesprimiensis in nostram specialem veniendo presenciam, quasdam sex literas tres recaptiuatorias pariter et Citatorias vnam videlicet vestram et alteram Chanadiensis Terciam vero wesprimiensis Capitulorum ad nostrum literatorium mandatum nobis rescriptas Tenerosque literarum ..... ac eisdem Capitulis directarum verbaliter in se habentes, nec non tres nostras Judiciales in diuersis terminis anno in presenti emanatas nobis presentauit nos informantes eomodo Quod cum primo et principaliter prefata nobilis domina (Clara) nuncupata acceptis Thoma filio Mychaelis de To..... nostro et Briccio presbitero Chori ecclesie dicti Capituli Chanadiensis hominibus feria secunda proxima post festum beati Georgy martiris in anno proxime transacto preteritum, ad faciem possessionis D ÿ a k o w c h vocate in Comitatu de Crasso existentis vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo eandem nomine sui Juris recaptiuando sibi per eosdem nostrum et dicti Capituli Chanadiensis homines Jure sibi incumbenti perpetuo possidendam statui facere voluisset, Tunc Thomas de eadem D y a k o w c h inibi personaliter comparendo premisse statucioni dicte possessionis prefate domine fiende contradixisset, quem quidem Thomam ad octauas festi penthecostes in dicto anno proxime transacto preteritas nostre mayestatis specialem in presenciam Citauissent, ad quas quidem octauas prefatus Thomas per legittimum procuratorem dicte domine congruis diebus ipsarum octauarum coram nobis Expectatus nostram specialem in presenciam non venisset nec misisset, se mediantibus literis nostris Judicialibus in Judicio agrauari permittendo, Secundo autem dum prefata domina acceptis Georgio de Zenthmarton nostro et petro Chori ecclesie vestre Clerico vestro hominibus feria sexta

proxima post octauas festi pasce domini proxime preteritas ad faciem dicte possessionis d y a k o w c h vocate vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis illic legittime conuocatis et presentibus accedendo eandemque legittime recaptiuando sibi per eosdem nostrum et vestrum homines Jure sibi incumbenti in perpetuum statui facere voluisset, Tunc Thomas, Mychael petrus Gregorius et dominicus in eadem d y a k o w c h residentes statucioni dicte possessionis ipsi domine fiende contradixissent Quosquidem Contradictores ydem noster et vester homines Ibidem et eodem die contra ipsam dominam ad quindenas festi beati Georgÿ martiris proxime preteritas nostre maiestatis specialem in presenciam euocari fecit, racionem contradiccionis eorum reddituros, ad quas quidem quindenas prefati in causam attracti per legittimum procuratorem ipsius domine in eiusdem persona et legittimis diebus per dictam quindenam coram nobis expectati nostram specialem in presenciam non venissent nec misissent, se mediantibus literis nostris Judicialibus opprimi permitteudo, Tercio autem et vltimo dum prefata domina receptis ladislao de Chaban nostro et Stephano presbitero Chori dicte ecclesie Wesprimiensis hominibus in festo Natiuitatis beati Johannis Baptiste nunc elapso ad faciem prefate possessionis d y a k o w c z vocate similiter vicinorum et commetaneorum eiusdem legittimis conuocacionibus factis et presentibus accedendo eandemque recaptiuando sibi per eosdem nostrum et dicti Capituli Wesprimiensis homines Jure sibi incumbenti perpetuo possidendam statui facere voluissent, Tunc Mychael et Thomas ac Johannes filius Elye, petrus et Gregorius, necnon Nobilis domina Elena nuncupata in ipsa possessione d y a k o w c h appellata residentes statucioni dicte possessionis annotate domine Clara nuncupate fiende contradiccionis velamine obuiassent, Quosquidem Contradictores ydem noster et dicti Capituli Wesprimiensis homines ad reddendam eorum Inhibicionis racionem contra annotatam dominam Claram vocatam ad predictas presentes octauas festi beati Jacobi apostoli nostram specialem in presenciam Citauissent, ad quasquidem octauas prefati in causam attracti per annotatum Nicolaum filium Johannis procuratorem dicte Nobilis domine legittimis diebus dictarum octauarum

coram nobis expectati nostram specialem in presenciam non venerunt neque miserunt, se mediantibus literis nostris Judicialibus in Judicÿs agrauari permittendo, dehinc adhuc prefatus procurator dicte domine, quasdam literas Comitis Nicolai fily vgrini Judicis Curie Serenissimi principis domini lodouici Illustris regis Hungarie soceris et predecessoris nostri Karissimi priuilegiales in vissegrad sedecimo die octauarum festi omnium sanctorum anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo nono emanatas nobis presentauit Inquibus inter alia memoratam possessionem D y a k o w c h alio nomine B o k r a n d in Comitatu de Crasso penes f l u u i u m B o k r a n d existentem memorato Stephano sartori ac eius heredibus et successoribus vniuersis vtriusque sexus ex se legittime descendentibus per annotatum Comitem (Nicolaum) filium vgrini ex racionibus in eisdem literis eiusdem Comitis Nicolai expressis et specificatis adiudicatam et eidem Stephano sartori per ipsius domini Lodouici regis et dicti Capituli Chanadiensis homines legittime statutam fore comperimus (euidenter?) Quarum literarum exhibicionibus factis prefatus procurator dicte Nobilis domine Clara vocate eidem super premissis Juris equitatem per nostram maiestatem postulauit impertiri, verumquia prefata domina Clara nuncupata acceptis predictis nostris ..... ac dictorum Chanadiensis et Wesprimiensis Capitulorum hominibus trinis vicibus ad faciem dicte possessionis d y a k o w c h vocate in Comitatu de Crasso existentis vicinis et commetaneis suis vniuersis illic legittime conuocatis et presentibus a(ccedendo) eandemque recaptiuando sibi per eosdem nostros, vestrum ac dictorum Chanadiensis et Wesprimiensis Capitulorum homines Jure sibi incumbenti perpetuo possidendam statui facere voluisse, Statucionique eiusdem primo prefatus Thomas secundoque predicti Thomas Mychael petrus Gregorius et dominicus, Tercioque et vltimo predicti Mychael Thomas Johannes fily Elye petrus et Gregorius necnon Nobilis domina Elena nuncupata statucioni dicte possessionis d y a k o w c h ....ie recaptiuate, contradiccionem fecisse et ydem ad reddendam eorum Inhibicionis racionem ad predictos terminos legitimos Citari in presenciam eiusdem Judicis ordinarÿ contumacia preassignata venire vel mittere non curasse, sed se

dictarum literarum nostrarum Judicialium seriebus Judiciorum oneribus opprimi permisisse, annotatus eciam Comes Nicolaus dictam possessionem d y a k o w c h memorato Stephano sartori patri videlicet dicte Clare antedicte eiusque successoribus vtriusque sexus ex se legitime descendentibus vniuersis adiudicasse, ac per Regium et dicti Capituli Chanadiensis homines in perpetuum legittime statui fecisse ex seriebus omnium premissarum literarum nunc nostri in presencia productarum lucide agnoscebamur, C o n s u e t u d i n a r i a vero r e g n i nostri l e g e ab antiquo approbata requirente, quicunque in facto aliquorum Jurium possessionariorum per quempiam trinauice recaptiuatorum contradiccionem fecerunt et eisdem in presenciam eorum Judicis ordinarÿ ad tres terminos legitimos eis Juridice assignatos Citatis ydem contumacia preassumpta comparere renuerunt amplius tales huiusmodi Jurium possessionariorum statucioni per quempiam recaptiuatorum non valent contradictorie obuiare, Sed requisitores eorundem Jurium possessionariarum contradiccione quorumlibet aliorum et ipsorum Inhibitorum non obstante in dominium eorum statui debent atque introduci, pro eo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente petrus filius Nicolai de Monozlow homo noster de Curia nostra ad id specialiter transmissus ad faciem prefate possessionis d y a k o w c h vocate in Comitatu de C r a s s o existentis vicinis et commetaneis suis vniuersis illic legittime conuocatis et presentibus accedendo eandem cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs prefate domine Clare, contradiccione prefatorum in causam attractorum et aliorum quorumlibet eoque tempore recaptiuacionis et statucionis eiusdem nullius alterius preterquam eorundem Inhibitorum obuiarat contradiccio, obuiari non valente, statuat et committat perpetuo possidendam. Et posthec ipsius possessionarie statucionis seriem vt fuerit expediens ad octauas festi beati Martini confessoris nunc venturi nostre speciali fideliter rescribatis mayestati, presentes autem propter absenciam venerabilis patris domini Johannis Archiepiscopi Strigoniensis aule nostre Cancellarÿ sigillorum nostrorum erga ipsum habitorum sigillo eiusdem fecimus con-

signari, Datum in Vissegrad vigesimo nono die termini prenotati Anno Domini M^mo CCC^mo Nonagesimo.

(*Kivül*: Fidelibus suis Capitulo ecclesie Orodiensis pro Nobili domina Clara nuncupata filia condam Stephani sartoris nunc vero consorte Benedicti fily Mychaelis de Halap Super quadam possessionaria statucione per nostrum et vestrum homines modo infrascripto fienda et in octauis festi beati Martini confessoris Ad Judicem.)

Későbbi kéz által: pertinuit ad nobilem dominam Claram sartoris filiam Stephani sartoris consortem Benedicti fily Mychaelis de Z a l a. [1])

(Eredetije szakadozott és vízfoltos hártyán a budai kam. ltárban, NRA, 199. csomag, 27. szám. Külsőleg, a bal szélen az apró pecsét nyoma.)

132.

1391. február 5-én.

Magnifico et potenti viro domino Stephano regni Hungarie palatino, et Judici Comanorum Capitulo ecclesie Orodiensis Amiciciam paratam cum honore, vestra nouerit magnitudo, quod nos literas Serenissimi principis domini nostri domini Sigismundi, dei gracia Illustris regis Hungarie etc. honore quo decuit recepimus in hec verba. (Lásd 129. szám alatt Zsigmond király 1391. évi levelét.) Nos igitur mandatis eiusdem domini nostri regis exdebita fidelitate parentes vt tenemur, vnacum Egidio filio Stephani homine regio predicto, nostrum hominem, magistrum Garardum, consocium et concanonicum nostrum, ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum qui tandem exinde ad nos reuersy nobis taliter retulerunt requisiti, quod Idem homo regius, presente dicto testimonio nostro, feria quinta ante festum Epiphaniarum domini proxime preteritum in possessionem r e m e t e, ad prefatum Stephanum filium petri, ac in possessionem E g u r z e g ad dictam dominam accedendo, ipsa literalia instrumenta, verbo maiestatis ipsius domini nostri regis, ipsis Basilius filio Nicolai, ac domine Katherine pro execucione Juris ipsorum reddere et restitui, duxisset et commisisset, que scilicet Instrumenta dicti magister Stephanus et

[1]) Hibás olvasás, a helyett, hogy Halap, mint az okmány szövegéből kitetszik.

domina, apud ipsos fore asseruissent, sed ipsa restituere et reddere non curassent, quos scilicet magistrum Stephanum, et Nobilem dominam relictam Nicolai, in dicta r e m e t h e quemlibet porcione sua die in eodem, contra iamdictos Basilium et dominam Katherinam, ad octauas festi purificacionis nunc venturas in vestre Euocassent presenciam magnitudinis, litis pendencia siqua foret interipsos non obstante, Datum in festo beate agathe virginis et martiris anni domini M^mo CCC^mo nonagesimo primo.

(*Kívül:* Domino palatino pro Basilio filio Nicolai, ac domina Katherina relicta condam Benedicti fily Heem, contra Stephanum filium petri et dominam relictam Nicolai fily pauli, ad octauas festi purificacionis Euocatoria.)

(Bal szélén: pro *a* demetrius de perechke cum wesprimien. Capit. Chanadien. [Kitörölve ezen szavak: Temesien, Crasso cum] Temesien. Alább: Johannes filius lamperti de Z u r c h u k.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán monyoru pecsét nyoma. Folyószám 2146.)

133.

1391. május 6-án.

Domine graciose prout eciam in nostro recusu (így recursu helyett) vestram Maiestatem petiueramus vt quibusdam Nobilibus in partibus istis existentibus solarium disponeretis quatenus in seruicÿs vestre mayestatis certum cognosceremus, sic et nunc vestram presentibus rogamus mayestatem, ac amonemus celsitudinis vestre serenitatem obnixe, vt eÿsdem nobilibus per nos electis hic solarium ordinetis, si non in pecunÿs, tamen in salibus facientes, quia si hoc non feceritis, tot sales hic habetis, qui in vanum anichilantur, quod si feceritis bene quidem, alioquin, hoc in nostra fidelitate vestre mayestati in perpetuum exhibitura intimemus, qua et vobis tenemur, nunciamus, vestram in brevi penitencia mayestatem non fecisse, hec enim nobis confidentes committetis, si vestre mayestati hoc facere congruerit, vt predictis nobilibus premissa solaria mediantibus vestre mayestatis litteris persolvere faciamus, quod vestre mayestatis pro profectu intima-

mus. Scripta in Maxonde tercio die festi Assumcionis Domini.

Nicolaus de Peryn
vester fidelis
Banus de Zeurino.

(*Kivül:* Serenissimo principi domino Sigismundo Inclito Regi Hungarie domino suo gracioso.)

(Eredetije a pécsi püspöki levéltárban.)

Közli Fejér György X. 1. köt. 724. 725. lapján 1391. évszámmal; és újra X. 7. köt. 905. lapján 1437. évi kelettel.

134.

1391. augusztus 17-én.

Nos Capitulum ecclesie Orodiensis memorie commendamus per presentes, quod ad nostram accedens personaliter presenciam, Stephanus filius Petri fily Heem de Remethe ab vna parte vero ab altera andreas filius Johannis de Machadonia sine literis procuratorÿs pro nobili domina relicta condam Nicolai Bani filÿ predicti Heem de Hegerseg idemque andreas prefato Stephano filio Petri fily Heem aliqua literalia instrumenta missa per prefatam nobilem dominam super possessiones Schekas Woya Keuhesd Ermen acastho et bastiuisse uocatas eidem prefato Stephano presentauit et restituit coram nobis assumpsit nichilominus idem prenominatus Stephanus eidem nobili domine relicte condam Nicolai Bani et filiabus suis videlicet Margarethe et Katherine vocatis dare vnam possessionem nomine Moyafolua cum vno molendino vtendum et possidendum donec possessiones prefati Nicolai Bani reinuenire et rehabere posset reinuenta et rehabitaque eidem nobili domine et filiabus suis de omnibus possessionibus de tercia parte quartam partem dare teneatur tali obligamine inter posito quod si idem sepedictus Stephanus filius petri in infrascriptis persistere nollet aut non curaret extunc in mille marcis grau iponderis conuincatur eo facto ad quod se idem Stephanus obligauit coram nobis In cuius rei testimonium et memoriam firmitatemque perpetuam literas nostras a nobis petitas concessimus Justicia regni

suadente, Datum feria quinta proxima post festum assumpcionis beate virginis gloriose Anno domini Millesimo CCC° Nonagesimo primo.

(Eredetije hártyán a Kállay-család levéltárában. Hátán a káptalan monyoru pecsétje. Múzeumi folyószám 2148.)

135.

1392. január 22-én.

Nos magister demetrius filius Ireney vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crassow damus damus (így) pro memoria, quod cum nos ad legitimam peticionem Johannÿ (így) literati de vaya ladislaum filium Johannis de G u g t h e l e q u e hominem nostrum ad infra Inquisicionem faciendam transmisissemus qui demum exinde ad nos reuersus nobis retulit istomodo quod ipse accedendo ab omnibus quibus licuisset et decuisset pallam et occulte diligenter debuscriptis (így) hanc sciuisset veritatem inquirendo, quod feria quinta proxima ante festum ascensionis domini proxime iam preteritum anthonius officialis petri fily Georgy de C r a s s o w f e v manibus armatis et potenciarÿs sub forma latrocinÿ ad possessionem magistri Stephani fily petri v a y a vocatam irruisset ibique in eadem possessione vnum equum conducere voluisset, ex quo quod conducere non valluit oues populorum pepelli fecisset, de Quibus decem de . . . lui fecisset, eo non contentus vni Jobagiony ipsius omnia bona ipsius erga se habitis penitus recepisset denudatum emisisset in Mezeusomplow in festo beati vincency martiris Anno domini M° CCC^mo Nonagesimo secundo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 2172.)

136.

1392. június 11-én.

Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie dalmacie Croacie etc. necnon Marchio Brandenburgensis, Memorie commendamus per presentes, Quod Bogdanus kenesius de Muthnuk, ac Stephanus filius eiusdem ad nostre maiestatis accedentes conspectum exhibuerunt nobis quasdam litteras Magni-

fici viri domini Nicolai de Peren condam Bani Zewriensis super facto et statucione cuiusdam particule terre per ipsum adiudicata confectis, Supplicantes nostro regio culmini, vt easdem ratas et gratas habentes de verbo ad verbum inseri et transscribi faciendo, eisdem nostrum regium consensum prebere dignaremur pariter et assensum, Quarum tenor talis est, Nos Nicolaus de Peren inter ceteros honores Banus Zewriniensis stb. (Lásd külön 1391 év alatt).[1]) Nos igitur predictorum Bogdani Kenesÿ, et Stephani filÿ eiusdem supplicacionibus fauorabiliter inclinati easdem litteras gratas et ratas habentes, ac de verbo ad verbum inseri et transscribi, ac secreto Sigillo nostro consignarifacientes, ipsis nostrum regium consensum adhibuimus in quantum rite emanate existunt, pariter et assensum, Harum nostrarum testimonio litterarum, Datum in karan feriatercia proxima post festum sancte Trinitatis, Anno domini Millesimo, Trecentesimo LXXXX^{o} secundo.

(Losonczi Zsigmond orsovai várnagy 1419-diki itéletleveléből, melyet átírt és megerősített Zsigmond király 1421-ben. Megvan a Macskási-család levéltárában.)

137.

1392. július 12-én.

Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandemburgensis etc. Memorie commendamus significantes tenore presencium quibus expedit vniuersis, Quod quamquam nos qui diuina nobis suffragante clemencia sceptra gubernamus regalia et eorum principatui auspice deo feliciter presidemus, cunctorumque nostrorum fidelium fidelitates et actus strennuos prouida consideracione pensatis et ipsis pro eisdem exinnata nobis liberalitate regia condigna premia solemus elargiri Recensientes et in regalibus precordys reuoluentes preclaras fidelitates laudedigna obsequia ac sinceras et virtuosas conplacencias fidelis nostri dilecti Magnifici viri domini Nicolai de peren pridem Bani nostri Zeuriniensis quibus idem celsitudini nostre in plurimis nostris et regni nostri agendis prosperis et aduersis subdiuersitate

[1]) Megjelent: A Szörény vármegyei oláh kerületek 52. lapján.

ocorum et temporum per suorum laudabilium operum efficaciam et indefessam sollicitudinem multimode studuit complacere Signanter autem interceteros eius actus strenuos dum maiestas nostra in anno iam elapso cum victorioso culminis nostri exercitu Regnum Rasscie adrefrenandam nostrorum rebellium proteruiam magnifice ingressa extitit Castrumque Borych regno in eodem situatum obsedit, idem dominus Nicolaus in ipsius Castri expugnacione telorum lapidumque densitates non aborrens personam suam pro nostri honoris incremento casibus mortis exponere minime expauit Sed et precipue animaduertentes quomodo alias dum scelerata cohors Turkarum in sua pluralitate confisa iamdictum regnum Rascie hostiliter inuasit et in eodem ausu temerario spolia incendia homicidiaque committens corda plurimorum christicolarum conturbauit, memoratus dominus Nicolaus Banus non sine magnis sumptibus armigerorum gencium copia falleratus supradictum regnum Rascie introeundo iamdictos Turkos Crucis hostes veluti tyro egregius potenter agrediens plurimos exeisdem inore sui glady prostrauit et lancea letaliter sauciauit Reliquos vero asistente sibi aliorum nostrorum fidelium militum et clientum caterua ablatis nonnullis ipsorum nepharÿs Banderÿs, seu vexillis infugam conuertit Ipsaque vexilla nobis honorifice transmisit sicque nostro culmini et sacro regio dyademati gratos et acceptos exhibuit famulatus, Premissorum itaque intuitu et vt idem dominus Nicolaus Banus nostris obsequiis feruencius posset intendere dignum arbitrata est nostra Serenitas et non minus arbitratur de presenti, vt eundem veluti benemeritum benignis fauoribus et gratuitis donis prosequeremur, Matura igitur extunc prehabita deliberacione et de certa maiestatis nostre sciencia fideliumque Baronum nostrorum consilio Regale Castrum nostrum Ersomlyo vocatum in Comitatu de Crasso existens simulcum possessionibus et villis Ersomlyo Crassofew Chernech Jabolnok Waradÿa et Wizwar vocatis ipsarumque vtilitatibus et comoditatibus, vtpote terris cultis, et incultis vineis agris pratis pascuis aquis aquarumque decursibus Molendinis riuulis Siluis nemoribus Campis et Montibus, ceterisque pertinencÿs vniuersis, cuiusuis nominis vocabulo appellatis sub veris metis et

antiquis per regiam celsitudinem tentis possessis et seruatis memorato domino nicolao Bano, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, de manibus nostris regÿs, noue nostre donacionis titulo, ac omni eo Jure, quo dictum Castrum et eius pertinencie nostre rite incumbunt collacioni dederimus donauerimus et contulerimus perpetuo possidendum tenendum pariter et habendum, Promiserimusque prefatum nicolaum Banum suosque heredes et posteritates in dominio dicti Castri et eius pertinenciarum abomnibus impetitoribus et causidicis protegere expedire et manutenere, proprys nostris laboribus sumptibus et expensis, Considerantes tamen et in regio animo diffusius pensantes Idem Castrum Ersomlio et eius pertinencias vsui et decencie nostri culminis vtilius comodosius fore et vberiores, dictum Castrum Ersomlÿo et cunctas ipsius pertinencias prenarratas fisco et vsui nostris Regÿs aggregandum duximus et incorporandum Matura tandem prehabita deliberacione de consensu et beneplacita voluntate Serenissime principis domine Marie dictorum regnorum Illustris regine consortis nostre carissime, sanoque ad id fidelium prelatorum et Baronum nostrorum consilio accedente, Attendentes nichilominus prelibati dilecti fidelis nostri Nicolai Bani fidelitates et obsequia per eum sacro regio dyademati et per consequens nostre et dicte domine Regine conthoralis nostre precare maiestatibus sicuti prescribitur nuperime eciam aduersus dictos Turkos Crucis hostes in regno Rasscie non sine magnis sumptibus personarumque suarum detrimentis exhibitis et Impensis ac in futurum vti non ambigimus toto conamine Impendendis, hac itaque ducti consideracione ac in recompensam et concambium ipsius Castri Ersomlÿo et eius pertinenciarum Regale Castrum nostrum patak vocatum simulcum Opidis similiter patak, et Wyhel vocatis, ceterisque villis ad dictum Castrum rite spectantibus in Comitatu Zemlyniensi existentis ac Jurispatronatus ecclesie parochyalis in dicta patak existentis, Item possessionem nostram regiam Zyna vocatam simulcum Tributo in eadem habito in Comitatu abawyuariensi existentem, extra tenutas dicti Castri patak situatis, ceteras eciam quaslibet vtilitates et pertinencias dictorum Castri Opidorum possessionum tributorum et presertim terras cultas et incultas

vineas agros, prata pascua, aquas Molendina, Siluas Montes nemora et alias comoditates vniuersas cuiusuis vocabulo appellatas sub eorum veris et antiquis metis quibus per nostram maiestatem tentis fuere et possesse, memorato domino Nicolao Bano suis que heredibus et posteritatibus vniuersis, de manibus nostris regÿs, noue donacionis nostre premissique concambÿ titulis dedimus donauimus et contulimus, ymmo damus donamus et conferimus perpetuo et irreuocabiliter possidenda tenenda pariter et habenda Saluo Jure alieno Promittimus nichilominus et pollicemur eundem Nicolaum Banum ipsiusque heredes et superstites in dominio dictorum Castri opidorum possessionum et cunctarum pertinenciarum eorundem, necnon Jurispatronatus temporis in processu ab omnibus impetitoribus et causidicis in Judicio et extra Judicium protegere manutenere et expedire proprÿs nostris laboribus sumptibus et expensis Et quum dictum Castrum E r s o m l y o in fructibus prouentibus iamdicto Castro patak opulencius et vterius existit spondemus igitur huiusmodi defectum eidem domino Nicolao Bano et suis heredibus graciose refundere et recompensare harum nostrarum testimonio literarum quas dum nobis in specie reportauerint in formam nostri priuilegy redigi faciemus pro eisdem Datum in Rasscia districtu Brancho prope portum danobÿ in descensu campestri nostri exercitus feria sexta proxima ante festum sancte Margarethe virginis et martiris Anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo.

(Zsigmond király 1406. évi átiratából, melynek eredetije megvan hártyán a gr. Erdődy-család vörösvári levéltárában. Capsula 70. fasc. 1. No 3. A fehér-zöld selymen csüngött pecsét elveszett.)

138.

1392. október 4-én.

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandemburgensis etc. fidelibus suis Capitulo agriensi Salutem et graciam Cum nos Castrum nostrum regale patak vocatum simulcum Opidis similiter patak et Wyhel nuncupatis terrisque villis ad ipsum Castrum rite spectantibus in Comitatu Zemlyniensi existentibus, necnon pos-

sessionem nostram similiter regalem Zyna vocatam, simul cum tributo in eadem habito in Comitatu abawyuariensi existente cum quibuslibet pertinencÿs eiusdem viro magnifico domino Nicolao de peren, condam Bano prosuis meritorÿs seruicÿs in concambium Castri E r s o m l y a vocati, et eius pertinenciarum noue nostre donacionis titulo perpetuo contulerimus Ipsumque in dominium eiusdem et ipsorum Opidorum ac possessionis lege regni requirente, per vestram fidelitatem statuifacere velimus. Ideo eidem vestre fidelitati firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Nicolaus de Weche vel Jacobus fwlo de fwlohaza an Johannes filius Nicolai de Bolta seu Lucas de Zbugya alys absentibus homo noster ad faciem dicti Castri patak ac opidorum possessionisque tributi villarum et pertinenciarum eiusdem et ipsorum vicinis et commetaneis eorundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Statuat idem et eosdem dicto Nicolao de peren premissi conbambÿ, noueque donacionis nostre titulis perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum Contradictores vero si qui fuerint citet ipsos contra dictum dominum Nicolaum in nostram presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros Et posthec seriem omnium premissorum cum nominibus villarum vt fuerit expediens nobis fideliter rescribatis, datum Strigony in festo beati francisci confessoris. Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo secundo.

(Átírta az egri káptalan 1392. évben, — az egri átirat Zsigmond király 1406. évi átiratában foglaltatik, melynek eredetije megvan a gróf Erdődy-család vörösvári levéltárában.)

139.

1392. október 12-én.

Omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Capitulum ecclesie agriensis Salutem in omnium saluatore ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod Jacobus dictus fwlo de fwlohaza pro magnifico viro domino Nicolao de peren condam Bano

Zeuriniensi ad nostram personaliter accedens presenciam, exhibuit nobis litteras Serenissimi principis domini nostri regis Sigismundi maiori suo sigillo consignatas hunc tenorem continentes.

(Lásd Zsigmond királynak 1392. Esztergomban kelt levelét 138. sz. a.)

Nos igitur mandatis regÿs humiliter obtemperare cupientes vt tenemur cum prefato Jacobo de fulohaza homine suo regio discretum virum dominum Nicolaum Archydiaconum de pankata concanonícum nostrum transmisimus pro testimonio adpremissa exequenda Qui demum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt istomodo quod ipsi feria tercia proxima ante festum beati Dyonisy martiris iam preteritum et alÿs diebus ad ipsam statucioncm aptis et congruentibus, ad facies dicti Castri patak et opidorum similiter patak et wyhel vocatorum necnon villarum Ordo Borsy et Kysthoronya vocatarum ad ipsum Castrum spectancium ac possessionis Zÿna prenotate accessissent, vbi vicinis et commetaneis eorum, conuocatis et presentibus prescriptum Castrum patak et Opida ac villas patak wyhel Ordo Borsÿ et Kysthoronya nuncupatarum cum omnibus vtilitatibus et pertinencÿs eorundem Specialiterque Montibus Siluis, terris, fluuÿs aquis et aquarum decursibus, dictam vero possessionem Zyna cum tributo in eodem exigi consueto et alÿs suis vtilitatibus vniuersis, sub suis veris et antiquis limitacionibus Statuissent eidem domino nicolao Bano premissi concamby, ac noue regie donacionis titulis perpetuo possidendam et possidendos nemine contradictore apparente In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes contulimus sigilli nostri auttentici et pendentis munimine roboratas ac alphabeto intercisas, Presentibus tamen Thoma preposito Jacobo lectore petro Cantore Georgio Custode dominis, Item Johanne de Zemlÿn, Mychaele de Borsod Johanne de patha Thoma de Tarchafew Johanne de Wywar Johanne de Zabolch Nicolao de pankata Briccio de Wag et Ladislao de Heues archidiaconis et alys multis vitam ducentibus in dictaque ecclesia Jugiter deo famulantibus Datum sabbato proximo post predictum festum beati Dyonisy martiris Anno domini supradicto Regnante eodem domino nostro Sigismundo Illustri

Rege Hungarie, venerabilibus inchristo patribus et dominis Johanne permissione diuina Strigoniensis et Nicolao Colocensis ecclesiarum archyepiscopis, Et domino Stephano dei et apostolica gracia Episcopo dicte ecclesie agriensis domino et prelato nostro existentibus.

(Átírta Zsigmond király 1392. tercio kalendas Septembris, és ezen átiratot ismét átírta 1406. évben, mely utóbbinak eredetije megvan a gr. Erdődy-család vörösvári levéltárában.)

140.

1392. október 30-án.

Sigismundus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie lodomerie Comanie Bulgarieque Rex ac Marchio Brandemburgensis Sacri Romani Imperÿ archycamararius necnon Bohemie et lucemburgensis heres Omnibus christifidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatore Regie magnitudinis nostre expostulat et requirit officium vt vnius cuiusque merita animo meciamur pietatis et hÿs quos opera sue virtutis regali remuneracione dignos efficiunt grata debemus reddere premia meritorum vt hoc viso nobis subditi de fidelitate fideliores reddantur et ad fidelitatis opera excercenda obnixius incitentur, Proinde advniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod fidelis noster Magnificus vir Nicolaus de peren olym Banus noster Zeuriniensis ad nostre maiestatis accedens presenciam exhibuit nobis quasdam duas literas, vnam videlicet nostram patentem minori secreto et rotondo sigillo nostro consignata super donacione et perennali collacione ac concambiali permutacione cuiusdam Castri nostri Regÿ Patak vocati ac opidorum similiter patak et wyhel vocatorum, ceterarumque villarum ad dictum Castrum rite spectancium in Comitatu Zemliniensi habiti et existencium, necnon possessionis similiter nostre Regie Z y n a vocate et Tributi in eadem exigi soliti in Comitatu abawywaryensi existentis et reliquam honorabilis Capituli ecclesie agriensis priuilegialem super legittima earundem Castri opidorum possessionis Tributi et villarum ad eundem perti-

nencium statucione pro ipso et suis heredibus rite factis confectas tenorum subsequencium Supplicans exinde idem Nicolaus Banus nostre maiestati prece subiectiua vt easdem nostram et annotati Capituli priuilegialem litteras simulcum graciarum prorogatiuis in dictis litteris nostris expressis Ratas gratas et acceptas habendo nostrisque litteris priuilegialibus verbotenus inseri et redigi faciendo pro ipso et eius heredibus ac posteritatibus vniuersis Innouantes perpetuo valituras dignaremur confirmare, quarum vnius, vtputa nostre litere patentis tenor is est.

(Lásd Zsigmond király 1392. évi levelét 138. sz. a.)

Alterius vero littere scilicet ipsius Capituli ecclesie agriensis priuilegialis tenor sequitur in hec verba.

(Lásd az egri káptalan 1392. évi jelentését 139. sz. a.)

Nos igitur Justis et Juris consonis ipsius Nicolai Bani suplicacionibus antefatis nostre maiestati per eundem modo premisso condecenter oblatis Regia benignitate exauditis fauorabiliter et admissis pretaxatas nostram patentem et annotati Capituli agriensis priuilegialem literas non abrasas non cancellatas, necnon in aliqua sui parte viciatis, sed mera veritatis et plenitudinis integritate prepollentes presentibusque de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas, quo ad omnes earum continencias clausulas et articulos, potissime prefati Nicolai Bani multipharÿs preclaris fidelitatibus et fidelibus sinceris vberimis obsequÿs per eundem Jugiter Insigniteque (így) ipsis sacro regio dyademati, necnon nostre et Reginali maiestatibus locis et temporibus incumbentibus, sumpma cum diligencia exhibitis et impensis, plurimum requirentibus acceptamus approbamus et ratifficamus ac easdem exconsensu et beneplacita voluntate Serenissime principis domine Marie Inclite dicti regni Hungarie regine conthoralis nostre carissime prelatorum et Baronum nostrorum consilio prematuro simulcum antefatis Castri Opidorum possessionis Tributi et pertinenciarum eiusdem concambialis donacionis permutacione et Statucione ac graciarum prerogatiuis in tenoribus earundem superius lacius explicatis mera auttoritate et potestatis plenitudine, ac ex certa sciencia nostre maiestatis pro dicto Nicolao Bano suisque heredibus et posteritatum

cunctis sobolibus Innouantes perpetue valituras confirmamus, Presencium literarum nostrarum priuilegialium patrocinio mediante. Saluo Jure alieno Incuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus eidem litteras nostras priuilegiales pendentis et auttentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas, datum per manus Reuerendissimi in cristo patris et domini Johannis archyepiscopi ecclesie Strigoniensis, locique eiusdem Comitis perpetui, ac aule nostre et ipsius reginalis maiestatum eximy Cancellarÿ dilecti nostri et fidelis anno domini Millesimo CCC^mo^ nonagesimo Secundo Tercio kalendas mensis Septembris regni autem nostri anno Sexto, [1]) venerabilibus inchristo patribus et dominis valentino titulo sancte Sabine sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali et alme ecclesie Quinqueecclesiensis gubernatore, eodem domino Johanne ipsius ecclesie Strigoniensis, Nicolao Bubek Colocensi petro Jadrensi, andrea Spalatensi et altero andrea Ragusiensi archyepiscopis Johanne Waradiensi Demetrio Transsiluanensi Johanne Zagrabiensi Stephano Cykow agriensi Johanne Boznensi Materno Wesprimiensi Johanne Jauriensi, petro Wacyensi, Sirimiensi et Nitriensi sede vacantibus, Johanne Chanadiensi Grisogono Traguriensi francisco Scardonensi paulo Tinniniensi Johanne Nonensi anthonio Sibiniensi et leonardo decretorum doctore Seniensi ecclesiarum Episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, Magnificis viris Stephano regni Hungarie Palatino et Judice Comanorum

[1]) E keltezés megfelel 1392. augusztus 30-ának. Miután azonban e királyi levélbe október 4-én és 12-én kelt levelek is átiratnak, világos, hogy a keltezésben hibának kell lenni. Zsigmond király megkoronáztatik 1387. év márczius 31-én. E szerint uralkodásának hatodik éve, melyről az 1392. évi levél szól, tart ez év márczius 31-étől 1393. márczius végeig. Azt vélem tehát, hogy a jelen oklevélben tercio kalendas mensis Septembris helyett, tercio kalendas Novembris, azaz október 30-át kell olvasni. A kortársak közt említett Csáktornyai István nádor még ez év november elején viselte hivatalát, de november 11-én a nádori méltóság már üresedésben volt. A király oklevele tehát sem előbb, sem utóbb nem állíttathatott ki, mint október 30-án.

Hogy az oklevelek keltezésében sokszor hibák fordulnak elő, minden történetbúvár tudja. A magyar országos levéltárban van Kis Károly király egy levele, mely halála utáni időben kelt.

Emerico Bubek wayuoda Transsiluano et Comite de Zolnuk Comite Johanne de kapolya Judice Curie nostre ladislao filio petri de Sarow tocius regni Sclauonie Georgio filio condam andree w a y u o d e Ma c h o u i e n s i Detrico similiter B u b e k Z e u r i n i e n s i Banis Nicolao filio Johannis de Kanisa Tauarnicorum Leustachio de Ilswa Janitorum Georgio de Chytnuk dapiferorum Johanne de peren piucernarum, ac eodem domino Stephano palatino agazonum nostrorum magistris Stiborio de Stiborych Comite posonyensi, alÿsque quampluribus regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

(Zsigmond király 1406. évi átiratából, melynek eredetije megvan a gr. Erdődy-család vörösvári levéltárában.)

141.

1394. február 23-án.

Nos ladislauş et Stephanus fily Johannis de Hidueg Comites de Crassow et Judices nobilium de eodem damus pro memoria Quod cum nos ad legitimam peticionem Michaelis de G y r e g, Markum de eadem G y r e g, hominem nostrum ad infra Inquisicionem faciendam transmisissemus, qui demum exinde ad nos reuersus nobis retulit istomodo quod ipse accedendo ab omnibus hominibus quibus licuisset et decuisset pallam et oculte diligenter de sub scriptis talem sciuisset veritatem inquirendo, quod in festiuitate omnium sanctorum proxime iam preterita, Stephanus filius petri condam bani de Remethe ex preconcepta racionis malicia ad possessionem magistri Georgy Chonuk h u m o r vocatam irruissent cum suis complicibus, ibique quinque boues bonos et duas vaccas vitulos procreare volentes, qui boues LX-ta florenos vallencia, (sz *in* szó elmaradt) preiudicium ipsius valde magnum datum in humor feria secunda proxima post festum beati petri kathedre anno domini M^mo^ CCC^mo^ Nonagesimo quarto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 2263.)

142.

1394. október 11-én.

Capitulum Ecclesiae Transyluaniae, Omnibus Christifidelibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in omnium saluatore, Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod Ma(gister) Nicolaus filius ..... de M o t h n w k Clericus de Choro nostro ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis quasdam literas patentes (Serenissimi) principis domini Sigismundi Dei gracia Illustris Regis Hungariae, sub minori sigillo eiusdem confectas, tenoris infrascripti, petens nos cum instancia, vt ipsas ad vberiorem cautelam et Juris sui conseruacionem de verbo ad verbum transcribi et in formam nostri priuilegÿ redigi facere dignaremur. Quarum tenor talis est. Nos Sigismundus Dei gracia Rex Hungariae Dalmaciae Croaciae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Memoriae commendamus presencium tenore, significantes quibus expedit vniuersis Quod nos consideratis fidelitatibus et obsequÿs fidelis nostri Bogdan Valachi de M o t h n w k ..... quibus idem Maiestati nostrae studuit complacere, potissime animaduertentes et re ..... ipsius pridem in (conflict)u aduersus Turcas habito, per eum nobis et sacrae coronae exhibita et impensa, volentes itaque eundem premissorum intuitu fauore prosequi gracioso, possessiones M a c h w a et D o b r e g o z t e vocatas impertinencÿs castri nostri (S e b e s) existentes, quas alias idem sub seruitute Keneziatus tenuisse perhibetur sequestrantes et eximentes dominio dicti castri potestate, ipsas vnacum singulis earum vtilitatibus et commoditatibus vtpote terris cultis et incultis, aquis, aquarumue decursibus, (montibus) Alpibus et pascuis caeterisque pertinencÿs vniuersis, sub earum veris et antiquis metis (iuribus) per eundem Bogdan hactenus (habitae?) et possessae, eidem Bogdan, ac per eum Stephano, Farkasio, Nicolao, Ladislao et Johanni filÿs ipsius: necnon Ladislao, Demetrio et Michaeli filÿs Opprissa fratribus suis condiuisionalibus, ipsorumque haeredibus et posteritatibus vniuersis de manibus nostris Regÿs nouae donationis nostrae titulo, ac omni eo Jure

quo eaedem nostrae rite incumbunt collationi dedimus, donauimus et contulimus. Imo damus donamus et conferimus perpetuo possidendas. Quas dum nobis in specie reportauerint in formam nostri priuilegÿ redigi faciemus. Datum Budae in festo Resurrectionis domini Anno eiusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo quarto. Nos etiam peticionibus eiusdem Magistri Nicolai innuentes tenorem predictarum literarum regalium omni integritate pollentem, de verbo ad verbum transcribi fecimus et pendentis sigilli nostri munimine roborantes Datum die Dominico proximo ante festum Beati Galli confessoris Anno domini Millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, honorabilibus et discretis viris dominis Johanne preposito, Ladislao Cantore, Petro Custode et Petro archidiacono de Torda decano, Canonicis Ecclesiae nostrae existentibus.

(Az erdélyi káptalan 1593. évi átiratából.)

143.

1394. október 11-én.

Capitulum Ecclesiae Transyluaniae. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, Salutem in omnium saluatore, Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod nos literas excellentissimi principis domini Sigismundi Dei gracia Illustris regis Hungariae honore quo decuit recepimus in haec verba, Sigismundus Dei gracia Rex Hungariae Dalmaciae Croaciae etc. Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo Ecclesiae Albensis partis Transyluanae salutem et graciam. Dicit nobis Bogdan filius Stephani de M u t n o k quod ipse in dominium quarumdam possessionum M a c h w a, A l m a f a, D o b r o g o z t a et M o t n w k vocatarum, ipsum omnis Juris titulo concernencium legittime vellet introire. Superquo fidelitati vestre firmiter edicimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Cristianus filius Dees, vel opprissa, aut Stanislaus filius Iwan alys absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo introducat ipsum in dominium earun-

dem statuatque easdem ipsi, Jure sibi incumbenti, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint euocet ipsos contra annotatum Bogdan nostram inpresenciam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec omnium premissorum seriem, vt fuerit expe*diens*, nobis fideliter rescribatis. Datum in T e m e s w a r In vigilia festi Beati Mathaei Apostoli, Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo quarto. Nos etiam mandatis eiusdem domini regis obedire vt tenemur cupientes, vna cum Stanislao filio Iwan, homine suo nostrum hominem videlicet Michaelem Clericum de Choro nostro ad premissa exequenda duximus transmittendum, Qui demum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi die Dominico proximo post festum Beati Michaelis Archangeli iam preteritum, ad facies predictarum possessionum M a c h w a, A l m a f a, D o b r a g o z t a et M o t h n w k vocatarum pariter accessissent, ac ipsas vicinis et commetaneis vniuersis circumquaque legitime conuocatis, ipsisque presentibus, Juxta continentiam literarum prefati domini regis, prefato Bogdan statuissent perpetuo possidendas penitus nemine contradictore apparente, secundum regni consuetudinem tribus diebus continuis in eisdem moram faciendo. Datum die Dominico proximo ante festum Beati Galli confessoris, Anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo quarto, honorabilibus et discretis viris dominis Johanne preposito, Ladislao Cantore, Petro Custude ac Petro Archidiacono de Torda decano et Canonicis Ecclesiae nostrae existentibus.

(Átírta az erdélyi káptalan 1593. évben. Az ugyan e napon kelt, és Zsigmond király által 1406. évben átírt eredeti igtatási jelentés így kezdi: Excellentissimo principi domino Sigismundo dei gracia Illustri regi Hungarie, domino eorum naturali Capitulum Ecclesie Transiluane, Oracionum suffragia cum perpetua fidelitate, Litteras vestre Serenitatis honore quo decuit recepimus in hec verba. Megvannak a Macskási-család levéltárában.)

144.

1396. május 3-án.

Nos nicolaus filius beke vicecomes Comitatus de c r a s s o ac Judices nobilium de eadem damus promemoria quod coram

nobis comparuit dominus nicolaus de h o m o r, ac petens hominem nostrum ad citandum stephanum filium petri, nos vero commisimus iacobum de i e n o qui coram nobis retulit eomodo quod predictum Stephanum filium petri nobilem de remete citasset ad quindenam contra dominum nicolaum plebanum, ipso termino adueniente idem dominus nicolaus plebanus comparuit ut debuit predictus vero stephanus (filius) petri non venit neque misit nos vero taliter iudicantes decreuimus quod predictus stephanus filius petri contra dominum nicolaum plebanum de h o m o r conuictus est in tres marcas, datum in g a t a l feria tercia proxima post festum apostolorum philipi et iacobi anno domini M° CCC° XC° sexto.

(Eredetije a Kállay-család levéltárában, címe mint a 146. számú oklevél külóldalán.)

145.

1396. június 13-án.

Nos nicolaus filius beke vice comes Comitatus de crasso hac Judices nobilium de eadem damus pro memoria quod coram nobis comparuit dominus nicolaus plebanus de h o m o r hac petens hominem nostrum ad citandum stephanum filium petri nos vero commisimus micaelem dictus Chakan qui coram nobis retulit eomodo quod predictum stephanum filium petri nobilem de remete citasset ad quindenam contra dominum nicolaum plebanum de homor ipso termino adueniente idem dominus Nicolaus plebanus comparens ut debuit predic*to* vero stephanus filius petri non venit neque misit nos vero taliter Judicantes decernimus quod predictus stephanus filius petri contra dominum nicolaum plebanum de homor conuictus est super sex marcas, datum in g a t a l feria tercia proxima post festum apostol*orum* barnabe, anno domini M° CCC° Nonagesimo sexto.

(*Kivül:* pro Nicolao plebano de homor contra stephanum filium petri de remete, Judicialis.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három apró pecséttel. Múzeumi folyószám 798.)

Jegyzet. Teljesen összhangzó ítélő-levél kelt: feria tercia proxima post festum apostolorum philippi et iacobi (Múzeumi folyószám 795.) és egy másik, kelt feria tercia proxima post festum natiuitatis beati Johannis baptiste. (Múzeumi folyószám 797.)

146.

1396. június 27-én.

Nos nicolaus filius beke vicecomes Comitatus de crasso hac Judices nobilium de eadem damus pro memoria quod nicolaus plebanus de homor petens a nobis hominem nostrum ad citandum stephanum filium petri de remete nos vero comisimus hominem nostrum ladizlaum de p e s e r i qui demum ad nos reuersus dixit quod prefatum stephanum citasset ad feriam terciam proximam post festum beate barnabe apostoli et idem dominus nicolaus plebanus comparuit ut debuit prefatus vero Stephanus non venit neque misit nos vero taliter iudicantes decreuimus quod idem Stephanus contra dominum Nicolaum plebanum de homor conuictus est super nouem marcas, datum in g a c h a l feria tercia proxima post festum natiuitatis beati iohannis baptiste, Anno domini M^{000} CCC^{0} XC^{0} sexto.

(*Kivül:* pro nicolao plebano de homor contra Stephanum filium petri de remete, Judiciales.)

147.

1399. július 18-án.

Nos Capitulum ecclesie Chanadiensis Memorie commendamus per presentes, Quod ad nostram personaliter accedens presenciam Stephanus filius petri fily Heem de R e m e t h e sua nec non Emericÿ et petri filiorum suorum, Item Benedicti et Heem filiorum Nicolai de E g e r z e k in personis nobis per modum protestacionis significare curauit, quod prout ipse percepisset, Andreas Nicolaus et Simon fily danch nobiles de M a c h a d o n i a, quandam possessionem ipsorum p e r d e w et suas pertinencias potencialiter pro se ipsis occupassent et vsurpassent occupatamque nec non vsurpatam vterentur et uti facerent in preiudicium ipsorum valde magnum qua protestacione sic facta, idem Stephanus sua et aliorum supranominatorum in personis quoslibet homines signanter vero prenominatos andream Nicolaum et Simonem ne eandem possessionem p e r d e w et suas pertinencias pro se occupare an vsurpare fructus quoque et quaslibet vtilitates per cepere et percipi

facere seque de eisdem intromissione facta vel facienda prohibuit contradicendo et interdixit coram nobis Incuius protestacionis et prohibicionis testimonium presentes a nobis petitas eisdem concedendas duximus communi iusticia regni id requirente, datum feria sexta proxima post festum diuisionis apostolorum anno domini M^mo CCC^mo Nonagesimo Nono.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán a csanádi káptalan kerek pecséte. Folyószám 2416.)

148.

1400. október 10-én.

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandemburgensis etc. fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus Nobilium Comitatus Crassouiensis, Salutem et graciam, dicitur nobis inpersona magistri Stephani fily petri fily Hemi de Remethe, quod ladislaus filius paznad de Gathaly et petrus sororius eiusdem Ladislai dictus de Zalá circa festum Natiuitatis virginis gloriose proxime preteritum, Missis familiaribus et Jobagionibus ipsorum Ad possessionem ipsius magistri Stephani R a w n a vocatam quosdam duos Jobagiones eiusdem magistri Stephani videlicet Dragulfyadunka cum fratre suo non habita licencia nec Justis terragys et alÿs ipsorum debitis persolutis, Ad possessionem eorum transduci fecissent moraturos, potencia eorum mediante, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vnum uel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum in Vissegrad die dominico proximo post festum beati francisci confessoris Anno domini M^mo quatringentesimo.

(*Kieül:* Fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus Nobilium Comitatus Crassoviensis, pro magistro Stephano filio petri fily Hemi de Remethe Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Folyószám 19. Saec. XV. R. I.)

149.

1400. október 12-én.

Nos Georgius arbanaz de Crassofew damus pro memoria ac significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis Quod accedens ad nostram presenciam personaliter domina Juliana conthoralis Egregy viri Mica fily Hym de Egerzek nobis lamentabili voce querulose supplicauit Quomodo nos eam cum omnibus suis possessionibus rebusque mobilibus quam inmobilibus sub nostra tutela ac proteccione a hominibus aliorum filiorum Him protegeremus, Quare vestris fidelitatibus vniuersis et singulis Jobagionibus Incolisque ad easdem prefatas possessiones causa moracionis neue manere volentibus venire velleret libere pacifice et quiete venire valleant et habeant liberam facultatem veniendi atque manendi Incuius rei memoriam firmitatemque perpetuam literas nostras priuilegiales cum maiori Sigilo nostro fecimus appressione muniri. Datum in Borzafew feria tercia proxima post festum beati Dionisÿ martiris anno domini quadmo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. A szöveg alatti zöld pecsét lemállott. Múzeumi folyószám 39. Saec. XV. R. I.)

150.

1400. november 8-án.

Serenissimo principi domino eorum domino Sigismundo dei gracia Inclito Regi Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchionique Brandemburgensi etc. Capitulum ecclesie Orodiensis oraciones in filio virginis gloriose perpetua cum fidelitate vestra Nouerit excellencia, nos literas vestras honore quo decuit recepisse inhecuerba Sigismundus dei gracia rex Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandemburgensis etc. fidelibus suis Capitulo ecclesi Orodiensis Salutem et graciam.

(A királyi levél különben összhangzik azzal, melyet a csanádi káptalanhoz intézett, október 10-én — lásd 152. sz. a.)

Nos igitur mandatis vestre celsitudinis humiliter obedire cupientes vt tenemur, vnacum laurencio paruo de Chorna homine vestro predicto nostrum hominem videlicet ladislaum

Chori ecclesie nostre clericum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisissemus fidedignum, Qui tandem abinde ad nos reuersi nobis vniformiter retulerunt, quod ipsi Sabbato proximo post festum omnium sanctorum in Comitatu de Crasso procedendo ab omnibus nobilibus scilicet et ignobilibus ac alterius cuiusuis status ac condicionis eiusdem Comitatus hominibus palam et occulte diligenter Inquirendo omnia premissa suomodo resciuissent secundum quod tenor literarum vestrarum contineret predictarum Qua Inquisicione facta idem homo vester dicto testimonio nostro presente eodem die ipsius Inquisicionis peracte memoratum ladislaum et petrum in possessione p a z n a d vocata quemlibet eorundem sua scilicet porcione possessionaria, contra annotatum Stephanum filium petri ad octauas festi Epiphaniarum domini nunc venturas vestram euocasset in presenciam racionem de premissis redditurum, datum tercio die Euocacionis prenotate, anno domini supradicto.

(*Kivül:* pro magistro Stephano filio petri de Remethe contra ladislaum filium paznad de Gathaly et petrum sororium eiusdem ladislai dictus de Zala ad octauas festi Epiphaniarum domini Euocatoria.)

(Bal szélén: Stephanus filius Johannis cum regalibus, Comitatus Temesyensis.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Folyószám 17. Saec. XV. R. I.)

151.

1400. november 13-án.

Excellentissimo domino domino Sigismundo dei gracia inclito regÿ Hungarie dalmaciae Cruacie Marchionique Brandemburgensi etc. Nicolaus filius Beke Gregorius de Juand vicecomites et Judices Nobilium Comitatus de Crassov Salutem cum perpetua fidelitate literas vestre Excellencie honorabiliter assumpsimus in hec verba Sigismundus dei gracia rex Hungarie dalmacie Cruacie Marchioque Brandemburgensis etc. fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus Nobilium Comitatus de Crassov Salutem et graciam dicitur nobis inpersona Magistri Stephani fily petri fily Hem de remethe quod

petrus de Zala dictus ad p(osses)sionem Magistri Stephani r a u n a vocatam circa festum Natiuitatis virginis gloriose proxime pre(teritum) Misisset quendam Jobagionem cuiusdam magistri Stephani domka nomine non habita licen(cia nec i)usto terragio deposito et aliis debitis non persolutis ad possessionem suam Sa(. . . . voc)atam idem petrus de Zala transduci fecisset moraturum potencia sua mediante, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vnum uel duos ex (vobis ad) premissa rescienda transmittatis vnde Nos vicecomites et Judices Nobilium Michaelem (. . . . .)pan dictum de pezeri et Nicolaum filium Simonis de G i a l m a r ad premissa rescienda transmisimus qui quidem exinde ad nos reuersy concorditer retulerunt nobis istomodo quod ab omnibus hominibus quibus incumbit hanc sciuissent veritatem quod omnia premissa idem petrus de Zala fecisset manifeste datum in Mezesumlio sabato proximo post festum beati Martini confessoris Anno domini M^mo^ quatringentesimo.

(*Kívül:* Domino regy pro Magistro Stephano de remethe contra petrum de Zala dictum Inquisitoria.)

(Eredetije szakadozott papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle ltárában. Zárlatán 3 pecsét nyoma. Folyószám 614. Saec. XV. R. II.)

152.

1400. november 21-én.

Serenissimo principi domino eorum Sigismundo dei gracia Inclito regi Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchionique Brandenburgensi etc. Capitulum ecclesie C h a n a d i e n s i s, oraciones in domino sedulas et deuotas perpetua cum fidelitate literas vestre Serenitatis omnicum reuerencia recepimus in hec verba, Sigismundus dei gracia rex Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Chanadiensis, Salutem et graciam dicitur nobis inpersona magistri Stephani fily Petri fily Hem de Remethe, quod Ladislaus filius paznad de G a t h a l y et Petrus sororius eiusdem Ladislai dictus de Z a l a, circa festum Nativitatis virginis gloriose proxime preteritum missis familiaribus et Jobagionibus ipsorum ad possessionem ipsius magistri Ste-

phani r a u n a vocatam, quendam Jobagionem eiusdem magistri Stephani videlicet dragolphiadanka non habita licencia nec iusto terragio et alÿs suis debitis persolutis ad possessionem ipsorum antedicti fecissent moraturum potencia eorum mediante, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Johannes filius Ladislai de S a m a [1]), vel Michael de C h e c h t e l e k e aut Michael de W a y a n m e z e y sin laurencius paruus de C h o r n a neue Briccius de eadem Chorna sin Jacobus de S a r u d seu Nicolaus de B e n c h neue dominicus frater eiusdem, siue Thomas filius Emerici de H e l e m b a vel Nicolaus filius Maius de M a i u s f a l u a alÿs absentibus homo noster ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem quam tandem nobis fideliter rescribatis, Datum in Wissegrad die dominico proximo post festum beati francisci confessoris, Anno domini, Millesimo Quadringentesimo, Nos igitur preceptis eiusdem domini nostri regis humiliter obedire cupientes vt tenemur vnacum prefato Johanne filio Ladislai de S a m a homine vestro nostrum misimus hominem videlicet Nicolaum p(resbiter)um Capituli ecclesie nostre (cleric)um pro testimonio fidedignum ad premissa singula fideliter peragenda. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria tercia proxima nunc preterita in C o m i t a t u de C r a s s o pariter procedendo ab omnibus Nobilibus videlicet et ignobilibus ac alterius cuiusuis status et condicionis hominibus palam et oculte diligenter et conscienciose inquirendo, talem de premissis scire et inuestigare potuissent veritatem, quod prefati Ladislaus filius paznad de G a t h a l y et petrus sororius eiusdem Ladislai dictus de Zala omnia premissa sic egissent et perpetrassent vt in dictis literis Serenitatis vestre seriatim declarabatur, datum die dominico proximo post festum beate Elizabeth vidue, Anno domini supradicto.

(*Kivül:* Domino regi pro magistro Stephano filio petri fily Hem de Remethe, contra Ladislaum filium Paznad de Gathaly et petrum sororium eiusdem ladislai dictum de Zala Inquisitoria.)

[1]) Az aradi káptalan átiratában: S a m a y.

(Eredetije papiron, penészfoltok és szakadozottság miatt nehezen olvasható, a Kállay-család ltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Múzeumi folyószám 45. Saec. XV. R. I.)

153.

Év nélkül, január közepén.

Nobilis vir frater et amice noster sincere dilecte. Salutem cum Reuerencia. Quia nos possessiones nostras Perde et suas pertinencias in Comitatu de Crassow existentes tuicioni proteccioni et conseruacioni fraternitatis vestre Harum serie comisimus et comittimus. Ea propter vestram fraternitatem et amiciciam presentibus rogamus diligenter, quatenus nostre et fraternitatis intuitu easdem protegere tuere et conseruare, desertasque reformare nostre fraternitatis intuitu dignemini et velitis, Scripta in Castroferreo[1]) feria tercia proxima post octauas festi Epiphaniarum domini, etc.

Johannes filius Petri de Perde
et Nicolaus filius Jacobi de dicta Perde fratres vestri.

(*Kivül:* Nobili viro Ladislao dicto Waski de Zarwasthelek fratri et amico ipsorum sincere dilecto detur.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. A pecsétek sok á metszései látszanak. Múzeumi folyószám 338. Saec. XV. R. I.)

154.

1401. április 1-én.

Serenissimo principi domino eorum Sigismundo dei gracia Inclito regi Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchionique Brandenburgensi etc. Capitulum ecclesie Chanadiensis oraciones in domino sedulas et deuotas perpetua cum fidelitate, literas vestre Serenitatis omni cum reuerencia recepimus in hec verbe, Sigismundus dei gracia rex Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Chanadiensis, Salutem et graciam dicitur nobis inpersona magistri Stephani filÿ petri filÿ Hem de Remethe, quod cum pridem ipse a Nicolao filio Beke vicecomite

[1]) A Regestrumban: in Castro Serjö.

nec non Nicolao filio Symonis de partas et Johanne filio Nicolai de Zygeth, vnum ex ipsis iuxta tenorem quarumdam literarum nostrarum Inquisicionalium ipsis loquencium ad quandam Inquisicionem contra Nicolaum Ladislaum filium paznad de Gathaly et petrum sororium eiusdem Ladislai dictum de Zala fiendam procurasset, tunc ÿdem Nicolaus et alter Nicolaus et Johannes ipsum hominem eorum pro dicta Inquisicione facienda prout moris est Juxta continencias dictarum literarum nostrarum Inquisicionalium et nostrum edictum eidem magistro Stephano obfauorem predictorum suorum aduersariorum allecti dare remisisset ipsasque literas et nostra mandata infidelitatis contumacia inducti paruipendendo in suis Juris preiudicium et dampnum valdemagnum, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ladislaus dictus Vasky de Hegeres vel Johannes filius Ladislai de Thamay aut Andreas filius Johannis de Maiusfalua sin Jacobus filius Beke de Bodofalva alys absentibus homo noster scita veritate premissorum, euocetis memoratum Nicolaum filium Beke alterum Nicolaum filium Symonis et Johannem, contra prefatum magistrum Stephanum nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem abnegate iusticie redituros Et posthec ipsius Inquisicionis et euocacionis seriem cum nominibus euocatorum terminoque assignato nobis fideliter rescribatis, Datum in Wissegrad feria secunda proxima ante festum beati Valentini martiris. Anno domini Millesimo quadringentesimo primo. Nos igitur preceptis eiusdem Serenitatis vestre humiliter obedire cupientes vt tenemur vnacum prefato Johanne filio Ladislai de Thomay homine vestro nostrum misimus hominem videlicet Thomam chori ecclesie nostre Clericum pro testimonio fidedignum ad premissa singula fideliter peragenda, Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima ante dominicam Ramispalmarum nunc preteritam in Comitatu de Crassow pariter procedendo ab omnibus Nobilibus videlicet et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis hominibus, palam et occulte diligenter et conscienciose inquirendo, talem de premissis scire et investigare potuis-

sent veritatem, Quod Nicolaus filius Beke vicecomes nec non Nicolaus filius Symonis de partas, Johannes filius Nicolai de Zygeth iuxta edictum vestre celsitudinis et predictarum literarum vestrarum Inquisicionalium tenorem prefato magistro Stephano ipsis loquencium directarum hominem eorum ad dictam Inquisicionem faciendam destinassent quibus peractis ydem Nicolaus filius Beke et alÿ predicti nescitur quo fauore allecti literas eorum Inquisicionales super ipsa Inquisicione vt prefertur per hominem eorum facta eidem magistro Stephano minime dare et emanari facere voluissent, Qua Inquisicione sic facta idem homo vester dicto testimonio nostro presente Sabbato inmediate sequenti annotatos Nicolaum filium Beke in Maiusfalua Nicolaum filium Simonis in partas et Johannem filium Nicolai in Zygeth quemlibet sua videlicet porcione in possessione in eisdem possessionibus habitis, contra prefatum magistrum Stephanum filium Petri ad octauas festi pasce domini nunc venturi in vestre celsitudinis presenciam Euocasset racionem de premissis reddituros, Datum in parasceue Anno domini supradicto.

(*Kivül:* Domino Regi pro magistro Stephano filio Petri de Remethe contra Nicolaum filium Beke vicecomitem de Maiusfalwa et alios intrascriptos Inquisitoria et ad octauas festi pasce domini Euocatoria.)

(Eredetije szakadozott papiron a Kállay-család ltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Múzeumi folyószám 80. Saec. XV. R. I.)

155.

1401. május 5-én.

Nos Comes Frank de Zechen Judex Curie regie damus pro memoria Quod Gregorius paruus pro magistro Stephano filio petri de Remethe cum procuratorÿs literis palatinalibus contra Nicolaum filium Beke de Maiusfalua vicecomitem necnon Nicolaum filium Simonis de partas et Johannem filium Nicolai de Zygeth Judices nobilium Comitatus de Crasso ab octauis festi pazsche domini viginti Quinque diebus continuis legitime stetit in termino Coram nobis qui Juxta continenciam literarum Capituli ecclesie Chanadiensis Euocatoriarum et Inquisitoriarum superfactis in eisdem contentis legitime

Euocati nostram in presenciam non venerunt neque miserunt vnde ipsos in Judicÿs consuetis commisimus fore conuictos si se racionabiliter non poterint excusare datum in vyssegrad vigesimo sexto die termini prenotati anno domini M^mo^ Quadringentesimo primo.

(*Kieël*: pro magistro Stephano filio petri de Remethe contra Nicolaum filium Beke de Maÿusfalva, alterum Nicolaum filium Simonis de partas ac Johannem filium Nicolai de Zygeth Judicialis. Crassow.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán az országbíró családczímeres pecséte. Folyószám 74. Saec. XV. R. I.)

156.

1404. márczius 8-án.

Capitulum ecclesie Chanadiensis Omnibus christifidelibus, presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris. Salutem in salutis largitore ad vniuersorum noticiam. Harum litterarum serie volumus peruenire, Quod nos litteras Serenissimi principis domini Sigismundi dei gracia Regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchionisque Brandenburgensis etc. sacri Romani Impery vicari generalis, et regni Bohemie gubernatoris nobis directis omnicum reuerencia recepimus inhec verba. Sigismundus dei gracia Rex Hungarie, dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacrique Romani Imperÿ vicarius generalis, et Regni Bohemie gubernator, fidelibus suis Capitulo ecclesie Chanadiensis Salutem et graciam. Quia nos vniuersas possessiones et porciones possessionarias Nicolai Johannis et Benedicti filiorum Demetry de A z y o a g h Infidelium nostrorum, vbique in Comitatu de C r a s s o w habitas et existentes, quouis nominis vocabulo vocitatas fideli nostro viro Magnifico Johanni fily Johannis de Maroth Bano nostro Machouiensi, noue nostre donacionis titulo, mediantibus alÿs litteris nostris exinde confectis in perpetuum duxerimus conferendas, fidelitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Symon vel Andreas filiu (igy) Johannis fily Danch de M a c h a d o n y a, aut Gallus Bobaal dictus de V e t h y h alÿs absentibus homo noster,

ad facies vniuersarum possessionum et porcionum possessionariarum annotatorum Nicolai, Johannis et Benedicti filiorum Demetry de Azyoagh vbique in dicto Comitatu Crassow existencium, vicinis et commetaneis earum vniuersis illic legittime conuocatis et presentibus accedendo, Introducat prefatum Johannem filium Johannis in dominium earundem. Statuatque ipsas eidem premisse noue donacionis titulo perpetuo possidendas, contradiccione prefatorum Nicolai Johannis et Benedicti filiorum Demetry de Azyoagh non obstante, si per aliquem alium non fuerit contradictum. Contradictores vero aly si qui fuerint Citet ipsos contra Annotatum Johannem filium Johannis de Maroth Banum, nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros. Et posthec ipsarum Introduccionis et Statucionis seriem, cum possessionum et porcionum possessionariarum predictorum nostrorum Infidelium Statutarum, ac contradictorum et Citatorum nominibus siqui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Breznobanÿa Dominica proxima post festum Epiphaniarum domini, Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo quarto. Nos igitur preceptis eiusdem domini nostri regis obtemperare cupientes vt tenemur, vnacum prefato Gallo Bobaal dicto de Vethyh, homine regio nostrum hominem videlicet discretum virum dominum Petrum Archydiaconum Temesiensem, Socium et conCanonicum nostrum, ad infrascriptam possessionariam Statucionem faciendam, nostro pro testimonio duxissemus transmittendum. Qui demum ad nos reuersi, nobis concorditer retulerunt, quod Idem homo regius, eodem testimonio nostro presente, octauo die festi beati Mathye apostoli nunc preteriti, ad facies possessionum et porcionum possessionariarum, annotatorum Nicolai, Johannis et Benedicti filiorum Demetrÿ videlicet Zenthlazlo, Feleghaz, Zentmÿhal, Gywrgew, Zygeth, Arach, Zenthmyklos et alia Zenthmÿklos vocatarum et earundem pertinenciarum, vicinis et commetaneis ipsarum vniuersis, illuc legittime conuocatis et presentibus accedendo, memoratum dominum Johannem Banum in dominium dictarum possessionum et porcionum possessionariarum Introduxisset. Statuissetque easdem prescripto domino Johanni

Bano, premisso regio donacionis titulo possidendas nullo contradictore, tam in facie earundem, quam nostri in presencia comparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes litteras nostras priuilegiales alphabeto intercisas emanarifecimus, pendentisque Sigilli nostri munimine roborari. Datum per manus discreti viri magistri Blasÿ lectoris, Sabbato proximo ante festum beati Gregorÿ pape. Anno domini supradicto. Presentibus itaque honorabilibus et discretis viris dominis Mychaele preposito. Petro Cantore. Andrea Custode. Petro Temesyensi predicto. Briccio Orodiensi, Nicolao de Toronthal, altero Nicolao de Crassow, Stephano Sebesyensi Archydiaconis, Ceterisque fratribus nostris, in dei ecclesia regi Jugiter famulantibus sempiterno.

(Zsigmond király 1405. évi kiváltságlevelének átiratából az országos levéltárban NRA 644. csomag, 35. szám.)

157.

1404. április 5-én.

Nos magister Benedictus filius Egidi ladislaus Bardus Castellani de Erdsomlio ac vicecomites de Crasso et Judices Nobilium de eadem (így) damus pro memoria quod andreas filius Nicolai de Maiusfalua in persona domini sui Magistri Stephani fily petri de remethe coram nobis astando proibuit Bartholomeum de perde quod possessionem suam K e r e s t a f a l u a vocatam alÿs quibusuis condicionis hominibus signanter ladislaum vasqui de S a r v a s t e l e c h a recepcione Bartholomeum apignoracione quouis colore alienacione quia fraternaliter ipsum magistrum Stephanum contingere fore duxisset. Datum in Mezesumlio sabato proximo post diem concussionis [1]) Anno domini M^mo CCCC^mo quarto.

(*Kivül:* pro Magistro Stephano filio petri de remethe contra Bartholomeum de perde ac ladislaum vasqui prohibitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 161. Saec. XV. R. I.)

---

[1]) Azaz: concussionis ovorum.

158.

1404. április 26-án.

Nos magister Benedictus Castellanus de Erdsomlio vicecomes de Crassov et Judices Nobilium de eadem Memorie commendamus quod magister Stephanus filius Petri de remethe Heem filius Nicolai de Ermen honus et grauamen Benedicti fratris sui in se assummendo coram nobis comparentes ab vna parte ab altera andreas Nicolaus fily andree de Girthianus honus et grauamen Jacobi fratris ipsorum ad se assumpmentes ex utraque partes coram nobis composuerunt talimodo quod pro facto quandam particule terre litigiose inter Girthianus et inter remethe habitam ex utraque partes ad arbitrium vel adiudicacionem octo proborum Nobilium virorum se se permitentes moderamine tali quod octauo die post festum ascensionis domini nunc venturo ambe partes ad faciem terre litigiose cum ipsorum literalibus instrumentis ac cum dictis probis octo viris accedere teneantur, Ibique quidquid dicti viri visis instrumentis ex utraque partibus inter partes adiudicarent ambe partes acceptare teneantur, si qua parcium acceptare non curaret extunc talis pars contra aliam partem in quintaginta marcis conuincatur ipso facto, Datum in Mezesumlio sabato proximo post festum beati Georgÿ martiris Anno domini M^mo^ quatringentesimo quarto.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három pecsét maradványa. Múzeumi folyószám 160. Saec. XV. R. I.)

159.

1404. május 15-én.

Nos magistri petrus filius pose, petrus dictus de Zala ac dominicus Chewlnuk dictus necnon Ladislaus Nicolaus de fanchlaka ab vna Item Thomas filius Emerici, Ladislaus filius Wask Michael filius Hanko ac Stephanus de Deakoch arbitri sev Judices electi in causis infrascriptis per Egregium militem magistrum Stephanum filium petri de remete cum fratribus suis ab vna ac Andream filium Andree similiter cum fratribus suis parte ab altera et rogati damus pro memoria, quod cum

ipsi factum cuiusdam terre eorum litigiose asede Judiciaria Comitatus de Crasso eximentes sub grauamine quinquaginta marcarum graui ponderis si quemquam partem vacillare contingeret assumptarum, arbitry nostri Judicio submisissent octauo scilicet die festi Assensionis domini in facie dicte terre litigiose conuenientes propretacta discussione consedissemus, Ipsarumque parcium visis instrumentis ac auditis proposicionibus et animaduersis indissolubilibus intercacionibus habito exinde multo tractatu dum earum parcium instrumentorum speratam et confisam ipsis virtutem iuxta voluntatem earum decernere ac diffinire nequiuissemus tandem ipsam causam sev factum prenotatum sub onere sev grauamine prenotato statuque in eodem sine crastinacione de voluntate parcium in presenciam magnifici viri Comitis frank Judicis Curie regie ac examen eiusdem plenarium sine vlteriori prorogacione fienda ad octauas festi beati Michaelis archangeli distulimus sev duximus prorogandam. Datum termino et loco prenotatis. Anno domini Millesimo CCCC^{mo} quarto.

Item nos eciam magistri Andreas filius danch ac Nicolaus filius petri de Machadonia de uoluntate parcium dictis probis viris arbitris scilicet ac Judicibus prenotatis connumerati et conscripti rei premisse prorogacioni presentes interfuimus eamque suomodo ut premittitur uidimus processisse.

(*Kivül:* pro magistro Stephano filio petri de remethe contra andream filium andre de Gergyanus.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsétek nyomai. Folyószám 166. Saec. XV. R. I.)

160.

(1404.) június 17-én.

Filpus de Korog et Johannes filius
Gregory de Alsan Comes Themesiensis.

Dicitur nobis inpersonis magistrorum Stephani fily Petri de Egerzeg et Petri de Zala quomodo Castellani n o s t r i de C r a s s o f e w quosdam quinque equos ipsorum Stephani et Petri in eadem C r a s s o f e w in libera via abstulissent et aufferi fecissent Superquo vestras Nobilitates requirimus per

presentes omnino committentes, quatenus visis presentibus super eo vtrum ydem Castellani nostri predicti ipsos quinque equos Annotatorum Stephani et Petri in falsa vel Justa via abstulerint veritatem inquirentes et indagantes nobis conscienciose rescribatis, Et Aliud non facturi, datum in Themesswar feria tercia proxima post festum Beati Barnabe Apostoli.

(Kivül: Nobilibus viris vicecomitibus nostris Judicibus Nobilium Comitatus de Crasso, nobis sincere dilectis.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán zöld pecsét. Folyószám 1814. Saec. XV.)

161.

1404. július 19-én.

Nos magister Benedictus de dobza Jacobus filius Beke vicecomites et Judices Nobilium de Crassov Memorie commendamus quod Stephanus filius petri de Remethe personaliter coram nobis astando permodum proibicionis proibuit andream Jacobum Nicolaum filios andree Chep dicto de Girthianus quod terras arabiles fenecia Siluas inter fluuium Borzoua et Zuhathia ab vsui (így) quouis colore fraudulenter pro ipsis ocupacione uel ab vtencione potencia ipsorum mediante Datum in Mezesumlio sabato proximo post duodecim apostolorum Anno domini M^mo^ CCCC^mo^ quarto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 163. Saec. XV. R. I.)

162.

1404. október 25-én.

Nos Jacobus filius Beke vicecomes de Crassov et Judices Nobilium de eadem Salutem cum honore literas vestre Magnificencie honore recepimus quo decuit in hec verba Comes frank de Zechen Judex Curie domini Sigismundi dei gracia regis Hungarie Nobilibus viris Comiti uel vicecomiti et Judicibus Nobilium de Crasso debitam reuerenciam cum honore, dicitur nobis in persona Magistri Stephani fily petri de remethe quod andreas Jacobus Nicolaus fily Chiep de Girthianus, anno in presenti ad quandam possessionem ipsius magistri

Stephani fily petri de remethe S a s d y vocatam manibus armatis et potenciarÿs irruendo Blada et porcos vniuersÿs Jobagionibus eiusdem magistri Stephani fily petri possessione in eadem commorancium potencialiter auferrendo quo ipsorum pacuisset (így) voluntati depelli et asportari fecisset super quo vestram Nobilitatem presentibus petimus diligenter quatenus vnum vel duos ex uobis transmittatis qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem Nos vicecomes et Judices Nobilium andream de N e n d r a z ad premissa exsequenda transmisimus qui quidem ad nos reuersus nobis dixit talimodo quod omnia prescripta ipsi fily Chep fecissent manifeste tamen inter partes lite pendentem (így). Datum in Mezesumlio sabato proximo ante festum sancti demetri martiris Anno domini CCCC^{mo} quarto.

(*Kivül:* Comiti frank de Zechen Judici Curie domini Sigismundi regis Hungarie, pro magistro Stephano filio petri de remethe Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán három pecsét nyoma. Folyószám 164. Saec. XV. R. I.)

163.

1405. június 20-án.

Sigismundus dei gracia rex Hungarie dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperÿ vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus Nobilium C o m i t a t u s de C r a s s o u, Salutem et graciam, dicit nobis Jacobus filius andree dicti Cheph de Gyerthyanus quomodo nobilis domina dorothea (vocata) consors Nicolai de eadem, ipsum contra se vestri in presencia in causam attraxisset, in qua vos Judices haberet pro suspectis, Et quia in presencia Judicum suspectorum, non constat tutum litigare fidelitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus ipsam causam Justo Juris tramite adJudicare debeatis partes inter easdem et si Idem Jacobus de ipso vestro Judicio consentari noluerit, extunc ipsam causam AdJudicatam cum sua serie ad Judicatum in Curiam nostram nostre (így) prelatorumque et Baro-

num nostrorum deliberacioni transmittatis, partibus premissis coram nobis comparendi in vestris literis terminum assignando congruentem, Secus non facturi, datum Bude sabato proximo post festum Sacratissimi corporis christi Anno domini M^mo CCCC^mo quinto.

(*Kívül:* Fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus Nobilium Comitatus de Crassow pro Jacobo filio andree dicti Cheph de Gyerthyanus Introductoria cause. Folyószám 209.)

(Eredetije szakadozott papíron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán pecsét nyomával.)

164.

1405. július 29-én.

Nos pypo de O(zora Temesiensis) Chanadiensis de Crasso et de Keue Comes Memorie commendamus Quod in congregacione nostra gen(erali .....) dicti Comitatus de Crasso feria quarta proxima ante festum Beati Jacobi apostoli ex speciali regia comissione prope Ciuitate(m Mezew-Somplyo celebrata Johannes filius Nicolai et alter Johannes filius Johannis de Berekzou personaliter de aliorum medio exurg(endo pro)posuerunt eomodo quod Georgius filius petri et Mathyas dictus Zaz vicecomites de Beche circa festum penthecostes proxime preteritum, quasdam possessiones eorundem vtriusque Johannis Wanhalm et Galaad vocatas indebite et minusiuste occupassent, occupatisque ipsis, omnibus vtilitatibus et obuencionibus earundem vsi fuissent, Insuper quinquaginta septem boues super Jobagiones eorundem extorsissent necnon de equacÿs ipsorum viginti octo equos excepissent demum cum ydem vterque Johannes quosdam sex familiares ipsorum ad eosdem vicecomites in earum legacionibus destinassent tunc ydem vicecomites eosdem familiares eorum captiuassent et Centum paruos florenos ac vnum equum eorum viginti quinque florenos valentem abeisdem abstulissent Item vnum Jobagionem ipsorum in prefata possessione Galad commorantem captiuando ad Castrum de Beche abducentes eundem in trecencys florenis paruis paccassent, Et hoc vicecomiti necnon Judicibus ..... Juratisque assessoribus dicte Congregacionis nostre constaret euidenter petentes

nos cum instancia vt ydem vicecomes noster Judices Nobilium et Jurati assessores fidem de premissis scirent per nos requisiti faterentur veritatem, Cumque nos eosdem vicecomitem nostrum Judices Nobilium ac (Juratos) Assessores super premissis requisitos (habuissemus) ydem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sui sacro dyademati conseruandam prodicenda veritate et Justicia obseruanda, tacto dominice crucis signo nobis prestitam prescriptas possessiones W a m h a l m et G a l a a d vocatas per prefatos Georgium et Mathyam vicecomites de B e c h e, modo premisso occupatis, alia eciam prescripta facta potenciaria memoratis vtriusque Johanni de Berekzou ordine prescripta illata et irrogata fuisse et exuisse (?) vnanimi et concordi testificacione affirmarunt Inquorum affirmacionis testimonium presentes literas nostras patentes duximus eisdem vtrisque Johanni concedendas communi Justicia suadente Datum octa(vo) die Congregacionis nostre predicte inloco memorato Anno domini Millesimo quadringentesimo quinto.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan levéltárában. Cista Kolos. Fascicul. 5. No 34. A pecsét nyomával. Szakadozott, szúette oklevél.)

165.

1405.

Mandatum T h e m e s i e n s i s et Camerarum salium regalium Comitis, Pipo de Ozora, Castellanis C r a s s o f ő i e n s i b u s sonans, ad hujusmodi nobilis viri magistri Stephani filii Petri de Remethe exposicionem emanatae, quod mentionati Castellani quosdam Jobagiones suos de possessionibus suis, ad possessiones regales tempore dominorum Philpus de Korogh et Johannis filii Gregorii, de ipsis possessionibus Regalibus, ad possessiones ipsius magistri Stephani clandestine moraturos se transferentes, ad pristina habitacula eorundem abduci facerent potentia eorum mediante. Super quo intimatur virtute hujus mandati dictis Castellanis, quatenus ejusmodi Jobagiones praefati magistri Stephani (ut praemissum est tempore Philpus et Johannis filii Gregorii) de possessionibus regalibus ad possessiones praefati magistri Stephano modo

praemisso recessos, nullatenus abducere, vel abduci facere debeant, nisi tales, qui propria eorum voluntate habita licentia iterum ad possessiones regales reuerti vellent. Insuper quendam Jobagionem Rása cognominatum, de possessione regis ad possessionem magistri Stephani, causa morandi se scienter transferre volentem, obtenta licentia, justoque terragio deposita aliis etiam debitis suis solitis persoluendo libere et pacifice abire permittant.

(A Kállay-család levéltárának Regestrumából. Az eredeti nem található.)

166.

1405. október 17-én.

Serenissimo principi domino eorum Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchionique Brandenburgensi etc. Sacri Romani Imperÿ vicario generali et regni Bohemie gubernatori, paulus de Chiapy vallentinus de Thul vicecomites de Crasso et quatuor Judices Nobilium de eadem, Salutem Summo cum honore, Noueritis quod literas vestre Serenitatis honoranter recepimus quo decuit in hec verba Sigismundus dei gracia rex Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperÿ vicarius generalis et regni Bohemie gubernator fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus nobilium Comitatus de Crasso, Salutem et graciam dicitur nobis in persona demetrÿ fily Ladislai dicti dan de dobaz quod Jacobus andreas Nicolaus fily andree dicti Chiep de Gerthianus vt puta quarta instaret reuolucio annualis porciones suas possessionarias in possessionibus Nyek et Gerthianus predicta vocatis habit*as* et existent*es*, ipsum a quondam Ladislao fratre ipsorum Jacobi andree Nicolai titulo impignoracionis concernentes pro se occupassent et ocupatas conseruarent de presenti eorum potencia mediante in ipsius demetrÿ preiudicium atque dampnum valde magnum, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vnum vel duos ex vobis transmittatis qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis ..... vestris in literis fideliter rescribatis, Nos igitur preceptis literis vestre

Serenitatis ladislaum Borsy dictum de Bachtuisse Judicem Nobilium adpremissa exequenda ex nobis transmisimus, qui exinde ad nos reuersus nobis dixit tali modo ut ipse ad facies ante dictas porciones possessionarias accessisset hanc de premissis veritatem potuisset rescire ut antefatus demetrius quanda (igy) duas porciones possessionarias in dictis possessionibus pro se voluisset titulo pignori occupare, prout Jacobus andreas Nicolaus fily andree dicti Chiep orgine iuris (igy ordine helyett) ipsum contradicendo prohibuissent, Datum in Mezesumlio sabato proximo ante festum beati luce Ewangeliste Anno domini M^mo CCCC^mo quinto.

(*Kivül:* domino regi pro Jacobo andrea Nicolao filys andree de Gerthianus contra demetrium filium ladislai dicti dan de dobaz Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsétek nyomaival. Múzeumi folyószám 199. Saec. XV. R. I.)

167.

1406. márczius 20-án.

Excellentissimo principi domino eorum, domino Sigismundo dei gracia inclito Regi Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchionique Brandemburgensi etc. Sacre Romani Imperÿ vicario generali et regni Bohemie gubernatori paulus de Chiapy vallentinus de Thul vicecomites de Crasso et quatuor Judices Nobilium de eadem Salutem cum fidelitate Noueritis quod literas vestre Excellencie Summo cum honore recepimus in hec verba Sigismundus dei gracia Rex Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperÿ vicarius generalis et Regni Bohemie gubernator fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus Nobilium Comitatus de Crasso Salutem et graciam dicitur nobis inpersona Stephani fily petri de Remethe quomodo vnacum Jacobo andrea Nicolao filÿs andree de Gertianus in quodam flumen Borzoua vocata sub certis obligacionibus infra declarandis certis signis et distinccionibus diuisionem fecissent quo equalem talimodo quod quicunque primum ipsam distinccionem sev signum super predicta aqua positum destrueret extunc

talis pars contra partem alteram in ducentis florenis nove monethe conputandis conuinci deberet et insuper in facto potencie nunc venturo Idem Jacobus andreas Nicolaus fily andree de dicta Gerthianus premissam distinccionem sev signum destruissent premissis obligacionibus se ipsos submitendo non formidando Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vnum vel duos exvobis transmittatis qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, Nos igitur vestris preceptis obediuimus ut tenemur ladislaum Judicem Nobilium de Kerestus ad premissa peragenda transmisimus qui quidem exinde ad nos reuersus nobis dixit tali modo quod omnia suprascripta sepe dicti Jacobus andreas Nicolaus fily andree de dicte Gerthianus fecissent manifeste Datum in M e z e s u m l i o sabato proximo ante dominicam letare Anno domini M^mo^ Quadringentesimo Sexto.

(*Kivül:* Excellentissimo domino eorum domino Sigismundo dei gracia inclíti Regi Hungarie pro Magistro Stephano filio Petri de Remethe contra Jacobum condam filios andree de Gerthianus Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a Kállay-család ltárában. Hátán több pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 236. Saec. XV.)

168.

1406. márczius 20-án.

Nos magister Paulus de Chiapy Vallentinus de Thul vicecomites de Crasso et quatuor Judices Nobilium de eadem Memorie commendamus per presentes quod Magister Stephanus filius Petri de Remete sabato proximo ante dominicam Reminiscere habebat Sacramentum prestare solusmet contra Jam dictos vicecomites et contra Nicolaum filium Martini de Mezesumlio super eo quod duas vasas vini ab antedicto Nicolao pro quatraginta florenis singulis comparasset termino commisso Idem Magister Stephanus de dictis peconis satisfecit vnde Nos vicecomites ac Nicolaus filius Martini eundem Magistrum Stephanum racione prescripte peconie dimisimus expeditum Modis omnibus absolutum, Datum in Mezesumlio

sabato proximo ante dominicam Letare, Anno domini M^mo Quadringentesimo sexto.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Múzeumi folyószám 252. Saec. XV.)

169.

1406. márczius 20-án.

Magnifico viro domino ipsorum Francisco de Zechen Judici Curie domini Sigismundi dei gracia Regis Hungarie Paulus de Chiapy, valentinus de Thul vicecomites de Crasso et quatuor Judices nobilium de eadem Salutem cum honore, Noueritis quod literas vestre Magnitudinis honor*anter* recepimus quo decuit in hec verba, Nos Comes Frank de Zechen Judex Curie domini Sigismundi dei gracia incliti Regis Hungarie, dicit nobis Magister Stephanus filius Petri de Remethe quomodo Jacobus Cheep de Gerthianus missis familiaribus et complicibus suis ad tenuta possessionis eiusdem Magistri Stephani Remethe predicte Jobagiones eiusdem in siluis eiusdem vsualibus reperiendo eosdem Ictibus sagitarum afugari fecisset potencia mediante in preiudicium suum valde magnum, Nos igitur vestris mandatis obedire cupientes ut tenemur ad premissa peragenda Johannem filium Nicolai de Zigeth Nobilem exnobis transmisimus qui quidem exinde ad nos reuersus nobis dixit talimodo ut ipse ab omnibus hominibus quibus incumbit de premissis hanc sciuisset veritatem investigando, quod omnia suprascripta facta potenciaria Idem Jacobus Cheep fecisset manifeste, Datum in Mezesumlio sabato proximo ante dominicam letare Anno domini M^mo CCCC^o sexto.

(*Kivül:* ad Judicem Curie.

pro Magistro Stephano filio Petri de Remethe contra Jacobum Cheep dictum de Gerthianus Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsétek nyomaival. Múzeumi folyószám 223. Saec. XV. R. I.)

170.

1406. április 17-én.

Sigismundus dei gracia Hungarie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque rex,

ac Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperÿ Archicamerarius, necnon Bohemie et Lucemburgensis heres, Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Salutem in omnium saluatore, Regalem decet excellenciam, suorum fidelium preces legitimas fauorabiliter exaudire, et eorum fidelitatibus recensitis Justis ipsorum peticionibus facilem prebere consensum. In hÿs precipue, que videntur suorum subditorum comodis vtiliter conuenire Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod cum nos, Prelatorum Baronum et pociorum regni nostri procerum, communicato consilio et sana deliberacione, exinde subsecuta, Id statuentes decreuerimus, et vbique in regno nostro fecerimus publice proclamari, vt vniuerse littere Excellentissimi principis, condam domini Lodouici regis Hungarie etc. patris et soceri nostri, sub ipsius secreto Sigillo tantummodo, et Serenissimarum principum dominarum Elyzabet matris et Marie conthoralis, reginarum dicti regni Hungarie, nostrarum carissimarum felicium recordacionum, necnon nostre, sub earum, atque nostris, tam maioribus quam minoribus Sigillis super factis quibusuis et presertim possessionarÿs, pro quibuscunque personis dignitate quauis et condicione fungentibus, ecclesiasticis vtputa et secularibus, date et assignate, pro tollendo omni dubio remouendo scandalo et ad euitanda multa atque varia, que propter Sigillorum ipsarum dominarum reginarum deperdicionem, ac nostrorum tam minoris quam maioris videlicet dupplicis excausis et racionibus legitimis confraccionem, In multorum Juribus et presertim possessionarÿs, dampna grauia et periculosa detrimenta, Hactenus euenire potuerunt. A festo beati Georgÿ martiris Jam proxime preterito vsque festum eiusdem primitus affuturum, sub pena reuocacionis anullacionis et cassacionis huiusmodi litterarum non producendarum, per nos vidende, examinande et si opus fieret, sub presenti nostro maiori Sigillo, denouo preparato confirmande approbande et ratificande, nostre claritatis exhiberi deberent conspectui et presentari, Tandem fideles nostri Wolahi, Ladislaus dictus farkas, et alter Ladislaus filÿ Bogdan de Motnok, in suis, necnon, Stephani Dionisÿ et Johannis fratrum suorum

carnalium in personis, nostre celsitudinis adeuntes conspectum, Exhibuerunt nobis quasdam duas litteras, vnam videlicet nostram patentem, minori secreto Sigillo nostro, alias in conflictu, nostro personali, cum Bayzath turkorum Imperatore, commisso, deperdito consignatam, super donacione et perhempnali nostra collacione, cuiusdam possessionis nostre Almafa vocate, Juxta fluuium Byztra appellatum, in districtu de Themeskuz site et suarum quarumlibet pertinenciarum, prefato condam Bogdan, et per eum annotatis Stephano Dionisio Ladislao et altero Ladislao, ac condam Nicolao, filÿs eiusdem Bogdan, Ipsorumque heredibus facta emanatam, Et aliam honorabilis Capituli ecclesie Transsiluane similiter patentem, nobisque rescriptorialem, super eiusdem possessionis Almafa, et aliarum possessionum Machwa, Dobrogozta et Mothnok vocatarum, et quarumlibet pertinenciarum earundem legitima statucione pro annotato condam Bogdan dumtaxat rite facta confectam, tenorum subsequencium, Supplicantes exinde claritati nostre, suo et nominibus quibus supra humiliter et deuote, vt easdem ratas gratas et acceptas habendo, nostrisque litteris priuilegialibus, sub predicto maiori nostro nouo Autentico sigillo dupplici emanandis, verbotenus inseri faciendo, pro eisdem Ladislao dicto farkas, et altero Ladislao necnon Stephano, Dionisio et Johanne, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, Innouantes perpetuo valituras dignaremur confirmare, Quarum vnius vtputa ipsius nostre patentis littere tenor is est Nos Sigismundus dei gracia rex Hungarie etc. (Lásd külön 1387. év 15. sz. alatt a szörényi bánság története III. köt. 9. lapján.) Alterius vero videlicet annotati Capituli Transsiluani, similiter patentis littere, continencia dinoscitur esse talis, Excellentissimo principi domino Sigismundo etc. (Lásd külön 1394. év alatt.) Nos igitur humilimis et deuotis prefatorum Ladislai dicti farkas et alterius Ladislai, supplicacionibus antefatis nostre per eosdem suis et nominibus quibus supra subiectiue oblatis maiestati regia pietate exauditis et clementer admissis, pretaxatas Binas litteras, nostram videlicet et annotati Capituli ecclesie Transsiluane patentes, non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas sed omni prorsus suspicionis vicio destitutas, ymo mere et sincere

veritatis integritate prepollentes, presentibusque de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas, quo ad omnes earum continencias clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus, Eas nichilominus requirentibus, prefatorum Ladislai et alterius Ladislai, ac fratrum ipsorum predictorum fidelitatibus et fidelium serviciorum gratis meritis et sinceris conplacencÿs, per ipsos nobis et sacro nostro regio dyademati, locis et temporibus Incumbentibus cum omni fidelitatis constancia Juxta possibilitatis eorum quiditatem, exhibitis et Impensis simulcum donacione et perhempnali collacione legitimaque statucione possessionum predictarum, superius in tenoribus dictarum duarum litterarum lacius expressatis mera Auctoritate regia et potestatis plenitudine ex certaque sciencia nostre maiestatis, prelatorum eciam et Baronum nostrorum consilio prematuro et vniformi decreto eorundem, demptis dumtaxat porcionibus possessionarÿs Demetrÿ et Mychaelis filiorum Oprissa, ipsos in possessionibus Machwa et Dobrogoste prefatis, concernentibus, pro eisdem Ladislao dicto Farkas et altero Ladislao Stephano Dyonisio et Johanne, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, Innouantes perpetuo valituras confirmamus, presentis scripti nostri patrocinio mediante, Saluo dumtaxat Jure alieno, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras Priuilegiales pendentis Autentici Sigilli nostri (n)oui dupplicis predicti munimine roboratas Datum per manus Reuerendi in christo patris domini Eberhardi, eadem dei et apostolice sedis gracia Episcopi Zagrabiensis, aule nostre sumpmi Cancellarÿ fidelis nostri dilecti, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexto, Quintodecimo kalendas Maÿ Regni autem nostri Anno decimo octauo, venerabilibus Inchristo patribus et dominis Valentino titulo Sancte Sabine sacro sancte Romane Ecclesie presbitero Cardinali et ecclesie Quinqueecclesiensis gubernatore, Johanne Strigoniensi, Colocensi et Jadriensi sedibus vocantibus, Andrea Spalatensi, altero Andrea Ragusiensi Archiepiscopis, Waradiensi sede vacante, Stephano Transsiluanensis, eodem domino Eberhardo Zagrabiensis, Agriensi sede vacante, Johanne Boznensis, Wesprimiensi sede vacante, Johanne Jaurinensis, Wacyensi

sede vacante, fratribus dousa Chanadiensis, Hynkone Nitriensis electis, et Thoma Sennyensis ecclesiarum Episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, Syrimiensi Traguriensi Scardonensi Tininiensi Nonensi Sibinicensi, Machariensi pharensi et Corbauiensi sedibus vacantibus, necnon Spectabili et Magnificis viris domino Hermano Comite Cili et Zagorie, dalmacieque et Croacie predictorum, ac Sclauonie regnorum nostrorum Bano, socero nostro carissimo Nicolao de Gara Regni nostri Palatino, Johanne filio Herrici et Jacobo Lachk Wayuodis nostris Transsiluanensibus, Comite frank filio condam Konye Bani Judice Curie nostre, Johanne de Marouth Bano Machouiensi, honore Banatus Zeuriniensis vacante, Nicolao Treutel de Nenna Tauarnicorum et Comite de Posega Symone filio dicti condam Konye Bani Janitorum, Johanne Groff, Comite Corbauie dapiferorum, Johanne filio Gregorÿ de Alsan pincernarum Petro Cheh Agazonum nostrorum magistris, et Sylstraugh Comite Posoniensi, Alÿsque quampluribus Regni nostri Comitatus tenèntibus et honores.

(Eredetije pergamenen a Tinkovai Macskási-család levéltárában. (Fasc. 26. No 829.) Zöld és lilaszín selyemzsinórról függött pecsétjének csak parányi töredéke van meg.)

171.

1406. április 22-én.

Amicis suis reverendis Capitulo ecclesie Orodiensis Comes Frank de Zechen Judex Curie domini Sigismundi dei gracia Regis Hungarie, amiciciam paratam cum honore, dicit nobis Stephanus filius petri fily Hem de Remethe, Quomodo Hem filius Nicolai fily Benedicti Bani de Egerzegh In quadragesima proxime preterita manibus armatis et potenciarÿs in domum cuiusdam Jobagionis sui Myka nominati in eadem Egerzegh commorantis veniendo Stramina eiusdem de orto transferri et deportari fecisset natosque eiusdem Myka similiter manibus armatis in predictam domum inclusisset et interfici voluisset potencia sua mediante in preiudicium suum valdemagnum, lite tamen inter ipsos pendente, Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo pre-

sente Georgius de Chechteleke vel Johannes fodor de partas, aut Mychael de eadem Chechteleke an Jacobus de Sarud, sin paulus dictus pyter de andrianfalva[1]) seu fabianus siue Stephanus filius Konie de fok (így, világosan)[2]) neue Petrus Cheh vel Mychael sartor de fugyas alÿs absentibus homo regius Exparte prius premissorum mera veritate, Citet prefatum Hem filium Nicolai fily Benedicti Bani antedictum contra prefatum Stephanum filium petri, fily Heem regiam inpresenciam ad terminum competentem racionem de premissis redditurum, Et posthec ipsarum Inquisicionis et Euocacionis seriem cum nomine Citati terminoque assignato dicto domino nostro regi fideliter rescribatis, datum Bude feria quinta proxima ante festum beati Georgÿ martiris, Anno domini M^mo Quadringentesimo Sexto.

(*Kivül:* Amicis suis reuerendis Capitulo ecclesie Orodiensis pro Stephano filio petri fily Heem de Remethe Inquisitoria et Citatoria).

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Múzeumi folyószám 222. Saec. XV. R. I.)

172.

1406. október 30-án.

Nos magister Paulus filius Laurency viceComitis (így) de Crassow et quatuor Judices Nobilium de eadem damus pro memoria quod ad peticionem magnifici Stephani fily Petri de Remethe Johannem filium Ladislai de Sama ad infrascripta sue veritatis facienda, transmisimus, qui quidem exinde ad nos reversus nobis dixit talimodo ut ipse accedendo ab omnibus hominibus quibus incumbit hanc sciuisset veritatem in vestigando quod dominicus Zwdar septuaginta oues Nexe Jobagioni eiusdem magistri Stephani post habita licencia sua minus iuste abstulisset et recepisset ad preiudicium eiusdem magistri Stephani satis magnum, Datum in Mezesumlio sabato proximo post festum sancti demetrÿ confessoris Anno domini M^mo CCCC^mo sexto.

[1]) A csanádi káptalannak szóló példányban Adoryanfalva.

[2]) Más ez évi oklevélben: de fely.

(*Kivül:* pro magistro Stephano filio Petri de Remethe contra dominicum Zwdar Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán pecsétek nyomaival. Múzeumi folyószám 248. Saec. XV.)

173.

1407. január 8-án.

Serenissimo principi domino eorum domino Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchionique Brandenburgensi etc. Sacri Romani Imperÿ vicario generali et Regni Bohemie gubernatori, p a u l u s f i l i u s l a u r e n c y v i c e c o m e s de C r a s s o w et quatuor Judices nobilium de eadem Salutem perpetua cum fidelitate Noueritis quod literas vestre Serenitatis honoranter assumpsimus in hec verba Sigismundus dei gracia rex Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperÿ vicarius generalis et regni Bohemie gubernator fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus nobilium Comitatus de Crasso Salutem et graciam dicit nobis Thomas filius Emerici sua ac petri andree filiorum suorum inpersonis de H e l w m b a quomodo Jacobus filius andree de Gerthianus feria quinta proxima ante festum beati luce Ewangeliste proxime preteritum manibus armatis et potenciarÿs ad possessionem ipsorum predicta H e l w m b a vocata veniendo vnum Kenesium ipsorum nomine Stephanum non obtenta licencia nec iusto terragio deposito et alÿs debitis non persolutis ad possessionem suam G e r t h i a n u s vocatam transduxisset moraturum, sed eo non contentus prefatus Jacobus cum Judice Johanne ad dictam possessionem ipsorum H e l i o m b a predictam veniendo quatuor boues ipsorum recepisset potencia sua mediante ad preiudicium ipsorum valde magnum Superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vnum vel duos ex vobis transmittatis qui ab omnibus quibus in cumbit meram de premissis experiatur veritatem quam tandem nobis fideliter rescribatis, Nos igitur preceptis literis vestre Serenitatis obedire cupientes vt tenemur ladislaum filium pethw J u d i c e m N o b i l i u m de K e r e s t u s ad premissa peragenda ex nobis transmisimus qui quidem exinde ad nos reuersus nobis dixit

tali modo vt ipse ab omnibus hominibus quibus incumbit de premissis hanc sciuisset veritatem investigando quod omnia prescripta facta potenciaria idem Jacobus prelibatus fecisset manifeste. Datum in Mezesomlio sabato proximo post festum Epiphanie domini Anno domini M^mo^ CCCC^mo^ septimo.

(*Kivül:* domino Regi pro Jacobo dicto Chep de Gerthianus contra Thomam filium Emerici de Helemba Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Múzeumi folyószám 324. Saec. XV.)

174.

1407. február 5-én.

Nos magister Paulus filius Laurencÿ viceComes de Crassow et Judices Nobilium de eadem Memorie commendamus per presentes, quod magister Stephanus filius Petri de Remethe sabato proximo post festum purificacionis beate virginis gloriose tercio se habebat contra dominicum de p e z e m sacramentum prestare super eo, quod eidem dominico quatraginta oues duas vaccas cum vitulo recipi faciundo maius iusto termino deposicionis sui sacramenti Idem dominicus suum sacramentum relaxando ac vicecomes supradictus in hac que suum constat birsagium modo simili relaxando vnde nos eundem Magistrum Stephanum filium Petri contra dominicum jam dictum ac vicecomitem pretextu supradictorum omnium hominum dimisimus expeditum et reddimus absolutum mediantibus literis nostris testimonialibus Datum in Mezesumlio sabato prenotato Anno domini M^mo^ CCCC^mo^ septimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Múzeumi folyószám 330. Saec. XV.)

175.

1407. augusztus 20-án.

Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchionique Brandenburgensi etc. Sacri romani Imperÿ vicario generali et regni Bohemie gubernatori, paulus filius Laurencÿ v i c e c o m e s et Judices Nobilium C o m i t a-

tus de Crassov Obsequium perpetue fidelitatis, continuum incrementum, Nouerit vestra sublimitas, quod nos literas vestre serenitatis summo cum honore quo decuit recepisse in hec verba, Sigismundus dei gracia rex Hungarie dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis Sacri Romani Imperÿ vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus nobilium Comitatus de Crasso, Salutem et graciam dicunt nobis Jacobus et Nicolaus fily andree Chiep dicti de Gerthianus quomodo Stephanus filius Petri et Heem de remethe pridem videlicet circa festum Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preteritum quendam fluvium ipsorum Jacobi et Nicolai Chirbechen vocatum de fluvio Borza vocata ad dictam possessionem ipsorum Gerthianus vocatam (hézag) de vero suo cursu et meatu per clausuras et per quamplures abs(tructur)as ad dictam possessionem ipsorum (hézag) vocatam conuertissent et ad loca molendinorum ipsorum in dicto fluvio Borza nuncupato existentem decurrere faceret (eciam de) presenti propria ipsorum potencia mediante, superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vnum vel duo ex uobis transmittatis qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem quam tandem nobis fideliter rescribatis, Datum in Gara secundo die festi aduincula beati petri Apostoli domini M^mo^ CCCC^mo^ septimo, Nos igitur visis et perceptis literis vestre sublimitatis Johannem filium Nicolai Judicem Nobilium Nicolaum paruum de Scigeth ex nobis ad premissa peragenda transmisimus qui quidem exinde ad nos reuersi nobis concorditer dixerunt istomodo vt ipsi circa festum assumpcionis beate marie virginis proxime preteritum ad faciem dicti flui accessissent Ibique quandam obstructuram ex nouo inceptam superdictum fluuium vidissent (hézag egy két szó) hoc rescire non potuissent vt dicta abstructura ex nouo incepta si ex consensu dictorum Stephani fily (Petri) et Heem esset facta vel ne, Datum in Mezesumplio sabato proximo post festum assumpcionis beate marie virginis, Anno domini M^mo^ CCCC^mo^ septimo.

(Eredetije szakadozott papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsétek nyomaival. Múzeumi folyószám 829. Saec. XV.)

176.

1407. október 5-én.

Jacobus Lachk de Zantho, et Johannes Henrici de Thamasy Wayuodae Transiluani, et Comites de Zolnuk. Dilectis nobis nobilibus viris magistris Johanni de Doboka, et Petro de Strygh Vice Wayuodis nostris, item universis, et singulis Comitibus, vel Vice Comitibus quorumlibet Comitatuum dictarum partium transyluanarum. Salutem cum fauore. Ad nostram audientiam pervenit, qualiter Johannes filius Nicolai de Somkerek Emericum de Budaych interemisset. Et quia nos ad fraternalem petitionem magnificorum virorum Nicolai de Gara Regni Hungariae Palatini, et Johannis pridem Comitis Themesiensis fratris ejusdem, ipsum Johannem ratione praevia nullatenus impediri facere spoponderimus, ideo dilectioni vestrae firmiter committimus, quatenus praefatum Johannem ratione praevia, in persona, vel per occupationes bonorum, aut ablationes rerum nullatenus impedire presummatis, nisi superinde nostrum mandatum speciale obtenueritis. Secus facere non ausuri in praemissis. Datum in descensu campestri juxta fluvium Orbaz, secundo die festi beati Francisci confessoris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo septimo. Praesentes vero perlectas reddi jubemus praesentanti. Datum vt supra.

(Sigillum Jacobi Lachk ad dextram collocatum injuria temporum decidit. Sigillum ad sinistram positum, grossum majoris magnitudinis aequans, scutum exhibit hispanicum tribus fasciis perpendicularibus sectum, cum inscriptione in circumferentia: »† S. Johannis Henrici de Thamasi« — Ex collectione manuscripta Barone Szilagyiana bibliothecae collegii reformatorum claudiopolitani (Tom. VI. p. 348.) communicavit Josephus C. Kemény. — Másolata gr. Kemény J. gyűjteményében, az erdélyi Múzeum ltárában. Appendix IV. köt. 207. szám. Töredékét közli Fejér Cod. dipl. Tom. X. vol. IV. pag. 644. Eredetiből másolta Cornides: Diplomata II. 36. lapon.)

177.

1408. október 27-én.

Nos magister Jacobus Chep de Gerthianus vicecomes et Judices Nobilium de Crassow Memorie commendamus quod magister Stephanus filius petri de Remethe coram nobis

personaliter accedendo proposuit eomodo quod quidam Kenesius suus nomine Georgius in possessione sua pachach vocata Kenesiatum perpetualem habuisset ipseque vnum consocium ad dictum Kenesiatum assumpsisset circase non excontentu et voluntate eiusdem magistri Stephani, nisi furtiue, et ipse Georgius Kenesius de dicto suo consocio quem solusmet Kenesium constituit ab ipso licenciam non habuisset, Nos vniuersi et singuli Nobiles de dicta Crassow tali modo predictam causam adiudicando commisimus quod ipse Georgius Kenesius de iure licenciam habere non potuisset omniaque bona eiusdem Georgÿ sepe dicti prefatus magister Stephanus filius Petri de dicta Remethe recipindi (így) habeat liberam facultatem, Datum in Mezesomlio in quindenis sabati proximi ante festum beati Martini Episcopi anno domini M^{mo} CCCC^{mo} octauo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsétek nyomával. Múzeumi folyószám 369. Saec. XV.)

178.

1409. június 21-én.

Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperÿ vicarius generalis et regni Bohemie gubernator, Memorie commendamus perpresentes quod ad nostram veniendo presenciam Jacobus filius Andree de Cheep, sua et Nicolai carnalis ac fily pascha, patruelium fratrum suorum in personis, Andream filium Andree et nobilem dominam filiam condam Stephani de dicta Cheep, ab occupacione vendicione inpignoracione et alienacione possessionis Cheer vocate in Comitatu de Crasso existentis in dominiumque eiusdem intromissione et sibi ipsis statui faccione ac quarumlibet vtilitatum eiusdem percepcione seu percipi faccione, quoquomodo factis vel fiendis, prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis Harum nostrarum literarum presencium mediante, datum in Keue feria sexta proxima post festum beatorum viti et Modesti martirum, anno domini M^{mo} quadringentesimo nono.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Szöveg alatt a pecsét lemállott. Múzeumi folyószám 435. Saec. XV. R. I.)

179.

1409. augusztus 23-án.

Nos Pipo de Ozora Themesiensis et Camararum salium regalium Comes, Memorie commendamus Quod demetrius filius dan de doboz ab vna, parte vero ex altera Jacobus filius Chep de Gyrtianus vicecomes noster Comitatus de Crasso coram nobis personaliter constituti confessi sunt in hunc modum Quod licet ipse scilicet demetrius filius ladislai annotatum Jacobum Superfactis potenciarÿs per ipsum, Jacobum et ad se pertinentes sibi et suis Jobagionibus perpetratis contra se in presente congregacione nostra generali per nos vniuersitati nobilium Comitatus de Crasso feria secunda proxima ante festum beati regis Stephani exspeciali regia commissione prope Ciuitatem Mezew Somlo celebrata nostram in presenciam in causam a(trax) erit Tamen ipsi ordinaria composicione nonnullorum proborum et nobilium virorem pacem parcium zelancium in premissis taliter concordassent Quod quia ipse scilicet demetrius (annota)tum Jacobum super vniuersis causis nocumentis inJurÿs dampnÿs et g(eneraliter) quibusuis maleficiorum generibus vsque adhec tempora per ipsum Jacobum et ad ipsum pertinentes sibi et Jobagionibus ac familiaribus suis perpetratis et commissis per omnia expeditos atque absolutos comisissent. Ideo ipse scilicet Jacobus in totalem satisfaccionem premissorum et expedicionem omnium premissorum eidem demetrio viginti duos l . . . . . post festum beati . . . . . nunc venturum in possessione O . . . . . za (?) vocata coram duobus probis et nobilibus viris et arbitris . . . . disposicionem et . . . . . proborum et nobilium virorum dare assumpsisset ymo Idem demetrius ipsum Jacobum . . . . . et ad ipsum p(ertinente)s expeditum atque absolutum reddere et comisit ac prefatus (Jacobus) eidem demetrio assumpsit coram nobis tali moderaminis vinculo interiecto quod si ipse scilicet magister J . . . . . viginti duos . . . . . termino et loco in prefixis coram dictis probis et nobilibus viris dare non curaret vel non posset extunc ipse contra annotatum demetrium infacto potencie et Insuper in Centum

florenos presentis noue monete Si vero idem demetrius et adhib. . . . . recipiendam premissam satisfaccionem venire vel mittere recusaret extunc ipse contra ipsum Jacobum in amissione . . . . . acquisicionis suis Insuperque . . . . . dictis Centum florenis computi premissi et . . . . . eo facto ad quod partes prescripte pariter se et sponte obligarunt testimonio presencium mediante, datum quinto die congregacionis nostre antedicte in loco (memorato). Anno domini Millesimo quadringentesimo Nono.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Múzeumi folyószám 631. Saec. XV. R. III. Penészfoltok miatt csak csekély részében, ott is bajosan olvasható.

180.

1410. deczember 26-án.

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandemburgensis etc. Sacri Romani Imperÿ vicarius generalis fidelibus nostris Capitulo ecclesie Orodiensis Salutem et graciam, dicitur nobis in persona Stephani fili petri de Remethe, quomodo Philipus de B a a s t h a et Thomas filius Emerici de H a l y m b a diebus nouissime retrolapsis ad possessionem suam S a a s d vocatam transmittendo, vniuersa animalia magna scilicet et iumenta Jobagionum suorum in eadem S a a s d residencia recipere et depelli ac quendam Jobagionem suum Hera vocatum in eadem possessione Saasd commorantem interimere fecissent, Insuper Nicolaus filius dicti Wayda in pertinencÿs B e r e n commorans similiter diebus nouissime euolutis duos Boues cuiusdam Jobagionis eiusdem Stephani abstulisset culpis eiusdem nullis exigentibus potencia eorum mediante In preiudicium eiusdem valde magnum, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente ladislaus de fanchlak, vel Johannes Crispus aut Jacobus de S a r w d sin Johannes de K e r e s k u z, seu Thomas de B a s t h wÿ s, siue Stephanus de K o l c h a neue Georgius de eadem, an Andreas de M a y s a, ceu Johannes filius ladislai de S a m a, ceu Mathias de B a l a d, vel Jacobus filius Beke, Alÿs absentibus

homo noster abomnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, Quam tandem nobis fideliter rescribatis, Datum in Dyakow in festo beati Stephani protomartiris, Anno domini M^mo^ CCCC^mo^ decimo.

(*Kivül*: Fidelibus nostris Capitulo ecclesie Orodiensis pro Stephano filio Petri de Remethe Inquisitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán három pecsét nyoma. Folyószám 6. Saec. XV. R. II.)

181.

1411. május 17-én.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie etc. Rex fidelibus nostris Comiti vel vicecomiti et Judicibus Nobilium Comitatus de Crassow Salutem et graciam dicit nobis Jacobus filius Andree dicti Chep de Gyertyenes quomodo petrus de ded quendam suum Jobagionem in possessione sua Cher residentem, omni sine culpa diris verberibus affecisset potencia mediante in ipsius Jacobi preiudicium valde magnum Et quia nos huiusmodi actus potenciarios nulli inferri volumus et per quempiam patratos tacite pertransire non volumus Igitur fidelitati vestre firmissime precipimus et mandamus quatenus mox agnitis presentibus ulteriori nostro mandato superinde non expectato ab omnibus quibus decuerit premissorum veritate comperta exparte antefati petri memorato Jacobo super premissis Juxta generale nostrum decretum super huiusmodi actibus potenciarÿs stabilitum plenam et omnimodam impendere debeatis satisfaccionem Jure exigente Aliud non facturi Presentes perlectas reddite presentati Datum in suburbio Castri nostri Wylaguswar dominica proxima post festum Ascensionis domini sub nostro Sigillo consueto Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo vndecimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Szöveg alatt vörös pecsét töredéke. Múzeumi folyószám 539. Saec. XV.)

182.

1411. június 6-án.

Nos magister Jurga de Zana viceComes de Crassow, et Judices nobilium de eadem, Memorie commendamus, quod Stephanus filius petri de remethe coram nobis personaliter constitutus, Johannem saphar de Kereztus, et alios quoslibet suos commetaneos, a potenciaria occupacione vtensione et quarumlibet fructuum et vtilitatum percepcione et percipifaccione, ac in dominium porcionis sue possessionarie Kisermen vocate intromissione prohibuisset et contradixisset, ymmo prohibuit et contradixit coram nobis vigore presencium mediante, datum In Mezeusomlio Sabbato proximo ante festum beati Barnabe apostoli anno domini M^mo^ Quadringentesimo vndecimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Vékony papirszelet hátán 3 pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 514. Saec. XV.)

183.

1411. június 6-án.

Nos magister Jurga viceComes de Crasso et Judices nobilium de eadem Memorie commendamus, quibus expedit vniuersis, Quod magister Stephanus filius petri de remethe coram nobis personaliter astando vniuersos Ciues et hospites de Zeredahel ac alios suos commetaneos a porcione sua possessionaria Bastuisse vocata, a potenciaria vtensione et quarumlibet fructuum et vtilitatum percepcione et se in dominium eiusdem intromissione ac intra metas eiusdem aracione prohibuisset contradicendo, et contradixisset inhibendo ymmo prohibuit et contradixit coram nobis testimonio presencium mediante, Datum in Mezeusomlio sabbato proximo ante festum beati Barnabe apostoli, Anno domini M^mo^ quadringentesimo vndecimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 523. Saec. XV.)

184.

1411. június 18-án.

Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper Augustus ac Hungarie etc. rex fidelibus suis Capitulo ecclesie Orodiensis salutem et graciam Dicit nobis Michael filius Iwan de Zylwas sua ac ladislai et Stephani fratrum suorum, de eadem Dionisÿ filÿ Iuan Kaztha Farkasy filiorum Roman, Andree Michaelis filÿ ladislai Iuan filÿ Michaelis de Machkas, in personis quod quedam possessio ipsorum Chwta vocata in districtu de Sebes, apud manus eorum habita legitima reambulacione, metarumque ereccione et renouacione et ab aliorum possessionarÿs Juribus metali distinccione plurimum indulgeret (így, indigeret helyett) super quo fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes filius Wlkzan de Byzere vel Petrus de Files aut Johannes filius ladislai de dicta Bizere, sin ladislaus de eadem sev Nyaga de Macho, alis (így) absentibus homo noster, ad faciem prenominate possessionis Chutha vocate vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet eandam per suas veras metas et antiquas nouas iuxta veteres in locis necessarÿs erigendo, reambulatamque et ab aliorum possessionarÿs Juribus metaliter separatam et distinctam, relinquet eandem prefatis Michaeli, ladislao et Stephano ac Dionisyo et alis (így) supradictis Jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum Contradictores vero si qui fuerint Euocet ipsos contra annotatos Michaelem ladislaum Stephanum dionisium et al*is* supra nominatos in nostram presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, Et post hec ipsius possessionarie reambulacionis seriem cum cursibus metarum in ibi erigendarum et nominibus contradictorum et euocatorum si qui fuerint terminoque assignato nobis fideliter rescribatis, presentes autem Sigillo nostro maiori, quo ut rex Hungarie vtimur fecimus consignari, Datum in Themesvar feria quinta proxima post festum beatorum

Viti et Modesti martirum, Anno domini Millesimo CCCC^{mo} vndecimo.

(Az aradi káptalan 1411-iki határjárási jelentéséből a Macskási-család levéltárában.)

185.

1411. június 20-án.

Nos magister Jurga de Zana vicecomes de Crasso et Judices nobilium de eadem Memorie commendamus, quibus expedit vniuersis, Quod magister Johannes et Valentinus dicti Saphar de Kereztus coram nobis personaliter constituti per eosdem sponte extitit confessum, pariter et relatum, Quodipsi Jacobum Chep de Girtianus, et quoslibet familiares eius, super detencione, et Captiuacione eiusdem valentini per ipsum Jacobum facte et illate, ac alÿs quibusuis dampnis, prefatum Jacobum et eius familiarem signanter lucam filium Thome surk, fore comiserunt, expeditos et modÿs omnibus absolutos ymmo comiserunt et relinquerunt coram nobis, testimonio presencium mediante, Datum in Mezeusomlio Sabbato proximo ante festum Natiuitatis beati Johannis Baptiste, anno domini Millesimo Quadringentesimo vndecimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 538. Saec. XV.)

186.

1411. június 28-án.

Capitulum Ecclesie Orodiensis. Omnibus Cristi fidelibus presentibus et futuris noticiam presencium habituris, salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam harum Literarum nostrarum serie volumus peruenire, Quod nos Literas serenissimi Principis Domini nostri Domini Sigismundi dei gracia Romanorum Regis semper Augusti, ac Hungarie Regis, sumpma cum obediencia recepimus in hec verba: Sigismundus dei gracia Romanorum Rex Semper Augustus, ac Hungarie etc. Rex. Fidelibus suis Capitulo Orodiensis Ecclesiae, Salutem et graciam. Dicitur nobis in persona Dionysii, Andree, Farkassii, Koszta, Iwan, fily Michaelis, filÿ Ladislai de Mats-

kas, Quod quedam possessiones ipsorum Rugyinolcz, Toplicza, Leurdis et Tinkowa, in Districtu de Sebes, apud manus ipsorum existentes, legitima Reambulacione, Metarumque ereccione ac renouacione, et ab aliorum Possessionarÿs Juribus, Metali distinccione plurimum indigerent. Super quo fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, quatenus Vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus de Files, vel alter Petrus, filius Bak de Beken, aut Ladislaus filius Ladislai de Byzere, alÿs absentibus, Homo noster ad facies prenotatarum possessionum, vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, Reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, Nouas iuxta veteres in locis necessarÿs erigendo. Reambulatasque, et ab aliorum possessionarÿs Juribus separatas metaliter et distinctas, relinquat easdem prefato Dionysio, Andree, Farkassio, Koszta, Iwan, et Michaeli, Jure ipsis incumbente, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, Euocet ipsos contra annotatos Dionysium, Andream, Farkassium, Koszta, Iwan et Michaelem, nostram in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et posthec ipsam possessionarie reambulacionis seriem, cum cursibus metarum inibi erigendarum, ac Nominibus contradictorum et Euocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato, Nobis fideliter rescribatis. Presentes autem Sigillo nostro maiori, quo vt Rex Hungarie vtimur, fecimus consignare. Datum in Temesvár, feria quarta proxima post festum beatorum Viti et Modesti martyrum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo vndecimo. Nos igitur mandatis Regie Maiestatis humilime obedire cupientes, vt tenemur, vnacum prefato Petro, filio Bak de Beken, nostrum hominem videlicet discretum virum Dominum Andream Custodem fratrem et Concanonicum nostrum ad premissa fideliter peragenda, nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem ab inde ad nos reuersi, nobis concorditer retulerunt, quod idem homo Regius, dicto Testimonio nostro presente, feria sexta proxima ante festum beati Jacobi Apostoli proxime preteritum, ad facies prenominatarum possessionum, Vicinis et Commetaneis suis vniuersis inibi legi-

time conuocatis et presentibus accedendo, reambulasset easdem, per suas veras metas, nouas in locis necessaryȳs erigendo, reambulatasque, et ab aliorum Juribus possessionaryȳs metaliter taliter separasset ac distinxisset. Quod primo, a plaga Orientali incipiendo in loco Záldobpataka prope Riuulum Muthnokpataka, vnam novam metam terream accumulassent. Per eundem riuulum versus meridiem progrediendo ad locum vbi alius riuulus Határpataka nuncupatus in eundem riuulum Muthnok cadit, inter quos riuulos vnam aliam metam terream fodissent. Deinde per dictum riuulum Határpatak, versus eandem plagam meridionalem procedendo, et in Capite eiusdem riuuli, vnam aliam metam terream fodissent. Abinde per eandem plagam ad Cacumen cuiusdam magni montis perueniendo, et in eodem Cacumine per dictam plagam procedendo ad locum Várhegy, et eundem locum Várhegy pro meta commisissent. Deinde versus plagam Occidentalem flectendo, penes quandam magnam viam similiter vnam metam terream erexissent, Tandem per eandem viam in bono spacio transeundo, in Capite alterius riuuli similiter Muthnok vocati, vnam novam metam terream accumulassent. Inde per eandem viam versus dictam plagam Occidentalem tendendo perueniendo ad locum Muthnokfő, et in Cacumine eiusdem montis, similiter vnam aliam metam terream fodissent. Postea per quandam magnam Siluam transeundo, inter duas vias, quarum vna ad poganecz, et alia per eandem siluam itur, similiter vnam metam terream erexissent. Indeque versus partem Septemtrionalem flectendo, per dictamque Siluam ad locum Várhely vocatum perueniendo, quam locum pro meta commisissent. Item per dictam plagam Septemtrionalem de dicta silua excundo in Cacumine eiusdem montis prope alium riuulum Muthnok similiter vnam aliam metam terream fodissent. Per eandem plagam per montes transeundo, et in Cacumine montis supremo alium riuulum similiter Muthnok appellatum, pro Riuulo dictis Nobilibus de Matskás remanente, similiter vnam aliam metam terream accumulassent Inde versus partem Orientalem per alios montes transeundo, inter quasdam terras arabiles, similiter vnam metam terream erexissent. Per eandem plagam Orientalem tendendo,

ad quendam locum Medvepataka perueniendo, inter quasdam duas Arbores magnas Gyertyanfa vulgo vocatas, similiter vnam metam terream fodissent. Deinde per eundem rivulum Medvepataka transeundo, ad alium rivulum similiter Muthnok peruenisset, et per eundem fluvium Muthnok directe transeundo, ad alium rivulum Wizespatak peruenissent transeundo ipsum riuulnm Wizespatak, vbi idem rivulus ad alium rivulum more simili Muthnok vocatum cadit, et ibi similiter vnam metam terream fodissent. Deinde per eandem plagam in modico transeundo, in ambitu et in circuitu eiusdem silue, ac ipsa silua, prefatis Nobilibus de Machkas remanente, similiter vnam metam terream accumulassent. Abinde per ipsam plagam Orientalem, per magnum spacium transeundo, ad quandam magnam arborem Harsfa vocatam peruenissent, prope riuulum Batholopataka similiter vnam metam terream fodissent. Tandem et postea per quandam viam versus predictam plagam meridionalem flectendo, et per quasdam reflexiones ad orientem tendendo, in Aciebus et Cacuminibus montium transeundo in loco cuiusdam Riuuli Harspataka vocati, modo simili vnam metam terream fodissent et accumulassent, Et sic metas predictorum Possessionum Rugjinolcz, Toplicza, Leurdis et Tinkawa vocatarum, ab aliorum possessionaryȳs Iuribus separassent, et distinxissent, reliquissentque easdem prefatis Dionisio, Andree, Farkassio, Koszta, Iwan et Michaeli, Jure ipsis incumbente, perpetuo possidendas, Nullo Contradictore apparente, tam in faciebus earundem, quam nostri in presencia legitimis diebus et horis expectando. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes concessimus Literas nostras Priuilegiales, appensione Sigilli nostri Communitas, Alphabetoque intercisas. Datum per manus Domini Emerici Lectoris, Socȳ et Concanonici nostri, duodecimo die Reambulacionis et Statucionis predictarum Anno Domini supradicto Presentibus honorabilibus et discretis viris Dominis, Stephano Cantore, Andrea Custode Magistris, Jacobo de Noglok ..... et Johanne de Gyled Ceterisque Canonicis et fratribus in Dei Ecclesia Regi sempiterno Iugiter famulantibus.

(Huszti András másolata a tinkovai Macskási-család levéltárában. 889. szám.)

Jegyzet. Rövid kivonatban közli Fejér: Cod. dipl. Tom. XI. 453. lap.)

187.

1411. augusztus 10-én.

A B U

Capitulum ecclesie Orodiensis omnibus christifidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris Salutem in salutis largitore, ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod nos literas Serenissimi principis domini nostri domini Sigismundi dei gracia Romanorum regis semper augusti ac Hungarie etc. regis sumpma cum obediencia recepimus in hec verba Sigismundus dei gracia etc. (Lásd külön, 184. sz. szintén 1411. évszám alatt.) Nos igitur mandatis regie majestatis Hungarie obedire cupientes vt tenemur vnacum prefato Johanne filio lado de Byzere homine vestro Regio nostrum hominem videlicet discretum virum dominum Andream Custodem fratrem et conCanonicum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum, Qui tandem ab inde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo regius dicto testimonio nostro presente in festo beate Anne matris virginis gloriose proxime preterito et alÿs diebus ad id aptis et sufficientibus ad facies predicte possessionis Chvtha vÿcinis et commetaneis suis vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo et eandem per suas veras metas taliter reambulassent Quod primo incipiendo a plaga orientali penes quoddam ductum terrarum arabilium prope fluuium Byzere vnam metam terream erexissent Inde versus plagam septemtrionalem tendendo et dictum fluuium Byzere vltra meando inter quasdam duas possessiones vtrasque Byzere similiter vnam metam terream fodissent deinde per eandem plagam per quandam viam in medio transeundo sub quadam arbore Ilicis similiter vnam metam terream acumulassent abinde ad eandem plagam tendendo sub quadam alia arbore Ilicis similiter vnam metam erexissent, tandem per eandem plagam in eadem via et ipsa Silua reuertendo et ab

Ipsa Silua exeundo ad quendam Ryuulum Kalnapataka vocatum penes villam Kalna in portu eiusdem fluuÿ vnam metam terream in ponendo acumulassent Inde ad eandem plagam septemtrionalem per Campum Kalna mezeye vocatum in modico transeundo quoddam prope uernos sub quadam arbore gertÿanfa similiter vnam metam terream erexissent, preterea ad huc per eandem plagam ad quendam Ryuulum felsepuikuiach[1]) nominatum, et ipsum Ryuulum pro meta committendo, abhinc similiter ad eandem plagam et per ipsum Ryuulum ad montes Thihohege ascendendo, et eundem montem Tyhohege similiter pro meta assignando comisissent, exhinc per cacumina moncium vulgo Berch nominatorum ad plagam occidentalem reflectendo quandam magnam viam in cacuminibus eorundem moncium ad Teid transeundem et confluentem pro vera meta asignassent et reliquissent, deinde in quendam montem Kisthihohege nominatum transeundo quem montem similiter pro meta reliquissent Inde ad plagam meridionalem flectendo ad Ryuulum Kysthihopatacha pervenissent, per eundem autem Riuulum in bono spacio in descensu transeundo, et eundem similiter pro meta commisissent, Tandem ab ipso fluuio ad dexteram eundo et ibi in portu eiusdem vnam metam terream erexissent, deinde ad originale ipsius fluuÿ hatarpatak similiter pro meta consignassent et commisissent. Tandem versus partem meridiem (így) per eandem Ryuulum usque ad Ryuulum Kalnapathaka transenassent Ipsumque Rÿuulum Kalnapathaka vltra transiuissent, ac in fine quarundam terrarum arabilium similiter vnam metam terream fodissent, Inde per eundem Ryuulum pariter per eandem plagam ad quandam Siluam glandinosam eundo, per quandam viam ad riuulum Kertheelpataka perueniendo et ibidem Juxta quoddam nemus similiter vnam aliam metam terream erexissent, Inde per eundem Ryuulum Kerthuelpataka ad plagam occidentalem flectendo, et vsque ad fluuium holtbizere transiuissent, Ipsum autem Ryuulum holtbizere vltra meando ad (portum) fluuÿ Themes peruenissent, vbi aliam metam terream

[1]) A gyulafehérvári káptalan 1473. évi átiratában: felső purk mach.

erexissent, Inde per eundem fluuium Themes ad partem meridionalem tendendo ac alium Ryuulum holthbizere transeundo et sub quadam magna arbore Nÿarfa vocata similiter vnam metam terream erexissent, abinde ad plagam orientalem, per eundem Ryuulum holthbizere ad fyzespataka peruenissent, per eundem autem Ryuulum fyzespataka in medio transeundo et ad predictum fluuium Byzere perueniendo prope eundem fluuium penes quoddam fossatum similiter vnam aliam metar terream acumulassent, Saliendo Ipsum fluuium Byzere, et ad primam metam transeundo, Et sic mete predicte possessionis Chutha terminarentur, Et sic taliter separatam et distinctam, reliquissent eandem, memoratis Michaeli ladizlao Stephano dionisio Kozthe farkasio Andree Michaeli Iwan, Jure ipsis in cumbenti perpetuo possidendam, nullo contradictore aparente et existente, tam in facie eiusdem quam nostri in presencia legitimis diebus et horjs expectando in cuius reÿ memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras priuilegiales apensione Sigilli nostri communitas alphabetoque intercisas Datum decimo sexto die reambulacionis et metarum ereccionis predictarum, Permanus magistri Emerici lectoris socÿ et Concanonici nostri, Anno domini supradicto, presentibus honorabilibus et Circumspectis viris domino Stephano Cantore Andrea Custode magistris Jacobo de Naglok Simione et Johanne de Gÿeled et fratribus nostris in dei ecclesia Jugiter famulantibus regi sempiterno.

(Eredetije hártyán az erdélyi Múzeumban; függő pecsétje elveszett.)

188.

1411. augusztus 29-én.

Nos magister Jurga de Zana vicecomes de Crasso et Judices nobilium de eadem Memorie commendamus quod nos ad legitimam peticionem magistri Stephani fili petri de Remethe Jachiam de Badad Johannem filium Nicolai de Zigeth ad infrascriptam inquisicionem faciendam transmisissemus qui demum exinde ad nos reuersus nobis vniformiter retullerunt quod ipsi ab omnibus quibus decuisset et licuisset palam et

oculte talem scire potuissent veritatem quod Jacobus filius Chep de Gerthanus vnum equom Jobagionis eiusdem magistri Stephani Dionisÿ scilicet Kenesÿ de Zekes insuperficie possessionis sue in prato seu in loco fenali reperendo abduci fecisset et nunc apud se conseruaret eiusdemque dionisium Kenesium diris verberibus et verberum plagas afecisset idem Jacobus prenotatus in preiudicium et iacturam et dedecus ipsius magistri Stephani valde magnum potencia sua mediante, Datum in Mezeusomlio in festo deColacionis sancti Johannis Baptiste Anno domini Millesimo quadringentesimo vndecimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsétek nyomaival. Múzeumi folyószám 522. Saec. XV.)

189.

1412. május 21-én.

Nos magister Ladislaus fodor de Copach vicecomes de Crasso et Judices nobilium de eadem Memorie commendamus, quod magister Johannes saphar, coram (így) personaliter constitutus, magistrum Stephanum filium Petri de Remethe super vnum Nisum quod wlgo caruol dicitur Inquibus eidem debitorem tenebatur, vt dicebat eidem relaxasset, ymmo relaxauit et commisit expeditum coram nobis, Datum in Mezeusomlo Sabbato proximo ante festum penthecostes Anno domini M^mo^ CCCC^mo^ XII^mo^.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 551. Saec. XV.)

190.

1412. szeptember 19-én.

Capitulum Ecclesie Chanadiensis omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris presencium Noticiam habituris, Salutem in salutis largitore ad vniuersorum Noticiam harum serie volumus pervenire. Quod Dionisius filius Iwan, Petrus filius Dees, Ac Paulus filius Philipi, et Stan, de Gÿepw proseipsis personaliter Onera vero Petri et Sandrini filiorum dicti Stan, Idem Stan, Andree et Johannis filiorum dicti Philipi fratrum suorum carnalium predictus Paulus, ac Iwan,

patris dicti Dionisÿ, idem Dionisius, et Dees patris dictj Petri, Idem Petrus, Item omnium et singulorum aliorum proximorum et consanguineorum ipsorum, ÿdem Dionisius Petrus, ac Paulus et Stan Simul in Infrascriptis, In et super se assumentes, ab vna, parte vero ab alia farkasius filius Bogdan de Mwthnwk personaliter coram nobis constitutj, per eosdem Dionisium, Petrum, Paulum, et Stan ministerio viueuocis spontaneaque voluntate confessum extitit in huncmodum. Quod quia prescriptus farkasius In omnibus eorum Negocÿs et Necessitatibus multipharÿs fauoribus diuersis complacencÿs et Irremunerabilibus subsidÿs fraternaliter et constanter affuisset et depresenti foret, laboribus expensis et Rebus suis proprÿs non parcendo, ipsumque imposterum, Juxta sue facultatis exigenciam ipsis adesse, et complacere sperarent, Ideo ipsi in Retribucionem et compensam aliqualem, huiusmodi recepti Beneficÿ, et futuri accedentis successus directam et equalem medietatem possessionis ipsorum Gyepew vocat*am*, In Comitatu Themesiensi, in districtu karanSebes existentem habitam, ipsos titulo perpetue kenesiatus donacionalis Regalis concernentem, Cum omnibus suis vtilitatibus, et pertinencÿs quibusuis, quibuslibet nominum vocabulis vocitatis ad dictam medietatem Jamdicte possessionis Rite et legittime spectantibus, et spectare debentibus, prescripto farkasio filio Bogdan, et per eum, Nicolao Stephano, Bogdan, et Michaeli filÿs eiusdem, eorumque heredibus, dedissent, donassent, et contulissent ÿmmo dederunt donauerunt et contulerunt, nostri impresencia Jure perpetuo et Irreuocabiliter, per eosdem farkasium, Nicolaum, Stephanum, et Michaelem, ac eorundem heredes, et successores, tenendam possidendam pariter et habendam, Nil Juris Nil ve proprietatis, sew dominÿ dicte medietatis Antedicte possessionis pro se et successoribus ipsorum reseruando, Sed omne Jus, ac Juris proprietatem, et totale dominium eiusdem, In dictos farkasium, ac filios eiusdem prenominatos, eorundemque successores transferendo, tali vinculo mediante. Quod si quecumque parcium predic arum vmquam, in processu temporum premissa omnia vel aliqua premissorum, retractare Irritare vel infringere, Intra vel extra Judicium presumpmeret, Tunc talis pars contra aliam in premissis inuiolabiliter,

perseuerantem, in ducentis florenis denariorum nouorum, salua porcione Judicis prompta in pecunia, ante litis ingressum persoluendis, convinceretur et convinci deberet, eofacto, ad quod partes predicte se personaliter, alios vero absentes ad eorum grauamina, modo preuio, in se assumpta Coram Nobis obligarunt, In cuius Rei Memoriam firmitatemque perpetuam, presentes litteras nostras priuilegiales, suprascripto Alphabeto, intercisas fecimus emanari, pendentisque sigilli nostri munimine roborari, Datum per manus Magistri Mathie lectoris feria secunda proxima post festum exaltacionis sancte Crucis, Anno domini Millesimo, Quadringentesimo duodecimo, Preseutibus honorabilibus et Circumspectis viris dominis, Clemente preposito, Petro Cantore Andrea Custode, Petro Themesiensi Briccio Orodiensi Jacobo ultra Morosiensi Nicolao de Thorontal, Petro Sebesiensi et Ladislao Crassouiensi Archidiaconis, Ceterisque Canonicis fratribus nostris, In dei ecclesia Regi Jugiter famulantibus sempiterno.

(Albert király 1439-iki megerősítő leveléből, melyet átírt II. Ulászló 1496-ban. A Macskási levéltárban.)

191.

1414. július 24-én.

Serenissimo principi domino nostro domino Sigismundo dei gracia Romanorum regi semper augusto ac Hungarie etc. regi Capitulum ceclesie Orodiensis oraciones in filio virginis gloriose perpetua cum fidelitate vestra Nouerit excellencia quod nos literas vestras debita cum obediencia recepimus in hec verba, Sigismundus dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex fidelibus suis Capitulo ecclesie Orodiensis Salutem et graciam dicitur nobis in persona Jacobi Andree et Nicolai filiorum Andree Cheph de Gyrthyanus quomodo Bologdy dictus de Wadach et Emericus filius eiusdem quam plurima facta potenciaria nec non devastaciones interritorio possessionis ipsorum ipsis Irogando quam pluries greges populorum et Jobagionum eorum inpossessionibus N y e k et C h o k a l vocatis commorancium de proprÿs terris Ipsorum inpelli fecissent propter quod eedem possessiones in maxima sui parte vastate haberentur potencia mediante in preiudicium

eorundem valde magnum Super quo fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Nicolaus filius Bartholomei de P e r e d w vel alter Nicolaus de Z ÿ g e d sin dominicus seu Benedictus de p e z e r ceu Stephanus dictus Thorma de Z e r e n d aut Nicolaus filius Symonis Alys absentibus homo noster ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem quam tandem nobis fideliter rescribatis, Datum in W y s e r a g d (így) Sabbato proximo post festum penthecostes anno domini Millesimo quadringentesimo quartodecimo. Nos igitur mandatis vestris humiliter obedire cupientes vt tenemur vnacum prefato Benedicto de P e z e r homine vestro regio nostrum hominem videlicet magistrum Jacobum de K o u a z y socium et concanonicum nostrum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum qui tandem abinde adnos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi die dominico proximo ante festum beati Jacobi apostoli proxime preteritum in C o m i t a t u d e C r a s s o simul procedendo anobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusuis status (az *et* szó hiányzik) condicionis dicti Comitatus hominibus pallam et oculte diligenter Inquirendo omnia premissa suo modo resciuissent sicut vestre dictum extitit maiestati et quemadmodum tenor literarum vestrarum contineret predictarum. Datum tercio die Inquisicionis prenotate Anno domini Supradicto.

(*Kívül:* Domino Regi pro Nicolao filio Andree Chep de Gyrthianus et alys infrascriptis contra Mathiam Bologdy dictum de Wadach Inquisicionis Relacio.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán a káptalan fehér viaszba nyomott monyoru pecsét maradványával. Múzeumi folyószám 24. Saec. XV. R. I. Append.)

192.

1415. június 22-én.

Serenissimo principi domino eorum, domino Sigismundo dei gracia inclito regi Hungarie ac romanorum semper augusto, J a c o b u s d e a b e l v i c e c o m e s et Judices nobilium, de eadem obsequium seruiciorum ipsorum cum sumpma fidelitate,

domine noster graciose Noueritis literas vestras nobis directas reuerenter recepisse in hec verba Sigismundus dei gracia romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus nobilium Comitatus de Crasso, Salutem et graciam dicitur, nobis in personis Andree Jacobi et Nicolai filiorum Andree Johannis fily pasca fily andree nec non Michaelis et Stephani fily Andree de Gerthanus, quod magister Stephanus filius petri de remethe et Emericus filius eiusdem de eadem quamplures segetes frugum Jobagionum eorum in villa Gerthianus commorancium depasci et anihilari fecisset ac syluis et pratis eorum minusiuste vsi fuissent, nec non Custodem silluarum ipsorum diris verberum et vulnerum plagÿs sauciassent potencia mediante in preiudicium ipsorum litis tamen inter ipsos pendente, Super quo fidelitate vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vnum vel duos ex uobis transmittatis, qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis, Datum in Wissegrad feria secunda proxima post dominicam quasymodo geniti, Anno domini M^mo^ quadringentesimo quintodecimo, Nos igitur mandatis vestris in omnibus obedire cupientes vt tenemur statim visis receptisque literis vestris vnum ex nobis, dauid Judicem nobilium, vnacum Nicolao paruo de Ziged transmisissemus, qui demum exinde ad nos reuersy nobis retulerunt eomodo quod ipsi abomnibus quibus incumbisset, talem sciuissent veritatem, quod equi equaciales magistri Stephani fily petri in superficie possessionis dictorum Andree Jacobi et Nicolai, ac virorum supradictorum de Gerthianus et Jobagionibus eorundem et segitibus et frugibus ac frumentÿs dampna non modica intulissent, pro quibus eciam Jobagiones eorum de possessionibus recesissent, sed Emericus filius eiusdem magistri Stephani, Custodes siluarum prefatorum Andree Jacobi et Nicolai percussisse non sciuissent, et non verberasset, Datum in Mezewsomlio Sabato proximo ante festum beati Johannis Baptiste, Anno vt supra.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Három apró pecséttel a levél hátán. Múzeumi folyószám 753. Saec. XV.)

193.

1416. február 15-én.

Nos magister Petrus de Benke et Ladislaus Vasky vicecomites de Crasso et Judices Nobilium de eadem Memorie commendamus quibus expedit vniuersis, quod magister Stephanus filius petri de remethe, ab vna, parte ab altera Stephanus filius Blasÿ de Chobay coram nobis personaliter constituti per eosdem fassum extitit in hunc modum, quod licet in disturbiorum temporibus in superficie possessionis Omor vocate familiares ipsius magistri Stephani nobilem virum Blasium patrem ipsius Stephani causaliter miserabili nece interemissent, tamen ipsi in facto Omagÿ ipsius Blasÿ ordinacione nonnullorum proborum virorum ad talem pacis concordie devenissent vnionem, ymmo devenerunt coram nobis eomodo, quod idem magister Stephanus filius petri eidem Stephano, filio Blasÿ hic in Civitate Mezeusomlio in festo penthecostes nunc proxime venturo, in prompta pecunia, quinquaginta quinque florenos noue monete persoluere teneretur, Onus tamen et grauamen idem Stephanus vniuersorum suorum proximorum et consanguineorum in huius modi facto super se assumpmendo, ydemque Stephanus filius Blasÿ, literas ipsius Stephani fily Petri, facto in premisso emanatas in specie reddere et restitui assumpsisset, Talimodo quod si non redderet extunc in aquisicionibus suis convinceretur ipsofacto et si idem Stephanus filius Petri premissam solucionem non faceret, extunc in dicto Omagio in Centum florenis nouis conuinceretur eofacta, Ad que se partes sponte obligarunt coram nobis voluntate. Datum in dicta Somlio sabbato proximo post festum beati Valentini martiris Anno domini M^{mo} CCCC^{mo} XVI^{o}.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában, pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 539. Saec. XV. Egy másik szórul szóra összhangzó levél 765. Múzeumi szám alatt.)

Jegyzet. A Regestrumban említtetik Krassó vármegyének feria sexta proxima post festum ascensionis domini, — a fenebbivel egybehangzó egyezkedő levele, melyben *300 forint* tűzetik ki, mint homagium.

194.

1416. július 11-én.

Nos petrus filius Benke et ladislaus Vasky vicecomites de Crasso et Judices nobilium de eadem Memorie commendamus, quod nos ad legitimam peticionem Stephani fily petri de remethe, ad infrascriptam Inquisicionem faciendam Jacobum filium Beke et Egidium Torma transmisissemus qui demum exinde ad nos reuersi nobis retulerunt eomodo, quod Stephanus filius Blasy de Chobay in festo penthecostes Omagium patris sui, exparte ipsius Stephani, scilicet quinquaginta quinque florenos nouos, in Ciuitate M e z e u s o m l i o personaliter et idem Stephanus filius Blasy habere voluit et voluisset. Datum in Mezeusomlio sabbato proximo ante festum beate Margarethe anno domini M^mo^ quadringentesimo XVI^o^.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három apró pecséttel. Múzeumi folyószám 820. Saec. XV.)

195.

1416. május 16-án.

Pipo de Ozora Themesiensis et Camerarum salium regalium Comes, dilectis nobis v i c e c o m i t i b u s n o s t r i s in Comitatibus Chanad, Themesiensi et Crassowyensi constitutis et constituendis presencium noticiam habituris, Salutem cum dileccione Quia Serenissimus dominus noster Sigismundus Romanorum ac Hungarie etc. rex, dominus noster naturalis graciosissimus, nouissime decernendo stabiliuit vt nullus omnino Jobagionum Nobilium quorumcunque in anno proxime preterito in regno Bozne periclitatorum et deperditorum interim quousque super hoc vtinam ÿdem Nobiles viui existant vel mortui certitudo experietur ad loca aliena moraturorum se transferre valeat neque possit Ideo dileccioni vestre firmissime committendo mandamus perpresentes, quatenus, quicunque ex Jobagionibus Nobilium virorum Jacobi et Nicolai dictorum Chep de Gyrthianus in ipso regno Bozne periclitatorum infra tempus prescriptum ad loca aliena moraturos se transferre voluerint extunch uiusmodi Jobagiones eorundem Jacobi et

Nicolai dictorum Chep per dominas Consortes ipsorum ad abire permittendum nullatenus compellere debeatis, ÿmmo si quipiam hominum cuiuscunque condicionis existant, huiusmodi Jobagiones dictarum dominarum sua potencia mediante abducere voluerint Tunc contra tales insurgendo Ipsis taliter faciatis, sicuti decet perpetratoribus actus potencie Et aliud in hÿs facere non ausuri, presentes autem post lecturam reddere committimus presentanti, datum in Zeged die Sabbato proximo ante dominicam Cantate domino etc. anno eiusdem Millesimo quadringentesimo XVI°.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Szöveg alatt Ozorai pecsétje zöld viaszban. Múzeumi folyószám 823. Saec. XV.)

196.

1418. márczius 7-én.

Nos pipo de Ozora Comes Themesyensis, Memorie commendamus per presentes, Quod licet a temporibus diu retrolapsis inter Michaelem Gruban et lucam filios dya, necnon Ladislaum et andro filios philipy, ac Brank filium Ivan, et dan fratrem eiusdem Stephanum filium laczk, ac Myka Johannem et Georgium fratres eiusdem, necnon Roman et Ivan filios Zarna, Stephanum et Gruban filios doma, ac Michaelem filium Ivan parte ab vna, necnon philipum et petrum filios Juga, ac Maÿlathdragamer fratrem eorundem, ab altera partibus, kenezios de Borzafew, super keneziatibus possessionum Regalium Juxta Riuulum M a y l a t h m a y c h o vocatum in districtu de Borzafew habitarum, litis et controuersionum materie mote fuerunt, et suscitate, partesque inter ipsas diucius ventilate, et quamuis alias pro facienda partes inter predictas concordiali disposicione, certos probos ac nobiles kenezÿos duxerimus deputandos, qui Juxta nostram commissionem partes inter predictas facto in premisso certam fecerint disposicionem arbitratiuam, In qua quidem disposicione partes prescripte eo quod absque aliquali obligacionis vinculo talis disposicio inter ipsas facta fuisset persistere non curauerunt, tandemque volens partes inter predictas, huiusmodi controuersias sopire et sedare, Ipsasque perpetue pacis quietitudine gratu-

lari, Nobilem Jacobum de Abel Castellanum nostrum de dicta Borzafew, nec non Michaelem Izach, Johannem nyakazo, Nicolaum Bachy de dicta Borzafew, ac dionisium de luca et dominicum de Grunlya de Crassofew, kenezios ad faciem predictarum possessionum Regalium, Juxta dictum Riuulum sitarum̃ et habitarum ad faciendam dictis partibus presentibus in metis, terris, siluis, et alÿs quibusuis ipsarum possessionum vtilitatibus et integritatibus arbitratiuam concordialem disposicionem .... deputandos destinandos Ipsi itaque Jacobus de abel Castellanus noster, ac Michael Izach Johannes Nicolaus Dionisius et dominicus Kenezÿ, vnacum dictis Michaele Gru(.an)... Ladislao, andro Brank dan Stephano Myka Johanne Georgio, Roman, Ivan, Stephano, Gruban et Michaele ab vna, nec non predictis philipo, petro, Maylathdragomer parte ab altera personaliter nostri inpresenciam venientes, talem partibus coram estentibus, et id audientibus fecisse fassi fuerunt partes inter ipsas arbitratiuam et concordialem disposicionem, quam partes prescripte beniuole se acceptasse retulerunt, et acceptarunt coram nobis, quod ipsi presentibus vtrisque partibus ad facies dictarum possessionum Juxta dictum Riuulum Maylath Maycho habitarum accedendo metas eorum hoc modo reambulassent et destinassent primo videlicet meta ipsarum possessionum inciperetur a parte meridionali de quodam monte, in quo quedam via penes ipsam viam quedam palus in volacho Baltha dictus, in cuius paludis medio pridem lapis magnus pro meta positus haberetur, et inde per dictam viam tendendo modicum ad partem orientalem pervenit ad quoddam signum pribay... dictum, et ab inde per eandem viam tendit ad partem meridionalem vbi ipsa via deficit, Indeque progreditur ad cursus cuiusdam montis verticem vulgo hath vocatum, qui vertix procedit in medio possessionum vtraque Maycho vocatarum, et descendit ad locum vbi dictus Riuulus vtraque Maylathmacho in viam coniungitur, et inde vltra ipsum Riuulum tendit ad partem meridionalem transitque ad cacuminem montis Naghmogyolicza vocatum et deinde descendit per quendam Riuulum situm ad flumen Borza in magnum voraginem vulgo Erem vocatum in ipso fluuio habitum, et inde declinat modicum infra per ipsum fluuium, et exhÿt de

ipso fluuio Borza et transit super Riuulum lespathaka vocatum ad caput sew originem eiusdem Riuuli, de cuius Riuuli capite ascendit ad vnum montem, vbi peruenit ad quendam paludem fertes vocatum in volacho Baltha dictum, vnde descendit ad quendam Riuulum luca vocatum indeque transit vltra ad Riuulum Borzpataka vocatum, et inde per montem in medio possessionum vtriusque luca pro cedit ad montem sendia vocatum, vbi ipse mete finiuntur, terras itaque ac siluas, nemores virgulta, aquas, Riuulos, fenilia et alias quaslibet vtilitates possessionum predictarum Juxta dictum Riuulum Maylath Maycho a parte meridionali dictarum metarum modo premisso reambulatarum habitarum, predictis Michaeli Gruban luce ladislao andro Brank dan Stephano Mika Johanne Georgio Roman Ivan Stephano Gruban, Michaeli et eiusdem heredibus ac posteritatibus, a parte vero orientali (ez utóbbi szó, mint érvénytelen, kipontozva) occidentali (így) terras similiter siluas nemores virgulta aquas Riuulos, fenilia et alias quaslibet vtilitates possessionum predictarum habitas predictis philipo et petro filÿs Juga ac Maylathdragomer Ipsorumque heredibus vniuersis Jure vtrisque partibus incumbente de ipsarum parcium beneplacita voluntate perpetuo ad vtendum tenendum habendum relinquissent et commisissent tali vinculo mediante quod si temporis in processu aliqua parcium predictarum et posteritatum eorundem contra sese occasione premissarum terrarum ac aliarum vtilitatum predictarum ipsis modo premisso metaliter limitatarum litem mouere aut aliquouismodo se alterutrum impedire et perturbare niteretur et attemptaret, extunc talis pars contra partem aliam in premissa concordiali et metali disposicione perseuerantem in quinquaginta marcis denariorum, singulam marcam per quadringentos denarios nouos computando, quarum due partes ad porcionem Judiciariam, tercia vero pars parti in ipsa concordiali disposicione perseueranti cedi debeant convinci debeat eofacto ad quod partes prescripte in ipsorum ac vniuersorum suorum consanguineorum, heredum et posteritatum suorum personis se sponte libere ac beneplacita voluntate eorum firmiter obligarunt coram nobis, harum nostrarum testimonio literarum, Datum In Themesvar feria secunda proxima post dominicam

letare, anno domini Millesimo quadringentesimo decimo octauo.

(Eberhard szentlászlóvári kapitány 1433. évi átiratából; a magy. nemz. Múzeumban.)

197.

1418. május 28-án.

Nos ladislaus vaski et Petrus Benke vicecomites ac Judices Nobilium Comitatus de Crasso, Memorie commendamus Quod ad legitimam peticionem Stephani fily condam petri bani de Remethe, Moysen de Maiusfalua ad infrascriptam inquisicionem faciendam transmissemus, qui demum exinde ad nos reuersus Nobis retulit tali modo quod Brath Kenesius de Egreus, Jobagio domini regis quendam Jobagionem ipsius domini Stephani de possessione Rauna in silencio noctis salienter transuehÿ fecisset et abduxisset potencia sua mediante, Datum in Mezewsumplio (Sabbato szó hiányzik) proxima post Octauas corporis christi, Anno domini Millesimo CCCC^{mo} XVIII^{o}.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 954.)

198.

1418. június 4-én.

Nos Ladislaus Vaska et Petrus Benke vicecomites ac Judices nobilium Comitatus de Crasso memorie commendamus quod ad legitimam peticionem domini Stephani fily condam Petri Bani de Remethe ad infrascriptam inquisicionem faciendam Andream Maios transmisissemus qui demum exinde ad nos reuersus nobis retulit talimodo, quidam Jobagio predicti domini Stephani de possessione sua Sekas nuncupate octauo die ante festum beati Georgy, ad possessionem domini despoti Garabolch nuncupatam more consueto teragio deposito transmisisset et licenciasset, datum in Mezewsomlyo sabbato proximo post octauas corporis christi Anno domini M^{mo} CCCC^{mo} XVIII^{o}.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három apró pecséttel. Múzeumi folyószám 956.)

199.

1418. október 8-án.

Nos Ladislaus Vaska et Petrus Benke vicecomites ac Judices nobilium Comitatus de Crasso Memorie commendamus Quod vicecomites nostri, puta predicti Ladislaus et Petrus vniuersa Birsagia in quibus dominus Stephanus filius condam Petri Bani de Remethe tempore ipsorum, quantum ad ipsorum porcionem contra dominum Johannem de Hank fore conuictus et agrauatus, illa penitus et per omnia dicti vicecomites ipsi domino Stephano reindulserunt et relaxauerunt, Datum in Mezew Somlyo sabbato proximo post festum beati francisci confessoris Anno domini M^mo^ CCCC^mo^ XVIII.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három apró pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 955. Saec. XV.)

200.

1418. október 22-én.

Nos ladislaus Vaska et Petrus Benke vicecomites ac Judices nobilium Comitatus de Crasso, Memorie commendamus, quod Stephanus filius condam Petri Bani de Remethe sabbato proximo post festum beati francisci confessoris et Jobagiones domini Georgy de Chak ex parte possessionis Ermen Thome magistro de Monyoros Jobagio domini Regis causa ea, quod vestigia duorum Bouum ipsius Thome extradare non voluissent de predicta Ermen quadraginta quinque florenos paruos coram nobis soluere debebant, ipso termino occurrente predictus dominus Stephanus ex sui parte et dicti Jobagiones domini Georgy persoluerunt coram nobis vt debebant quos comisimus quitos et expeditos vigore literarum nostrarum mediante, Datum in Mezew Somlyo sabbato proximo post festum beati luce Ewangeliste Anno domini M^mo^ CCCC^mo^ XVIII^o^.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Múzeumi folyószám 970. Saec. XV.)

201.

1418. november 7-én.

Sigismundus dei gracia Rex semper augustus ac Hungarie etc. Rex fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus nobilium Comitatus Zoliensis Salutem et graciam, dicitur nobis in personis Stephani fily Petri de Remethe ac Emerici et ladislai filiorum eiusdem quod Petrus Benke de Benkefalwa anno in presenti ad possessionem Bastwuisse veniendo quinque Boues de eorum proprio ac Jobagionum ipsorum aratris quatuor boues excepisset et tamdiu quousque voluisset conseruando octo emisisset et vnum sibi reservasset potencia mediante Inpreiudicium eorundem valde magnum Superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vnum vel duo ex uobis transmittatis qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem quam tandem nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria secunda proxima post festum beati Emerici ducis Anno domini M° CCCC^mo decimo octavo.

(*Kivül:* Fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus nobilium Comitatus Zoliensis pro Stephano filio petri de Remethe et alÿs infrascriptis Inquisitorie.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Zárlatán pecséttel. Múzeumi folyószám 945.)

202.

1419. május 31-én.

Nos Sigismundus de losonch etc. Castrorum Orswa, Myhald, Sebes, ac Sydowar vocatorum, ceterorumque Castellanus. Memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis Quod nobis feria tercia proxima ante festum Penthecostes, vnacum Nobilibus et kenezÿs Sebes, lugas, karan et komyath districtuum in Opido karan existentibus, causasque cunctorum coram nobis litigancium in statera equitatis discucientibus, Gregorius Judex, ceterique Ciues et Jurati de dicto Opido karan personaliter ad nostram venientes presenciam, presentibus Stephano, Blasio filio eiusdem, ladislao et Johanne filÿs Bogdani, Nicolao filio farkasÿ, altero Nicolao filio Radul, Nege et ladislao filÿs Opprissa et Woya Nobilibus

de Muthnuk, quasdam litteras inuictissimi domini nostri Sigismundi Regis Hungarie, asserentes accionem et proposicionem ipsorum litteris contineri in eisdem, nobis presentauerunt, hunc tenorem continentes, Sigismundus dei gracia Romanorum Rex etc. (Lásd Zsigmond király 1419. évi levelét, Pestynél: Szörényi bánság III. 19. lap.) Adhuc Idem Judex et Jurati in rectificacionem metarum dicti Opidi, quasdam tres litteras, vnam olim Inclite domine Elizabeth Regine Hungarie, et secundam domini lodouici Regis, Terciamque et vltimam prefati domini nostri Sigismundi Regis nobis curarunt exhibere, In quarum duarum vna scilicet prefate domine Elizabet Regine Bude tercio die festi Pasce domini Anno eiusdeam Millesimo Trecentesimo et LXXj°. Et alterius prefati domini lodouici Regis in Hathczak feria quinta proxima ante festum Penthecostes Anno domini Millesimo CCC° LXXV° ambarum patenter confectarum seriebus inter cetera habebantur Quod prefatis gentibus et Jobagionibus regalibus, primo prefate domine Elizabet Regine et tandem prefato domino lodouico Regi semper, in eo, quod Radow et Neg Wolachi, siluas et terras ipsorum quas ex ista parte fluuÿ Muthnuk, et inter alias certas metas, vsque ad Cerosa magna et vsque ad flumen keuespatak vocatum ab antiquo semper et vsque tunc pacifice vsi fuissent, propria eorum auctoritate, in preiudicium ipsorum Jobagionum Regalium occupassent, humiliter querulantibus primo prefata domina Elizabet Regina, Nicolao filio Stephani officiali domini ladislai ducis Opulie, et Regni Hungarie Palatini in karan constituto, et post modum prefatus dominus lodouicus Rex Magas et ladislao Volahis officialibus suis de karan firmissimis dedissent in mandatis, quatenus, iamdictas terras et Siluas, quibus vt dictum fuisset primitus dicti Jobagiones Regales vsi extitissent, et de Jure ad regiam maiestatem pertinuissent reinuenire et rectificare procurarent, et preallegatos Radow et Neg et alios Nobiles eorumque Jobagiones ab vsu violento et indebito terrarum et Siluarum earundem prohiberent ipsius domini lodouici Regis in persona, Ipsosque Jobagiones regales in vsu earundem terrarum et Siluarum ac aliarum vtilitatum dicti Opidi karan, ad quas ÿdem Jus merum habere conspicerent protegere deberent et indempnes c nser-

uare, Tercia siquidem prefati domini nostri Sigismundi Regis Varadini feria tercia proxima ante festum beati Georgÿ martiris Anno domini Millesimo CCCC^mo^ duodecimo, Regnorum autem suorum Anno Hungarie etc. XXV^o^ Romanorum vero secundo sub Sigillo suo maiori a tergo consignata manifestabat, Quod prefatus dominus Rex, pro ampliacione et augmento comodiosori dicti Opidi karan, quasdam Siluas et terras ex ista parte fluuÿ Muthnuk vocati et inter alias certas metas vsque ad magna Cerosa ad flumeu keuespathaka nuncupatum, quibus ab antiquo hospites et habitores dicti Opidi vsque tunc pacifice vsi fuisse asserti fuissent denuo et ex nouo ad Idem Oppidum applicans et annectens, cum omnibus vtilitatibus et pertinencÿs predictis hospitibus de karan, inquantum eedem terre et Silue ad eosdem semper et ab antiquo pertinuissent noue sue donacionis titulo perpetuo contulisset, Quibus exhibitis ydem Judex et Jurati de parte dictorum Nobilium de Muthnuk per nos in premissis Judicium et Justiciam postulauerunt impertiri, Quo percepto ydem Nobiles de Muthnuk vt premittitur coram nobis personaliter astantes responderunt exaduerso, Quod ipsi nullam terram seu Siluam de tenutis dicti Opidi karan occupassent, nec eciam vterentur depresenti, Nam ipsi et possessiones ipsorum a terris prefati Opidi dudum adhuc metaliter sequestrat*a* et limitat*a* extitissent, Vbi in horum verborum ipsorum declaracionem et comprobacionem duas litteras, vnam prefati domini lodouici, et aliam pretacti domini nostri Sigismundi Regum, ambas patenter emanatas, coram nobis producere non cessarunt, Quarum prime series verbalis peromnia sequitur esse talis, Nos lodouicus dei gracia Rex Hungarie etc. (Lásd Nagy Lajos 1376. évi levelét Pestynél: A szörényi bánság története III. 6. lapján.) Alterius vero tenor Is est, Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie etc. (Lásd külön 1392. év alatt e kötet 218. lapján.) Quarum quidem litterarum exhibicionibus factis, dictisque partibus ipsis super premissis nulla plura litteralia Instrumenta preter preexhibita ad presens et ad futurum exhibenda habere refferentibus, Cum nos Juxta premissum Regie Serenitatis preceptum ad reambulacionem metarum ereccionem et renouacionem particule terre antedicte, inter partes prenotatas vtpremittitur litigiose habite vnacum

partibus prenotatis, et Nobilibus et kenesys districtuum predictorum, presente testimonio prefati Capituli Chanadiensis per Idem Capitulum ad id de premisso regio mandato destinato accessissemus, et eandem terre particulam litigiosam primo secundum demonstracionem prefatorum Judicis et Juratorum de karan, et tandem secundum ostentacionem prefatorum Nobilium et kenesiorum de Muthnuk per suas veras metas et antiquas, Juxta series et continencias litterarum metalium annotati domini lodouici Regis per eosdem Nobiles de Muthnuk vti prescribitur coram nobis productorum reambulassemus, Tandem vnacum prefatis Nobilibus et kenesys diligenti reuisione et examinacione Jurium parcium prescriptarum factis, et decenter perfectis, eedem partes ipsis per nos in premissis discussionem et deliberacionem elargiri postularunt, Verum licet prefatis populis et hospitibus de dicta karan, primo prefate domine Elizabet Regine, et tandem iamfato domino lodouico Regi, super facto prefate terre litigiose querulantibus, tam prefata domina Elisabet Regina, quam prefatus dominus lodouicus Rex, pretactis Officialibus de dicta karan, id vt Idem prefatos populos et hospites de prefata karan in vsu earundem terrarum et Siluarum, ac aliarum vtilitatum dicti Opidi karan, ad quas Idem Jus merum habere conspicerent, dicti domini lodouici Regis in persona protegerent et defenderent, eosdemque Nobiles de Muthnuk, ab earundem vsu violento prohiberent litteratorie mandauerint et commiserint, Tandemque iamfatus dominus noster Sigismundus Rex prefatas terras et Siluas vtpredicitur ex ista parta fluuy Muthnuk vocati, et inter alias certas metas vsque ad magna Cerosa, ad flumen keuespathaka nuncupatum existentes, quibus scilicet ab antiquo ydem hospites Incole et habitatóres dicti Opidi karan vsi fuisse asserti fuissent, eisdem populis et hospitibus in quantum sue regie collacioni incumbissent, noue sue donacionis titulo dederit et contulerit, Tamen quia prefatus dominus lodouicus Rex metas prefatorum Nobilium de Muthnuk, et prefatorum populorum et hospitum de karan, coram ipso super eisdem litigancium per prefatum dominum Johannem Trewtyl Banum Zewriniensem, dictis partibus benigne acceptantibus composuisse et reformasse, ac easdem partes, sub pre-

scriptarum nouarum metarum ereccionibus, serie prefatarum suarum litterarum in superioribus verbotenus insertarum denotatis et specificatis, in pacis tranquilitate dimisisse et reliquisse, Demumque prefatus dominus Nicolaus de Peren, similiter Banus Zewriniensis, dictam particulam terre que vtpreasseritur a terrea meta incipiens spacium continet vsque, vbi dictus fluuius Muthnuk caderet in Themes, habita exinde per attestacionem fidedignam Nobilium et kenesiorum dictarum quatuor prouinciarum, certa rei veritate, prefatis Nobilibus de Muthnuk legittime statuisse, huiusmodi eciam statucioni prefatus dominus noster Rex Sigismundus, suprascriptis litteris suis mediantibus consensum beniuolum et assensum prebuisse repperiebatur, Nobiles eciam et kenesy dictorum Sebes, lugas, kompyath, et karan, districtuum, ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque domino nostro Regi, et sue sacre Corone obseruandam, tacto viuifice crucis ligno, coram nobis in facie dicte terre litigiose Juxta cursus et processus metarum, in prescriptis litteris annotatorum domini lodouici Regis, et Nicolai de Peren conscriptarum, semper et ab antiquo ad possessiones dictorum Nobilium et kenesiorum de Muthnuk de Jure pertinuerit, et nunc debeat pertinere vnanimi et concordi testificacione affirmarunt, Proeo nos perceptis premissis vnacum dictis Nobilibus et kenesys districtuum prefatorum nobiscum existentibus, prefatam terram inter partes vtpremisimus litigiosam Juxta demonstracionem et reambulacionem prefatorum Nobilium de Muthnuk seriebus prefatarum litterarum annotatorum domini lodouici Regis, Nicolaique de Peren factam secundum cursus earundem metarum in eisdem conscriptarum, dictas metas eo quod bene videntes apparent minime renouantes prefatis Stephano ac Blasio filio eiusdem, Ladislao et Johanni filÿs Bogdan, Nicolao filio farkasy, et altero Nicolao filio Radul, Nege et ladislao filÿs Opprisse et Woya Nobilibus de Muthnuk adiudicando reliquimus, et commisimus, per eos, ac ips*as* heredes et posteritates vniuersas, sub premissa metali limitacione perpetuo possidendam et habendam, auctoritate nostra Judiciaria per prefatum dominum nostrum Regem premissis suis litteris nobis at(tributa) mediante, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam prefatis Nobilibus de Muthnuk presentes (lit-

teras) nostras patentes Sigilli nostri munimine robaratas duximus concedendas Datum in prefata karan secunda die statucionis prenotate Anno domini Millesimo quadringentesimo decimo nono.

(Zsigmond király 1421-iki megerösitő leveléből, a Macskási-család levéltárában.)

203.

1421. január 11-én.

Nos Capitulum ecclesie Chanadiensis Memorie commendamus, Quod Andreas filius petri de Borzafew pro se personaliter ac pro Blasio carnali Anthonio et Blasio filÿs Bodo filÿ dicti Petri patruelibus fratribus suis Item filÿs. filiabus vxoribus. fratribus Cognatis et consanguineis suis infra scriptum negocium concernentibus, Quorum onera et grauamina si in infrascriptis non persisterent in se assumpmendo, Coram nobis constitutus, Confessus est eomodo, Quod Philipus filius Juga de dicta Borzafew Juxta continenciam literarum graciosarum Serenissimi principis domini Sigismundi dei gracia Romanorum et Hungarie Regis etc. Super humagÿs predicti condam Bodo, Item luce et Stephani filiorum prefati condam Petri fratrum suorum per ipsum Philipum alias casualiter interemptorum, eisdem plenam impendisset satisfaccionem, Ideo eundem et suos heredes ac superstites, super interempcionibus et humagÿs predictis commisissent, ymmo prefatus Andreas suo et dictorum aliornm nominibus ad suum onus premisso modo in se susceptum comisit expeditum pariter et absolutum coram nobis, Harum testimonio mediante, Datum Sabbato proximo post festum Epiphaniarum domini Anno eiusdem Millesimo, Quadringentesimo vigesimo primo.

(*Kívül:* de noticia certificauit nomine (?) St. d. c. Nicolaus filius Stephani de Hozyolahi.)

(Eredetije hártyán a tinkovai Macskási-család levéltárában, csomag, 880. sz. A pecsétnek csak szíjja látszik.)

204.

1421. április 26-án.

Nos Emericus filius petri de Mixe vicecomes de Crasso et Judices nobilium de eadem Memorie commendamus Nicolaus Cheph nostram adherendo in presenciam, Emericum ladislaum Nicolaum et frank filios Stephani de remethe in eo vt ipsi Aquam Borza de suo vero Cursu meatu excepcione recepcione et ad alia loca permeari faccione prohibuit et contradixit coram nobis, ymmo eciam prohibuit coram nobili viro demetrio de Terien commune de onere, datum in Mezeusomlio sabbato proximo post festum beati Georgy martiris Anno domini M^mo^ quadringentesimo XXI^mo^.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három apró pecsét. Folyószám 630. Saec. XV. R. II.)

205.

1421. április 28-án.

Capitulum ecclesie Varadiensis, Omnibus christifidelibus, tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, Salutem in omnium saluatore, Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod viri magnifici domini Nicolaus de Chaak Wayuoda transiluaniensis et Comes de Zolnuk, et Georgius alias Comes Siculorum filÿ Stephani ab vna, parte vero exaltera magister Johannes filius Nicolai de Naglak, Coram nobis personaliter constituti, parili voluntate ydem sponte sunt confessi, Quod quia ipsi a gagibus ipsorum Juuentutis inuiolabili se semper mutua tractassent dileccione, vt et ipsi in eadem firma caritatiua dileccione et eorum successiua posteritas inmutabiliter congratulari, possent, et valeant, Ideo ipsi matura inter se prehabita deliberacione, in possessionibus ipsorum et porcionibus possessionarÿs infrascriptis, se mutua vicissitudine in fratres adoptiuos et condiuisionales recepissent et sine omni variacione receperunt coram nobis eomodo, vt si prefatos dominos, Nicolaum Wayuodam et Georgium Comitem Siculorum temporum in euentu aut eorum heredes masculini sexus solacio orbatos diuino volente Judicio, ante prefatum magistrum Johannem filium Nicolai decedere

contigerit, extunc possessiones daroch, Gÿvngh, Gÿres, Item porciones possessionarie in possessione Akus, necnon due partes medietatis possessionis Nagzantho et earundem pertinenciarum in Comitatu de mediocri Zolnok existentes, cum omnibus earundem pertinencÿs et vtilitatibus vniuersis, quouis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de Jure spectantibus et spectare debentibus, in prefatum magistrum Johannem et suorum successores sexus videlicet masculinorum deuoluantur eofacto, Econuerso autem si prefatum magistrum Johannem, diuina disponente gracia similiter absque solacio prolium masculini sexus et successorum eiusdem, de hoc seculo migrare contigerit, extunc possessiones Zenthgÿwgh (így) cum Tributo in eadem exigi consueto, ac alchÿ, Kerepche, et Gÿopa, Item Wath, Chazarthethew, Kerezthyenfalua, Pleskoch, Nagbelzeg, Obelzek, Kÿlÿus, Raroszÿkgeth, dvpolch, Sythedebelch, Belzek, Vgrinoch, Gerech, Bokchÿnch, Harka, Bozÿas, Prekoch, tres Igrÿci, Jaam, Bazna, Kvzmÿnch, due Patrÿgh, Radomelfalva, Strezfalva, Rusolch, Sterkolch, Mÿrsinch, Neogochfalua, Stryzfalua, Vasahel (így), Zalokfalua, Kuzaak, Kÿvÿs, Garab, lethkas, Symonoch, lygoroch cum piscaturis fluuÿ danobÿ, Nenchtelek, Kwzegh, cum alÿs tribus villis in Comitatu de Crassow, Item due possessiones Igazovo, similiter cum alÿs tribus possessionibus, in Comitatu Themesiensi, cum predictis Tributis, montibus vinearum, Siluis glandinosis, nemoribus, pratis, fenetis, terris arabilibus, Cultis et incultis, fluuÿs, aquis, aquarumque decursibus, necnon Molendinis et locis molendinorum, ac piscinis et piscaturis, et generaliter quarumlibet vtilitatum integritatibus quouis nominis vocabulo nominatis inter veros cursus metales, existentibus et adprefatas possessiones expectantes et expectare debentes, in Jus et proprietatem, memoratorum dominorum Nicolai Wayuode et Georgÿ Comitis Siculorum, ac eorum successores, pleno Jure deuoluantur, eomodo, quod in possessionibus Naglak predicta Rethkerth, demengh, Palata, Mezewheges, Bozyas, Thamashaza, Kenez, Jenew et Wlweth vocatis in Comitatu Chanadiensi existentibus, cum omnibus

predÿs, habitatoribus destitutis, ac earundem vtilitatibus, sub prioribus antiquis cursibus metarum adiacentibus, quocunque vocabulo vocitatis, rite et racionabiliter, ad predictas possessiones spectantibus, Nobiles puellas Anko, Agatha et dorothea vocatas, filias prefati magistri Johannis, prefati domini Nicolaus et Georgius, aut alter ipsorum, Juxta posse eorum, temporibus successiuis, a regia maiestate, secundum ritum Regni Hungarie in sexus masculinos et veros successores procurare et per eandem regiam maiestatem preficere velint, prout ipsis solis et eorum successoribus circa predictas possessiones, per iamdictum magistrum Johannem, modo premisso donatiue nominatos, regium consensum, quod ad earundem perpetuacionem, Juxta facultatis eorum possibilitatem, possent et valerent, procurare et laborare tenerentur, hoc adiecto, quod si prefatas Nobiles puellas in futuris temporibus, tam ante quam post creacionem et prefeccionem earum in veros successores vt premittitur, ad instar masculini sexus inpredictis possessionibus, in antefato Comitatu Chanadiensi, habitis fieri debendam, absque heredum, easdem, sexus masculini solacio, decedere contingeret, extunc, sine omni dificultate, predicte possessiones, in dicto Comitatu Chanadiensi existentes, cum predictis vtilitatibus et pertinencÿs earum vniuersis, rursus inprefatos dominos, Nicolaum Wayuodam ac Georgium Comitem Siculorum et eorundem successores deuolui deberent et condescendi ipso facto, ad quod se partes predicte Coram nobis spontanea obligarunt voluntate, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras priuilegiales appensione Sigilli nostri autentici munimine roboratas, duximus concedendas, datum feria secunda proxima post festum beati Marcÿ ewangeliste, Anno domini Millesimo, Quadringentesimo vigesimo primo, presentibus honorabilibus et discretis viris, Conrado lectore, Andrea Cantore et Johanne Custode, Ceterisque Canonicis ecclesie nostre predicte, salubriter existentibus et deuote, prepositura autem ecclesie nostre prenotate vacante.

(Eredetije hártyán a gr. Csáky-család lőcsei levéltárában. Archivum generale fasc. 31. No 6. A zöld selyemről csüngött pecsét elveszett. Kivonatban és hibás helynevekkel közli a Csanádegyházmegyei Adattár II. 359. l.)

206.

1421. október 18-án.

(S)igismundus dei gracia Romanorum Rex semper augustus, ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex Marchio Brandenburgensis necnon Lucemburgensis heres, Vniuersis christifidelibus, presentibus pariter et futuris, presens scriptum inspecturis, Salutem in omnium saluatore, Ordo suadet equitatis et ad apicem pertinet regalis dignitatis vt ea que rite processerunt illibate conseruentur, et que a fidelibus iuste petuntur ad exaudicionis graciam admittantur, Proinde ad vniuersorum tam presencium quam posterorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod fidelis noster Johannes filius Bogdan de Muthnuk suo et fratrum suorum de eadem Muthnuk nominibus et in personis, nostre celsitudinis adiens conspectum exhibuit nobis quasdam litteras patentes, Egregÿ Sigismundi de lochonch, alias Castrorum nostrorum Orswa, Myhald, Sebes ac Sydowar vocatorum Castellani adiudicatorias, tenoris infrascripti, Supplicans exinde idem Johannes suo et dictorum fratrum suorum nominibus maiestati nostre humiliter et deuote, vt easdem litteras prefati Sigismundi adiudicatorias, ratas gratas, et acceptas habendo, nostrisque litteris priuilegialibus verbaliter inseri et conscribi faciendo, pro ipso, et eisdem fratribus suis, Ipsorumque heredibus, perpetue valituras confirmare dignaremur, Quarum tenor Is est, Nos Sigismundus de losonch etc. Castrorum Orswa, Myhald, Sebes, ac Sydowar vocatorum ceterorumque Castellanus etc. (Lásd külön 1419. év 202. sz. alatt.) Nos igitur humilimis et deuotis prefati Johannis supplicacionibus antefatis nostre per ipsum suo, et quorum supra nominibus subiectiue porrectis maiestati regali benignitate exauditis et clementer admissis prefatas litteras annotati Sigismundi de losonch adiudicatorias non abrasas non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, sed omni prorsus ambiguitatis scrupulo destitutas, presentibus verbotenus sine diminucione et augmento aliquali insertas quo ad omnes earum continencias clausulas et articulos, Eatenus sicuti

Juste rite et racionabiliter sunt emanate, viribus earum suffragatur veritas, acceptamus approbamus et ratificamus, Requirentibus nichilominus prefati Johannis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis per ipsum nobis et sacro nostro regio diademati sub diuersitate locorum et temporum exhibitis et impensis, Simulcum cunctis superius in earundem litterarum tenore lacius explicatis et contentis, mera auctoritate regia et potestatis plenitudine, necnon de consensu et beneplacito Serenissime principis domine Barbare Regine consortis nostre percare, Prelatorumque et Baronum nostrorum consilio prematuro pro eodem Johanne et fratribus suis prenotatis, Ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis peremniter valituras, Absque alieni Juris preiudicio, confirmamus, presentis scripti nostri patrocinio mediante In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri noui dupplicis, quo vt Rex Hungarie vtimur munimine roboratas Datum per manus Reuerendi in christo patris domini Johannis Episcopi Zagrabiensis, ac Aule nostre et reginalis maiestatum sumpmi Cancellary fidelis nostri dilecti, Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo primo quintodecimo kalendas Mensis Nouembris, Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. Tricesimoquinto, Romanorum vndecimo et Bohemie primo, Venerabilibus in christo patribus dominis Doymo Spalatensi et Andrea Ragusiensi Archiepiscopis, Carmano Electo Colocensi, Strigoniensi et Jadrensi sedibus vacantibus, eodem domino Johanne Zagrabiensis, Andrea Waradiensis, Georgio Transsiluanensis, Henrico Quinqueecclesiensis, Benedicto Boznensis, Clemente Jaurinensis, Nicolao Waciensis, Petro Corbauiensis, Symone Traguriensis, fratribus Dosa Chanadiensis, Hynkone Nitriensis, et Thoma Segniensis Ecclesiarum Episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, Petro de Rozgon Wesprimiensi et Jacobo Sirimiensi Electis, Agriensi Scardonensi Sibinicensi Tininiensi Nonensi Makariensi et farensi sedibus vacantibus, Necnon Magnificis viris Nicolao de Gara predicti Regni nostri Hungarie palatino, altero Nicolao de Chaak wayuoda nostro Transsiluano, Comite petro de Peren Judice Curie nostre, Alberto de Vngh priore Aurane Dalmacie et

Croacie Regnorum nostrorum predictorum, Desew de dicta Gara Machouiensi, Dyonisio de Marczali tocius Sclauonie Banis, honore Banatus Zewriniensis vacante, Petro filio Henrici de Brezowycze Tauarnicorum, ladislao filio condam Johannis wayuode de Thamasy Janitorum, Stephano de Bathor dapiferorum, ladislao kompolth de Nana pincernarum, et Nicolao de Peren Agazonum nostrorum magistris, ac kaplerio Comite Posoniensi, Alysque quampluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

(Eredetije pergamenen a tinkovai Macskási-család levéltárában (fasc. 26. No 833.). — Zöld és égszínkék selyemzsinórról függött pecsétje elveszett.)

207.

1421. november 15-én.

Nos Emericus filius Johannis de Zerdahel vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso Memorie commendamus Quod ladislaus filius Stephani de Remethe Super eo quod ipse famulum andree Cheep Nicolaum nomine thoth Interficere non maluisset, contra eundem andream indie datarum presencium sexto se coram nobis deposuit Juramenta Nos vero ipsum Ladislaum racione pretexta expeditum et absolutum duximus relinquendum Harum vigore mediante, datum in M e z e w s u m l i o Sabbato proximo post festum Beati Martini confessoris anno domini Millesimo CCCC^{mo} XX^{mo} primo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 100. Saec. XV. R. II.)

208.

1422. november 12-én.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie dalmacie Crouacie etc. Rex fidelibus suis Capitulo ecclesie Chanadiensis Salutem et graciam dicitur nobis inpersonis Emericÿ ladislai nicolai et franc filiorum Stephani fily petri de Remethe Quod quedam literalia ipsorum instrumenta facta possessionum debrenthe E g e r z e g R e m e t h e predicta Z e g a s B a s s t i s s e et E r m e n vocatarum et aliarum possessionum psorum Jura tangencia ab

ipsis casualiter forent alienata et perdita quorum alia paria in vestra sacristia seu conseruatorio ecclesie vestre more solito reposita haberentur que nunc protuicione seu defensione dictarum possessionum eiusdem nimium forent necessaria ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus dictalia (igy) paria doctorum (igy) literalium instrumentorum in annotata vestra sacristia seu conseruatorio ecclesie vestre diligenter requi(retis) et reinueniri faciatis requisitorumque et reinuentorum tenores si ipsius fore tangere et ipsis iuridice pertinere agnoueritis extunc ipsa parÿa dictorum literalium instrumentorum intranscripto literarum vestrarum eisdem concedatis ad cautelam Cauentes tamen nefras (igy) aut dolus eueniat in ac parte aliqualis secus non facturi, datum Bude secundo die festi beati Martiny confessoris Anno domini Millesimo CCCC^{mo} vigesimo secundo.

(*Kívül*: fidelibus suis Capitulo ecclesie Chanadiensis pro Emerico ladislao Nicolao et franc filÿs Stephany fily petri de Remethe Requisitoria.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét nyoma. Folyószám 12. Saec. XV. R. III.)

209.

1422. deczember 19-én.

Serenissimo principi Domino Sigismundo dei gracia Romanorum Regi semper augusto ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Regi domino ipsorum metuendo, Emericus filius Johannis de Zerdahel vicecomes Crassouiensis et Judices nobilium de *ea*dem Obsequium cum promptitudine famulatus, vestra nouerit Serenitas, Quod nos literas vestras Inquisitorias nobis preceptorie directas supremo cum honore recepimus in hec verba, Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper augustus ac Hungarie Bohemie, dalmacie, Croacie etc. Rex Fidelibus suis Comiti vel vicecomiti et Judicibus Nobilium Comitatus de Crasso, Salutem et graciam, dicitur nobis inpersonis Emerici ladislai Nicolai et frank filiorum Stephani fily petri de Remethe Quod Thomas filius Emerici de H e l u m b a hÿs temporibus nouissime elapsis quoddam Molendinum in

fluuio kyralthawa vocato in facie eiusdem possessionis Helumba non in loco consueto, sed vbi voluisset fluuio in eodem, contra ipsorum sepissimas prohibiciones preparari et statui fecisset propter quam preparacionem et statucionem eiusdem Molendini, duo Molendina ipsorum Stephani in fluuio Borzauize vocato decurrencia anichilari fecisset potencia mediante Impreiudicium ipsorum valde magnum Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vnum vel duos ex vobis transmittatis, qui ab omnibus quibus incumbit meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis fideliter rescribatis, Datum Bude secundo die festi beati Martini Episcopi et confessoris Anno domini Millesimo quadringentesimo XX^mo^ secundo. Nos itaque preceptis vestre Serenitatis semper in omnibus obedire cupientes vt tenemur Nicolaum de Gyrugh Judicem Nobilium vnum ex nobis necnon Johannem fodor dominicum de pezer nobiles ad premissam Inquisicionem faciendam nostro pro testimonio transmisimus fidedignos, Qui demum exinde ad nos reuersi nobis consona voce retulerunt, quomodo ipsi ab omnibus quibus licuisset et decuisset, talem de premissis experissent veritatem quod prefatus Thomas filius Emerici de dicta Helumba quoddam Molendinum in dicto fluuio aque Borze Alcius quam olim stetisset preparari et statui fecisset, Datum in Mezesomlio Sabbato proximo ante festum sancti Thome apostoli anno domini supradicto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét. Folyószám 144. Saec. XV. R. II.)

210.

1424. márczius 22-én.

Nos pipo de Ozora Comes Themesiensis etc. Memorie commendamus per presentes Quod Basy filius Benedicti fily Hem de Egerzegh in sua ac Emerici ladislai Thome et Johannis fratrum suorum carnalium personis quorum onera et grauamina in infrascriptis ad se assumpmendo ab vna parte vero ab alia Emericus et ladislaus fily Stephani de eadem Egerzegh sim iliter in Ipsarum necnon frank et Nicolaus fratrum ipsarum carnalium personis, quorum onera modo prehabito in se

assumpmendo coram nobis personaliter constituti confessi sunt in hunc modum Quod licet inter ipsos a diuturnis temporibus super factis terrarum Arabilium pratorum siluarum Iniuriarum ac aliorum maleficiorum generibus vsque ad hec tempora lites et controuersiones mote fuissent et exorte, Tamen ipsi proborum virorum pacem parcium Zelancium disposicione interueniente premissas lites et controuersiones Arbitrio quatuor proborum virorum videlicet Ladislai waskÿ Symonis fily danch Johannis Janky et Gaborkonis fily pose submisissent ymmo submiserunt coram nobis talimodo vt quidquid ÿdem quatuor probi et Nobiles viri visis et examinatis eorum Juribus in villa Remethe in quarta dominica post festum pasce domini proxime occurrendum arbitrarent disposuerint et ordinauerint Id Ambe partes sub ligamine quinquaginta marcarum salua porcione Judiciaria Acceptare teneantur hoc non pretermisso quod Basy in sua et nominibus quorum supra pro factis alias inter Emericum filium Johannis vicecomitem nostrum Crassouiensem et ipsius Emerici ladislai et Basy ac eorum fratres motis sexaginta quinque florenos nouemonete ac quindecim boues quatuor vaccas et vnum pecudem prefato Emerico ladislao ac eorum fratribus termino in eodem dare et soluere teneantur ad que premissa partes predicte se spontanea voluntate obligarunt coram nobis testimonio presencium mediante datum in Themeswar feria quarta proxima ante dominicam Oculi anno domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo quarto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle ltárában. Szöveg alatt pecsét nyoma zöld viaszban. Folyószám 342. Saec. XV. R. II.)

211.

1424. május 20-án.

Nos Emericus filius Johannis de Zerdahel vicecomes et Judices Nobilium Comitatus Crassouiensis Memorie commendamus quod ladislaus filius Heym de Remethe ac alter ladislaus filius Sandrini de lÿpto pro se ipsis personaliter et pro vniuersis fratribus et proximis ipsorum sine literis procuratorÿs quorum onera et grauamina in se assumpmentes ab vna parte

vero ab alia, Sandrinus de H e l u m b a similiter pro se personaliter et pro fratribus suis vterinis et generacionibus vniuersis sine literis procuratorÿs quorum onera et grauamina similiter in se assumpmens, oraculo viuevocis sunt confessi eomodo, quod quia licet pro quadam clausura incapite K y r a l t h a u a necnon Molendinorum in fluuio B o r z w a existencium et fiendarum in dicto Comitatu adiacencium lis et controuersionis materia inter ipsos suscitari debuisset tamen ipsi ordinatiua composicione plurimorum proborum Nobilium virorum intalem pacis et concordie deuenissent vnionem ÿmo deuenerunt coram nobis talimodo quomodo ipsi predictam clausuram in fluuio borza incapite K i r a l t h a w a simul semper et ad invicem recludere ordinare et preleuare, communique voluntate meatum nunc de nouo factum in priorem antiqui sui cursus conuertere debeant. Ita videlicet, quod directam medietatem ipsius clausure aparte predicte possessionis Helumba, prescripti ladislaus filius Heÿm et alter ladislaus, cum ipsorum fratribus conseruare et recludere, aliam vero directam medietatem ipsius clausure aparte possessionis S a a s d prefatus Sandrinus cum suis fratribus vterinis et diuisionalibus similiter conseruare et recludere Hoc adiecto, quod dum et quando dictam clausuram prefate partes recludere et reordinare voluerint, ante eleuacionem ipsius clausure seu incepiconis infra quindecim dierum spacia, pars parti r . . . . . dare debeat et teneatur, hoc eciam declarato quod prefa(tus ladislaus) filius Heym et alter ladislaus, et ipsorum fratres in dicto fluuio Borza in priori loco Molendini ipsorum que supra Molendinum dictorum Nobilium de Helomba existet, modo simili de Nououo (így) Molendina fabricare reordinare, ipsique Sandrinus et fratres sui Molendinum ipsorum inframittere et subtus cludere, ymo si necesse fieret et Molendinum prefatorum vtrorumque ladislai et fratrum ipsorum inipsorum cursibus inpediret extunc radicibus (így) et intoto destruere et deponere debeant et teneantur, tali vinculo mediante quod si pars, parti super premissis contradiceret et in eisdem composicionibus persistere nollet, extunc talis pars contra partem alteram in decim marcis conuinceretur ipso facto, ad quod se partes premisse obligarunt coram nobis vigore et testimonio presencium mediante, datum in

Mezewsomlyo Sabbato proximo ante festum beate Elene regine anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 335. Saec. XV. R. II.)

212.

1424. május 20-án.

Nos Emericus filius Johannis de Zerdahel vicecomes et Judices nobilium Comitatus Crassouiensis Memorie commendamus tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Nobilis domina Katherina vocata relicta condam Jacobi Cepi de Gyrthianus in sua ac filiarum suarum sine litteris pro curatorÿs inpersonis Onera et grauamina earundem in se Assumpmendo ab vna, parte vero ab alia Andreas cepi similiter insua et filiorum suorum inpersonis, quorum onera et grauamina modo simili in se recipiens sunt confessi eomodo, quod quia volente domino prefatus Jacobus cepi sine masculini sexus solacio ab hac luce secessisset Juraque possessionaria ipsius in prefatum Andream fuissent et essent deuolute, Obhoc ipse Andreas cepi predicte domine Katherine superdote et rerum paraffernalium plenam et omnimodam impendisset satisfaccionem, Item vniuersas et quaslibet porciones possessionarias prefati condam Jacobi in quatuor diuidant rectas et quo equales partes, quarum vnam directam et quoequalem quartam partem filiabus condam Jacobi tamdiu possidere, quo vsque diuina volente ipse filie per legem vice sancte sedis Romane fuerint maritate seu tradite habebunt facultatem facta enim desponsacione ipsarum personarum dedicta quarta parte dictarum porcionum possessionariarum cum condigna estimacione easdem excludendi habeat facultatem Hoc eciam per eandem dominam Assumpto, quod parÿa quarundam trium literarum priuilegialium in Capitulo vel Capitulis eidem, vberiorem ad cautelam dare tenebitur Item vniuersas et quaslibet literas mutuo super omnibus premissis (tam) super dote et rerum paraffernalium quam eciam quartalicio filiarum prefati Jacobi commiserunt expeditos modis omnibus absolutos coram nobis testimonio presencium mediante. Datum in

Mezewsomlio Sabbato proximo ante festum beate Elene regine Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán pecsét nyoma. Folyószám 339. Saec. XV. R. II.)

213.

1424. június 17-én.

Nos Emericus filius Johannis de Zerdahel vicecomes et Judices Nobilium Comitatus Crassouiensis damus pro memoria, quod paulus filius Gywla Jobagio magistri ladislai fily Heem Sabbato proximo post festum asscensionis domini Insede nostra Judiciaria Infigura nostri Judicy comparendo, contra Jacobum in b e r k e z residentem Jobagionem domini despotis (igy) per andream cepi ordine Juris Juxta Allegaciones ipsius pauli detineri factum, et per predictum andream dictum Jacobum in dicta sede nobis presentatum proposuit eomodo, quomodo diebus proxime preteritis prefatus Jacobus sedecim porcos et vnum baculum ferreum buzgan vocatum apastore suo dictos porcos pascente recepisset et depellisset, eo non contentus, domum suam furiose effodendo domo de eadem vnum (igy) cum faretra et alia (. . . . . .) existencia furiose excepisset, ex quibus bonis, dictos arcum cum faretra et buzgan apud ipsius Jacobi in specie coram nobis inveniendo et detinendo, et alia residua bona quo sue placuisset voluntati fecisset, quo audito prefatus Jacobus respondit ex aduerso, quod hoc bene verum foret, quod ipse arcus cum faretra et buzgan apud manus ipsius essent, Sed dictum arcum aquodam homine nomine Crista et faretram ab vno alio suo vicino acomodasse predictum autem buzgan aquodam familiari Nicolao de Gerend proprio comparatum fore allegabat, ac in Alÿs premissis actibus acquisicionibus dicti pauli se Innocentem penitus et inmunem fore referebat, vnde Idem Jacobus predictum Cristam et alios predictos vti testes et expeditores suos Sabbato proximo ante festum Corporis christi racione preuia, coram nobis insede nostra Judiciaria statuere et submittere ac conprobare posse se referebat, vnde nos auditis parcium proposicionibus Judicando commisimus eomodo vt prefatus Jacobus predictum Cristam et alios predictos racione preuia in Opido Mezewsom-

lyo termino in predicto, dictos suos testes seu expeditores statuere debeat et teneatur, Item premissis alÿs accionibus et acquisicionibus dicti pauli, quadraginta se personis termino in prefixo sacramentum prestare teneatur, coram nobis Ita scilicet, quod ipse dictum Buzgan valore et precio comparauerit et alia arma acomodauerit testibus cum prescriptis, ac in alÿs premissis accionibus et acquisicionibus dicti pauli fily Gywla Innocens sit et existat penitus et inmunis, Termino adueniente prefatus Jacobus, dictos suos testes seu expeditores sibi statuere commissos non statuit, nec suum deposuit Juramentum vt debebat testimonio presencium mediante, datum die et loco in predictis anno domini M^mo CCCC^mo XXIIII.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán két apró pecsét nyoma. Folyószám 293. Saec. XV. R. II.)

214.

1424. november 18-án.

Seruicium cum perpetua fidelitate, vestra nouerit magnificencia, quomodo Emericus filius Johannis vestre magnificencie v i c e c o m e s [1]) in medio nostri constitutus, cum predictus vicecomes ante quindenas exercitus, quosdam Jobagiones decanis in A p a c h y a residentes in libera via procedendo et reperiendo minus iuste et indebite, Nouem boues bonos et duos florenos nouos recipere et ad dictum exercitum depelli et quo suo placuisset voluntati fecisset eo non contentus omnia vestimenta et alia quamplura bona dictorum Jobagionum modo simili erga ipsos protunc reperta spoliasset et spoliari fecisset et hoc nobis (vniuersitati) nobilium constat euidenter predicta omnia ad fidelitatem nostram, vestre magnificencie obseruandam rescribere valemus Scripta in Mezewsomlyo Sabbato proximo post festum beati briccy confessonis anno in presenti.

Vniuersitas Nobilium
C o m i t a t u s C r a s s o u i e n s i s.

(*Kivül:* Magnifico viro domino Piponi de Ozora Comiti Themessiensi etc. domino nostro metuendo detur.)

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsét nyomával.)

[1]) Szerdahelyi Imre János fia, 1424. [illegible] volt krassói alispán.

BIBLIOTECA CENTRALĂ REGIONALĂ TIMIȘOARA Nr. de inv.

215.

1424. deczember 2-án.

Nos Nicolaus de Gywrwgh ac Stephanus fekethw de Zygeth Judices Nobilium Comitatus Crassouiensis damus pro memoria quod magister ladislaus filius Heem ac Emericus frater eiusdem coram nobis personaliter constituti, Nicolaum de Kwnÿ ac Jacobum de Geresgal familiares et vicecomitibus (így) magistri Emerici fily Johannis de Zerdahel vicecomitis dicti Comitatus, super solucione quorundam birsagiorum racione non interessencie quorundam Jobagionum ipsorum in presenti exercitu iam preterito, tres boues persoluere curabant coram nobis, qui prefati vicecomites dictos tres boues malos esse referebant, eosdem habere minime volentes, vnde facta huiusmodi non recepcione, quosdam duos Jobagiones ipsorum admanus sepedictorum Nicolai et Jacobi captos dare et assignare curarant coram nobis quosdam homines seu Jobagiones modo preuio ad se habere et recipere minime studuerunt testimonio presencium mediante, datum in Mezewsomlio Sabbato proximo ante festum beate babare (így) virginis Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Két pecsét csak átmetszései látszanak. Folyószám 10. Saec. XV. R. II. App.)

216.

1424. deczember 16-án.

Nos Stephanus fekethw ac Nicolaus de Gywrwg Judices Nobilium Comitatus Crassouiensis damus pro memoria quod nos ad legitimas peticiones ladislai et Emerici filiorum Heem de Remethe Andream filium Maios ad infrascriptam Inquisicionem faciendam duximus destinandum qui tandem exinde ad nos reuersus retulit talimodo, quomodo Jacobus de Geresgal et Nicolaus de Kwnÿ familiares et vicecomites, magistri Emerici fily Johannis vicecomitis dicti Comitatus diebus de Nouo preteritis ad possessionem ipsorum Ermen vocatam irruendo minusiuste et indebite ÿmo poten-

cialiter depredassent, in preiudicium ipsorum valde magnum, datum in Mezewsomlyo Sabbato proximo ante festum beati Thome apostoli Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán két pecsét nyoma. Folyószám 326. Saec. XV. R. II.)

217.

1425. július 14-én.

Nos Emericus filius Johannis de Zerdahel vicecomes et Judices nobilium Comitatus Crassouiensis Memorie commendamus, quod nobis Sabbato proximo post festum beate Margarethe virginis vnacum dicti Comitatus nobilibus, profaciendo moderatiuo Judicio causantibus insede nostra nostra (így). Judiciaria sedentibus ladislaus bors de b a c h t i u i s s e insua, ac Stephani et Gasparis nec non balthasaris filiorum suorum inpersonis nostri veniens inpresenciam per modum protestacionis et prohibicionis nobis significare curauit in hunc modum, quomodo Emericus Nicolaus Ladislaus et frank fily Stephani fily petri de Remethe, Item Thomas basÿ Emericus ladislaus et Johannes fily benedicti fily Heem de debrenthe predictam possessionem bathtiuisse in predicto Comitatu existentem potencialiter pro se occupassent, occupatamque magistro ladislao vasky vti ipse et alÿ percepissent inpignorassent in preiudicium ipsorum valde magnum, qua protestacione facta prefatus ladisladus bors annotatos Emericum ladislaum et Nicolaum coram nobis facie ad faciem reperiendo, alios vero tanquam absentes abhuiusmodi possessionaria potenciaria occupacione et sibi ipsis aplicacione necnon statucione vel statuifaccione eandemque possessionem ab inpignoracione, annotatum autem ladislaum vaskÿ a pignori recepcione et sibi statuifaccione fructusque et quaslibet vtilitates eiusdem percepcione vel percipifaccione, quoquomodo factis vel fiendis publice prohibuit et manifeste coram nobis, datum in Mezewsomlÿo die in predicto anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo quinto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 400. Saec. XV. R. II.)

218.

Comissio propria domini Regis.

1427. május 19-én.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos perspicuo nostre mentis oculo varÿs venerabilis et Magnifici viri Alberti de Naghmihal, prioris Aurane, alias eciam Regnorum nostrorum dalmacie et Croacie predictorum Bani fidelitatibus et multimodarum fidelitatum obsequÿs, quibus Idem, continuis in temporibus nostro se gratum reddere curauit conspectui, exhibereque anchelat in futurum interne intuitis, et pensatis precipue diligenti hÿs animaduersione, quod Ipse prior Aurane alias nobis volentibus et propria nostra in persona, contra Bohemos hereticos, bellicose agentibus, suis sumptibus et impensis, nostro iugiter coherens lateri, varÿs fortune casibus et periculorum quasi ineuitabilium generibus, se submittens exponere non expauit, quique demum, contra publicos et communes hostes nostros et Regni nostri Hungarie plurima in dicto Regno nostro Croacie nostra, et sacre Corone Regni Hungarie Castra et Ciuitates tenentes, cum gentibus ducentarum quinquaginta lanceārum suis sumptibus leuatis, in ipsum Regnum pergens, pro earundem recuperacione studia sua pro posse suo exercuit et fecit, et qui eciam nouissime ad has nostras partes Transalpinas cum gentibus ducentarum viginti quinque lancearum modo simili suis sumptibus leuatis, in nostre Maiestatis obsequium, ad reponendum et restituendum suo dominio Magnificum Daan Wayuodam ab hoste eiusdem, Radul alio nomine praznaglaua, uocato, qui suscepta sibi Turconica potencia de ipsis Transalpinis partibus eum excluserat, cum alÿs nostris fidelibus Baronibus Nobilibus et militaribus, ipsas Transalpinas partes ingrediens, iamfato praznaglaua profugato, ipsum Daan Wayuodam, simul cum alÿs pretactis nostris fidelibus suo restituit domynio, et pacifice possessioni, volentes ipsum Albertum priorem in premissorum munificam liberalemque recom-

pensatiuam retribucionem dignis attollere fauoribus, et magnificis Regÿs antidotis preuenire, quasdam possessiones Naghlak, cum pertinencÿs, palatha, Mezew, Heges (így elválasztva), Rethkerth, Tamashaza, Kenez simulcum predÿs ad easdem spectantibus et pertinentibus, Item Derekeghaz, Acha, et fÿged vocatas in Comitatu Chanadiensi existentes, Item Zenthgewrgh, Alchy Kerepche Juxta fluuium Borza cum Tributo in eadem Zenthgewrgh exigi consueto, et Castello ibidem habito, necnon podwersa, dupolcz, vaad. Item Kwles Rarozygeth, naghbelzek, Kyzded Belzeg, Item Sythe, Gerech, Igrechy, ac alias duas villas iuxta fluuium Igon habitas, Item vasarhel, Jaam et Rusolch, appellatas, alias eciam quaslibet possessiones atque villas Juxta fluuios Crassow et Wytelnek vocatos in Comitatu de Crassou situatas, Item fewlse Igazow et Alsoigazow, nuncupatas, cum pertinencÿs earundem in Comitatu Themesiensi, adiacentes, Ceterasquoque vniuersas possessiones ac quelibet Jura possessionaria vbiuis et in quibuscumque Comitatibus Regni nostri habitas, et existencia, ac quouis nominis vocabulo vocitatas, et appellata, que condam Johannis fily Jank de Naghlaak hominis sine heredum solacio sexus masculini ab hac luce defuncti prefuissent, et propter talismodi defectum seminis eiusdem, de Jure et de consuetudine Regni nostri, ad manus nostras regias deuolutas et redacta, per ipsumque condam Johannem rite et legittime tentas et possessa, simulcum vniuersis et quibuslibet earundem possessionum et Jurium possessionariorum vtilitatibus et pertinencÿs, predÿs videlicet, tam populosis, quam desertis, necnon terris arabilibus cultis et incultis pratis pascuis agris, Siluis nemoribus, Montibus vineis, piscinis piscaturis, arundinetis, Molendinis, molendinorumque, locis, fluuÿs aquis aquarumque decursibus, ecclesiarum patronatibus, Juribus Jurisdicionibus, et generaliter, cunctis earundem vtilitatum integritatibus ad easdem possessiones atque Jura possessionaria, spectantibus et pertinentibus, quocunque nominis vocabulo nuncupatas sub ipsarum et eorundem veris metis et antiquis limitibus, quibus per prefatum condam Johannem rite et legittime tente fuerunt et possessa,

eidem Alberto priori, ac Johanni ladislao et Georgio filÿs eiusdem, eorundemque filiorum suorum heredibus ac posteritatibus vniuersis, de manibus nostris Regÿs excerta nostre Maiestatis sciencia, de consensuque et beneplacito Serenissime principis domine Barbare, eadem dei gracia Regine Regnorum predictorum Conthoralis nostre carissime, prelatorum eciam et Baronum nostrorum, ad id accedente consilio, dedimus donauimus et contulimus, ymmo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter possidenda tenenda pariter et habenda, Saluo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Quas in formam nostri priuilegÿ redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate, Datum in f e l d w a r parcium nostrarum Transsiluanarum feria secunda proxima ante festum beati Vrbani pape, Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quadragesimo primo Romanorum decimo septimo et Bohemie Septimo.

(Eredetije ép hártyán a gr. Sztáray-család levéltárában. Materna 97. szám. Szöveg alatt papírral fedett pecsét. Átírta Zsigmond király 1428-ban.)

219.

1427. július 3-án.

Nos andreas et ladislaus botus de Harapk Comites de Crasso damus pro memoria quod Emericus filius Stephani fily petri de remethe nostram veniens in presenciam in presenciam (így kétszer), basi (így) filium filium (így kétszer) benedicti filÿ Hen possessionem suam auendicione inpignaracione pasconem vero et alius quoslibet ab emcione inpignoracione et se ipsos intromissione prohibuit coram nobis testimonio presencium mediante Datum in Mezesomlo sabato proximo post festum visitacionis gloriose anno domini m^{mo} quadringentesimo XX^{mo} Septimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három apró pecsét nyomával.)

220.

1427. július 5-én.

Nos Andreas Bothus de Harapk Comes et Judices nobilium Comitatus de Crasso, damus pro memoria quod nos ad legittimam peticionem nobilis domine Anne consortis Emerici fily Stephani de Remethe, Blasium Chakan et Simonem de Galmar ad infrascriptam inquisicionem faciendam duxissemus destinandum, qui tandem exinde ad nos reuersi nobis pari voce retulerunt in hunc modum, Quomodo ipsi in dicto Comitatu pariter procedendo ab omnibus quibus decens et opportunum fuisset palam et occulte talem sciuissent veritatem, Quod Andreas Chepi simul cum filÿs suis et pasco similiter cum fratribus suis, terras eius domine temporis intermedium perarassent et perarari fecissent potencia eorum mediante, In preiudicium eiusdem valde magnum, datum in Mezewsumlio sabbato die scilicet in festo Beati dominici confessoris [1]) anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Múzeumi folyószám 511. Saec. XV. R. II.)

221.

1427. július 19-én.

Nos Andreas et Ladislaus botus de Harapk Comites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod Egregius vir Emericus Ladislaus Nicolaus et Franciscus fily Stephani fily Petri de Remethe nostram venientes in presenciam virum Egregium Basi filium Benedicti Hem possessionem suam auendicione Inpignoracione Pasconem et Maroian cum Ipsorum fratribus abempcione Inpignoracione sed et alios quoslibet similiter ab empcione inpignoracione se

[1]) Dominicus napját augusztus 4-én üli az egyház; azonban 1427. évben augusztus 4-ike hétfőre és nem szombatra esik, a mint az oklevél keltezése kívánja. Okleveleinkben nem ritkán Dominicus és Domitius felcseréltetnek. Ez történt a fennebbi oklevélben is, a mi abból kitűnik, hogy Domitius ez évben csakugyan szombatra esik.

ipsos in dominium earundem intromissione prohibuerint coram nobis testimonio presencium mediante Datum in M e z e w s u m l i o sabbato proximo ante festum beati Elie prophete anno domini MCCCCXX septimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 505. Saec. XV. R. II.)

222.

1427. július 19-én.

Nos Andreas et Ladislaus Bothus de Harapk Comites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod vir Egregius Emericus filius Stephani fily petri de remethe nostram personaliter veniens in presenciam, virum Egregium Basi, filium Benedicti Hem coram nobis alliciauit et induxit in eo vt possessionem suam quam Pasconi et eius fratribus pro Centum florenis nouis pignori obligasset, eandem possessionem, pro dictis pecunÿs Ipse inpignorare et habere vellet, dictas pecunias infra faciendo quas quidem pecunias in die datarum presencium coram nobis exhibuisset, dicto Basi easdem pecunias infra facturus, Datum in M e z e w s u m l i o Sabbato proximo ante festum Beati Elie prophete Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 507. Saec. XV. R. II.)

223.

1427. július 29-én.

Capitulum ecclesie Chanadiensis Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris harum Noticiam habituris Salutem in salutis largitore Ad vniuersorum Noticiam harum serie volumus peruenire Quod nos literas Serenissimi principis domini nostri domini Sigismundi dei gracia Romanorum regis semper augusti ac Hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. regis sumpma cum reuerencia recepimus in hec verbe Sigismundus, dei gracia Romanorum rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. Rex fidelibus nostris Capitulo ecclesie Chanadiensis Salutem et graciam Cum nos

pro fidelibus seruicÿs, fidelis nostri venerabilis et Magnifici viri. Alberti de Nagmihal prioris Aurane alias eciam Regnorum nostrorum dalmacie et Croacie predictorum Bani quasdam possessiones Naglak, cum pertinencÿs, Palatha, Mezewheges, Rethkerth, Thamashaza, Kenez simulcum predÿs ad easdem spectantibus et pertinentibus, Item Derekeghaz, Acha et Fÿged vocatas in Comitatu Chanadiensi existentes, Item Zenthgwrgh, Alchy, Kerepche Juxta fluuium Borza cum Tributo in eadem Zenthgwrgh exigi consueto, et Castello ibidem habito, necnon Podwersa, dupolcz, vaath Item Kwles, Rarozygeth, Kÿsded, Belzegh, Item Sÿthe, Gerech, Igrechy, ac alias duas villas Juxta fluuium Igon habitas, Item vasarhel Jaam et Rusolcz appellatas alias eciam quaslibet possessiones atque villas Juxta fluuios Crasso et vÿthelnÿk vocatos in Comitatu de Crassow situatas, Item Felsew Igazow et Also Igazow nuncupatas cum pertinencÿs earundem in Comitatu Themesiensi adiacentes, ceteras eciam vniuersas possessiones et quelibet Jura possessionaria vbiuis et in quibuscunque Comitatibus Regni nostri habitas et existentes ac quouis nominis vocabulo vocitatas et appellata, que, condam Johannis filÿ Jank de Naglak hominis sine heredum solacio, sexus masculini abhac luce defuncti, prefuissent, et propter talismodi defectum seminis eiusdem, de Jure et consuetudine regni nostri, ad manus nostras regias, deuolutas et redacta, simulcum vniuersis earundem vtilitatibus et pertinencÿs quouis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem et eadem de Jure spectantibus et pertinere debentibus, serie aliarum literarum nostrarum donacionalium, exinde confectarum, memorato Alberto priori, ac Johanni ladislao et Georgio filÿs eiusdem, eorundemque filiorum suorum heredibus et posteritatibus vniuersis, in perpetuum duxerimus conferendas, velimusque eosdem, per nostrum et vestrum hominem in domynium earundem legittime facere introduci Igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente vÿd de fornos aule nostre homo seu familiaris noster ad Id de Curia nostra per nos specialiter deputatus et transmissus vel Nicolaus

dictus panchel de T a d d aut Benedictus frater eiusdem sin Briccius de eadem seu Gregorius dictus Belyn neue Jacobus dictus Berke an Michael Bak de B e r e n d ceu Emericus vel Johannes de B a l a d ceu Gerardus de f i l d e a k aut ladislaus de v a s k y sin Thomas filius eiusdem seu Gregorius de I w a n d siue ladislaus filius Blasÿ de v a r s a n neue Georgius de Z e c h e n an petrus de d e e d ceu Thomas Fekethw vel paulus frater eiusdem de P a p d neue Johannes aut Stephanus Endree de eadem alÿs absentibus homo noster, ad facies predictarum vniuersarum possessionum N a g l a k et pertinenciarum eiusdem p a l a t h a M e z e h e g e s R e t h k e r t h T h a m a s h a z a K e n e z et prediorum earundem Item d e r e k e g h a z, A c h a, et f ÿ g e d vocatarum in Comitatu Chanadiensi existencium, Item Z e n t g w r g h, A l c h ÿ, K e r e p c z e Juxta fluuium Borza et Tributi in eadem Zenthgwrgh exigi consueti et Castelli ibidem habiti, necnon P o d w e r s a d u p o l c z v a a t h Item K w l e s R a r o z y g e t h N a g b e l z e k K ÿ s d e d B e l z e g h Item S ÿ t h e G e r e c h I g r e c h y et aliarum duarum villarum Juxta fluuios Crasso et v ÿ t h e l n ÿ k vocatos in Comitatu de Crasso existencium, Item F e l s e w I g a z w et A l s o I g a z w vocatarum et perfinenciarum earundem in Comitatu Themesiensi adiacencium, ceterarum eciam vniuersarum possessionum ac quarumlibet Jurium possessionariorum vbiuis et in quibuscunque Comitatibus regni nostri habitorum et existencium quocunque nomine vocitatarum, que condam Johannis fily Jank de N a g l a k prefuissent, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, Introducat prefatos Albertum priorem Johannem ladislaum, et Georgium filios eiusdem in domynium earundem et eorundem, Statuatque easdem et eadem, ipsis premisse donacionis nostre titulo perpetuo possidenda, Si non fuerit contradictum Contradictores vero si qui fuerint Euocet ipsos contra annotatos Albertum priorem nec non Johannem ladislaum et Georgium filios eiusdem palatinalem inpresenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorundem reddituros efficacem, Et posthec huiusmodi possessionarie Introduccionis et Statucionis seriem cum nominibus contradictorum et Euocatorum si qui fuerint ac nominibus possessionum et villa-

rum prediorum Tributorum Juriumque possessiorariorum ac quarumlibet pertinenciarum predictarum eisdem Statuere debeatis terminoque assignato eidem palatino more solito rescribatis Datum in feldwar parcium nostrarum Transsyluanarum feria secunda proxima post (így) festum beati orbani pape Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XL^mo primo Romanorum decimo septimo et Bohemie Septimo Nos igitur mandati dicti domini nostri regis in omnibus obedientes vt tenemur vnacum vito de fornas aule regie maiestatis homine seu familiari ad Id de Curia regia specialiter deputato et transmisso Item Nicolao panchel de Tadd, Chanadiensis, ac petro de deed Themesiensis, et Michaele dicto Bak de Berend, Crassouiensis Comitatuum Nobilibus, hominibus regÿs predictis, nostrum hominem videlicet Lucam Rectorem altaris sancte vrsule virginis Chorique dicte ecclesie nostre presbiterum ad premissas Introducionem et Statucionem faciendam nostro pro testimonio misimus fidedignum Qui demum exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt Quod ÿdem homines regÿ dicto nostro testimonio presente in festo sanctorum viti et Modesti martirum proxime preterito ac alÿs diebus ad Id aptis et sufficientibus ad facies prenominatarum vniuersarum possessionum videlicet Naglak et pertinenciarum eiusdem palatha Mezewheges Rethkerth Thamashaza Kenez et prediorum videlicet derekeghaz Acha et Fyged vocatorum in Comitatu Chanadiensi existencium Item Zenthgerwgh Alchy Kerepche Juxta fluuium Borza et Tributi in eadem Zenthgeurgh exigi consueti et Castelli ibidem habiti, necnon Podwersadupolcz vaath Item Kules Rarozygeth Nagbelzek Kyzdeed Belzek et aliarum villarum Juxta fluuios Crasso et vÿthelnÿk vocatorum in Comitatu de Crasso existencium Item felsew Igazo et Alsoigazo vocatarum et pertinenciarum earundem in Comitatu Themesiensi existencium Ceterarumque possessionum et Jurium possessionariarum videlicet Jenewdemengh Bozyas Ewlueth. Item prediorum vÿfaluteleke et Tompaeghaz in dicto Chanadiensi, Item Gyopa Chazartetew Kerestÿenfalua pleskolcz Obeelzeek Debewlcz Gradoch

Boksÿnch Peruenbeelzeek prekolcz vgrinolcz Harkÿnch, Bozÿas Mylotÿnolch lethkas Kwzak Zlawkolcz Zobatycha patrikfalua Radamerfalua Stredolcz Sterkolcz Draguzlofalua priboÿ et Kÿspriboÿ ac prediorum Kalanteleke Drennÿe Lygorouacz Bozna Nempche Twrbarewch Mÿrsinch vtrorumque Sesaagh et dobranÿcznÿk in Crassouiensi, Nichilominusque Igazow Kwzep Igazow Sterkolcz Mykoles Crÿninabogdan et Meezespataka, in Themesiensi, Comitatibus, predictis existencium et habitorum in prescriptis literis regÿs Statutorys non nominatarum seu non conscriptorum, quas scilicet et que, annotati condam Johannis Jankÿ prefuisse comperissent, vicinis et commetaneis earundem et eorundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introduxissent prefatos dominum Albertum priorem ac Johannem ladislaum et Georgium filios eiusdem in domÿnium earundem et eorundem Statuissentque easdem et eadem, eisdem, cum cunctis vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis premisse noue regie donacionis titulo perpetuo possidendas Nullo penitus tam in faciebus earundem et eorundem quam nostri in presencia, demptis dumptaxat predictis quatuor possessionibus videlicet Sÿthe Garab et vtrisque Igrici, quibus possessionibus tempore dictarum Introduccionis et Statucionis contradiccio facta extitisset, et exinde mediantibus literis nostris Euocatorÿs in Curia regia litis materia fuit exorta et inchouata, contradictore apparente legittimis diebus et horis expectando, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras literas priuilegiales alphabeto intercisas fecimus emanari pendentisque Sigilli nostri munimine roborari datum per manus magistri Mathie lectoris et Concanonici nostri Quadragesimo quinto die prime diei Introduccionis et Statucionis predictarum Anno domini supradicto presentibus honorabilibus viris dominis Benedicto preposito Stephano Cantore, Alberto Themesiensi, Nicolao Orodiensi Petro vltramorosiensi altero Nicolao Torontaliensi Benedicto Sebesiensi et ladislao Crassouiensi archydiaconis Ceterisque Canonicis fratribus nostris in dei ecclesia regi iugiter famulantibus sempiterno.

(Eredetije ép hártyán a gr. Sztáray-család levéltárában. Materna 98. szám. Vörös selymen függ a pecsét töredéke.)

Ugyanezen oklevél Zsigmond király 1428. évi átiratában található a budai kamarai ltárban, NRA. 1549. csomag, 99. szám.

224.

1427. november 8-án.

Nos Andreas et Ladislaus Bothus de Harapk Comites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod nos ad peticionem Egregy viri Emerici fily Stephani fily petri de Remethe nobilem virum Laurencium de Zecas ad infrascriptam Inquisicionem faciendam duximus destinandum Quis exinde ad nos reuersus, nobis retulit in hunc modum Quomodo Ipse in dicto Comitatu procedendo ab omnibus quibus decens et opportunum fuisset talem sciuisset veritatem, Quod Pasco et Maroia de Gerthianus duas porciones eiusdem Emerici Infra percussissent et infra percuti fecissent potencia eorum mediante Inpreiudicium Ipsius Emerici valde magnum Datum in Mezewsumlio sabbato proximo ante festum beati Martini confessoris anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo.

(Eredetije papiron a Kállay-család levéltárában. Három pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 509. Saec. XV. R. II.)

225.

1427. november 11-én.

Zsigmond király Garai János, néhai Miklós nádor fiának és nejének Hedvignek Twrd, Bosar, Monostor, és Swgia temesmegyei; Zaad és Varadia aradmegyei falvakat adományozza.

(Eredetije az országos levéltárban, NRA. 650. csomag, 16. szám. Sok hibával és kihagyással közli Fejér X. 6. k. 867—871. l. és utána Bárány Ágoston: Temes vármegye Emléke.)

226.

1428. február 14-én.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie Rame Seruie

Gallicie Lodomerie Comanie Bulgarieque Rex. Marchio Brandemburgensis et Lucemburgensis heres. Omnibus christifidelibus tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Nostra Regalis maiestas cunctorum sibi obsequencium actus prospiciens, illorum voto se liberalius prebet inclinatam, quos virtus probata constans fidelitas et experta placibilis familiaritas merito acceptos commendant, proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod fidelis noster dilectus venerabilis et Magnificus vir Albertus de Nagmihal prior Aurane maiestatis nostre veniens in presenciam, in sua Johannis ladislai et Georgy filiorum suorum personis, Exhibuit et presentauit nobis quasdam duas literas, vnam nostram patentem, moderno secreto Sigillo nostro consignatam, Super noua nostra donacione et perhennali collacione, quarumdam possessionum videlicet Naghlak et suarum pertinenciarum vtputa Palatha, Mezew, heges, Rethkerth, Thamashaza, Kenez, ac prediorum ad easdem spectancium et pertinencium, Item Derekeghaz, Acha, et fyged vocatarum in Comitatu Chanadiensi existencium, Item Zenthgewrgh, Alchy, Kerepche, Juxta fluuium Borza cum tributo in eadem Zenthgewrgh exigi consueto et Castello Ibidem habito, necnon poduersa, dupolcz, waad Item Kules, Rarozygeth, Nagbelzek, Kyzded, Belzegh, Item Sythe Gerecz, Igrechy, ac aliarum duarum villarum Juxta fluuium Igon habitarum, Item Wasarhel, Jaam, et Rusolcz appellatarum, aliarum eciam quarumlibet possessionum atque villarum Juxta fluuios Crassow et Vytelnek vocatos in Comitatu de Crassou situatarum, Item felsew Igazo et Also Igazow nuncupatarum cum pertinencÿs earumdem in Comitatu Themesiensi adiacencium ceterarumque vniuersarum possessionum ac quorumlibet Jurium possessionariarum vbiuis et inquibuscunque Comitatibus Regni nostri habitarum ac quouis nominis vocabulo vocitatarum, que condam Johannis fily Jank de Naghlaak hominis sine heredum solacio sexus masculini abhac luce defuncti prefuissent et propter huiusmodi defectum seminis eiusdem de Jure et de consuetudine Regni nostri ad manus nostras regias essent deuolute, Et

aliam honorabilis Capituli ecclesie Chanadiensis priuilegialem, alphabeto intercisam, Super legittima Statucione possessionum Naglak et pertinenciarum eiusdem palatha, Mezewheges, Rethkerth, Thamashaza, Kenez et prediorum videlicet derekeghaz, Acha, et fyged vocatorum in Comitatu Chanadiensi existencium, Item Zenthgewrgh, Alchy, Kerepche Juxta fluuium Borza, et tributi in eadem Zenthgewrgh exigi consueti et Castelli Ibidem habiti, necnon podwersa, dupolcz, vaath, Item Kules, Rarozygeth, Nagbelzek, Kyzdeed, Belzeg et aliarum villarum iuxta fluuios Crasso et vÿthelnyk vocatos in Comitatu de Crasso existencium. Item felsew Igazo et Also Igazo vocatarum et pertinenciarum earundem in Comitatu Themesiensi existencium Ceterarumque possessionum et Jurium possessionariarum videlicet Jenew, demengh, Bozyas, Ewlueth, Item prediorum vyfaluteleke et Tompaeghaz in dicto Chanadiensi, Item Gyopa, Chazartetew, Kerestyenfalua, pleskolcz, Obeelzeek, debewlcz, Gradoch, Boksynch, Peruenbeelzeek, Prekolcz, vgrinolcz, Harkynch, Bozyas, Mylotynolch, Lechkas, Kwzak, Zlawkolcz, Zobotycha, patrikfalwa, Radamerfalwa, Stredolcz, Sterkolcz, Draguzlofalua, Priboy et Kyspriboy, ac prediorum Kalanteleke, Drennye, Lygorouacz, Bozna, Nempche, Twrbarewch, Myrsinch, vtroque Sesaagh, et dobranycznyk in Crassouiensi, Nichilominusque Igazow, Kwzep Igazow, Sterkolcz, Mykoles, Crÿuinabogdan et Meezespataka in Themesiensi Comitatibus predictis existencium et habitorum in nostris literis Statutorÿs non nominatarum seu non conscriptorum, quas scilicet et que annotati condam Johannis Janky prefuisse comperissent, demptis duntaxat predictis quatuor possessionibus videlicet Sÿthe, Garab et vtrisque Igrychy, quibus possessionibus tempore huiusmodi Statucionis, contradiccio facta extitisset, pro prefato Alberto priore, necnon Johanne, Ladislao et Georgio, filÿs eiusdem, eorundemque Johannis, Ladislai et Georgÿ heredibus rite factis confectas, Tenorum infrascriptorum, Supplicans exinde Idem

prior maiestati nostre humiliter et deuote, vt easdem binas literas ratas gratas et acceptas habendo nostrisque literis priuilegialibus verbotenus inseri et transscribi faciendo, pro ipso Alberto priore, ac Johanne Ladislao et Georgio filÿs eiusdem, eorundemque Johannis, Ladislai et Georgÿ heredibus vniuersis, Innouando perpetuo valituras dignaremur confirmare, quarum vnius videlicet nostre patentis litere tenor talis est.

(Lásd Zsigmond királynak Földváron 1427. május 19-én kelt levelét.)

Alterius vero vtputa prefati Capituli ecclesie Chanadiensis litere Statutorie continencia uerbalis dinoscitur esse talis.

(Lásd a csanádi káptalan igtató-levelét 1427. július 29-ikéről.)

Nos igitur humilimis et deuotis prefati Alberti prioris suplicacionibus antefatis per eum suo et antenominatorum filiorum suorum nominibus Maiestati nostre subiectius oblatis, regia benignitate exauditis et clementer admissis pretactas duas literas, nostram videlicet patentem et antefati Capituli ecclesie Chanadiensis puiuilegialem non abrasas non cancellatas, neque suspectas, Sed omni ambiguitatis scrupulo destitutas ymmo mere et sincere veritatis integritate prepollentes, presentibusque deverbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas quo ad omnes earum continencias clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus, Eas nichilominus requirentibus eiusdem Alberti prioris fidelitatibus et fidelium seruiciorum gratuitis meritis et sinceris complacencÿs per eum nobis et sacro nostro dyademati sub diuersitate locorum et temporum laudabiliter exhibitis et impensis, Simul cum premissis Noua nostra donacione et perhennali collacione, atque legittima Statucione prememoratarum vniuersarum possessionum prediorum et Jurium possessionariarum prefati Johannis Janky, alÿs eciam omnibus singulis et preassumptis duabus literis explicatis et contentis mera Auctoritate regia et potestatis plenitudine, ac excerta sciencia nostre maiestatis, necnon de consensu et beneplacita voluntate Serenissime principis domine Barbare regine conthoralis nostre carissime, Prelatorum eciam et Baronum nostrorum consilio prematuro, ac vniformi decreto eorundem pro Jamtacto Alberto priore ac Johanne Ladislao et Georgio filÿs

eiusdem, corundemque filiorum suorum heredibus et posteritatibus vniuersis, Innouando perpetuo valituras confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante Saluis Juribus alienis, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus literas nostras priuilegiales pendentis autentici duplicis Sigilli nostri quo videlicet vt Rex Hungarie vtimur, munimine roboratas. Datum per manus Reuerendi in christo patris domini Johannis Episcopi Zagrabiensis Aule nostre supremi Cancellarÿ, fidelis nostri dilecti, Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octauo. Sedecimo kalendas Marcÿ, Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quadragesimo primo. Romanorum decimo octauo, et Bohemie octauo, Venerabilibus in christo patribus dominis Georgio Strigoniensi, Johanne Colocensi, Doymo Spalatensi et Andrea Ragusiensi Archyepiscopis, Jadrensi sede vacante, prefato domino Johanne Zagrabiensis, Dyonisio Jakch Waradiensis, Georgio Iepes Transsiluanensis, Petro de Rozgon Agriensis, Henrico Quinqueecclesiensis, Boznensi sede vacante, Johanne Wesprimiensis, Clemente Jauriensis, Nicolao Waciensis, ladislao Chanadiensis, fratre Hynkone Nitriensis, Jacobo Syrimiensis, Petro Corbauiensis, Johanne Tyniniensis, et Thoma Segniensis ecclesiarum Episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, Tragurіensi, Sibinicensi, Nonensi, Scardonensi, Makarensi et farensi sedibus vacantibus, Iten Magnificis viris Nicolao de Gara predicti Regni nostri Hungarie Palatino Ladislao de Chaak Wayuoda nostro Transsiluano, Comite Mathius de palowcz Judice Curie nostre Hermano Cilie et Zagorie Comite Socero nostro carissimo, tocius Sclauonie, Nicolao Wegle et Modrusse Comite Dalmacie et Croacie Regnorum nostrorum predictorum, Johanne de Maroth et Petro Cheh de lewa Machouiensi Banis, honore Banatus Zewriniensis vacante, Petro Herrici de Brezeuicze Tauarnicorum, Ladislao filio condam Johannis Wayuode de Thamasy Janitorum, Stephano de Bathor dapiferorum, Ladislao Kompolth de Nana, pincernarum, Nicolao de Peren Agazonum nostrorum magistris, et Stephano de antedicta Rozgon Comite Posoniensi, alysque quampluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

(*Kivül*, az alsó balszélen: Lecta et correcta. Közepén: Corfirmacio super vniuersis possessionibus Naglak et Zenthgyurg et pertinencÿs earum.)

(Eredetije hártyán a budai kamarai ltárban, NRA 1549. csomag, 99. szám. A vörös-zöld selyemről csüngött pecsét leszakadt.)

227.

1428. márczius 10-én.

Capitulum ecclesie Orodiensis, Omnibus christifidelibus, presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Salutem insalutis largitore, ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod nos literas Serenissimi principis, domini nostri domini Sigismundi dei gracia Romanorum Regis semper augusti ac Hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. Regis Introductorias et Statutorias nobis directas sumpmo cum honore recepimus in hec verba Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. Rex fidelibus nostris Capitulo ecclesie Orodiensis Salutem et graciam, dicitur nobis inpersonis Jacobi fily petri de Muron, ac Nicolai Thome et Johannis filiorum ladizlai de eadem, quomodo ipsi in dominium directe medietatis cuiusdam possessionis Zakolar et tercie partis porcionis possessionarie in possessione wrolcz vocatis in Comitatu de Crasso existentis, habitarum, Ipsos omnis Juris titulo concernentis, legittime vellent introire Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes de Bayton vel Emericus de Hathyas aut Jacobus de eadem sin Demetrius de Terÿen seu Jacobus filius Erne de eadem siue Nicolaus Benke de Benkefalwa alÿs absentibus homo noster ad facies dictarum medietatis et tercie partis porcionis possessionarie, vicinis et commetaneis earundem vniuersis, Inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introducat prefatos Jacobum ac Nicolaum, Thomam et Johannem in dominium earundem, Statuatque easdem, eisdem, Jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint euocet eos contra prescriptos Jacobum Nicolaum Thomam et Johannem nostram specialem

inpresenciam, ad terminum competentem Racionem contradiccionis eorum reddituros Et posthec ipsarum Introduccionis et Statucionis seriem cum nominibus contradictorum et Euocatorum si qui fuerint terminoque assignato, eidem nostre speciali presencie fideliter rescribatis. Datum in Tornowa die dominico proximo post festum beate dorothee virginis et martiris, Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octauo Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. XLI° Romanorum decimo octauo et Bohemie octauo, Nos igitur mandatis regie excellencie humiliter obedire cupientes vt tenemur vnacum prefato Demetrio de Terÿen homine regio, nostrum hominem videlicet Gallum Chori dicto ecclesie nostre presbiterum ad premissas Introduccionem et Statucionem faciendas nostro pro testimonio misimus fidedignum ÿdem exinde ad nos reuersi nobis vniformiter retulerunt, quod Idem homo Regius ipso nostro testimonio presente, Infesto sancti Mathie apostoli proxime preterito, ad facies dictarum medietatis et tercie partis porcionis possessionarie, vicinis et commetaneis earundem vniuersis Inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introduxisset prefatos Jacobum, ac Nicolaum Thomam et Johannem in dominium earundem, statuissetque easdem, eisdem, Jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas Nullo penitus contradictore apparente, tam in faciebus earundem quam nostri inpresencia legittimis diebus et horis expectando, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendentis Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas, Datum per manus Magistri Johannis lectoris socÿ et Concanonici nostri, quintodecimo die diei Introduccionis et Statucionis prenotatarum, anno domini supradicto, presentibus honorabilibus viris dominis augustino Thoma de Nowak Benedicto de Kowazÿ et Johanne de Baranya Ceterisque Canonicis et fratribus nostris indei ecclesia Regi Jugiter famulantibus sempiterno.

(Eredetije hártyán a gróf Erdödy-család monyorókeréki levéltárában, fasc. 72. No 3339. A kék-vörös zsinórról függött pecsét elveszett.)

228.

1428. április 25-én.

Nos Capitulum ecclesie Orodiensis Memorie commendamus Quod Nobilis vir Simon saphar dictus de Kereczthesÿ Coram nobis personaliter constitutus est confessus eomodo Quomodo ipse totales porciones suas in predÿs Dubbrwlfalwa in Ozÿagh-pathaka, et alia Ozyahg iuxta eandem Ozyahg pathaka existentes et Chermasink vocatarum In Chernolch Widekÿ In Comitatu Crassoviensi existentibus et habitarum cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencÿs vniuersis puta Siluis pratis nemoribus aquis aquarumque decursibus terris arabilibus Cultis et incultis fenilibus et generaliter quouis vocabulo vocitatis ad easdem legittime spectantibus ladislao Hench dicto de Belenws famulo suo pro suis fidelibus seruicÿs factis et in posterum fiendis dedisset et contulisset ymmo dedit et contulit nostri in presencia in filios filiorum suorum heredumque per heredes tenendam possidendam pariter et habendam harum literarum nostrarum testimonio mediante, datum die dominico proximo post festum Beati Georgi martiris Anno Domini M^mo^ Quadringentesimo vigesimo Octauo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán monyorú pecsét nyoma. Folyószám 530. Saec. XV. R. II.)

229.

R^a^ Stephani Saffar de Berench.

1428. augusztus 24-én.

Sigismundus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex fidelibus nostris Tributarÿs et vicetributarÿs in Tributo nostro De lugas nunc constitutis et infuturum constituendis Salutem et graciam, proparte fidelium nostrorum Egregÿ Gaborkonis de Zewdÿ ac Johannis et Stephani filiorum Pose de eadem Zewdy, maiestati nostre exponitur graui cum querela, Quod licet populi et Jobagiones eorundem exponencium in possessione ipsorum Hodos vocata comorantes, antiqua eorum Libertate requirente, ab omni solucione tributaria, in prescripto

tributo nostro de L u g a s faciendo exempti sint et emancipati habeantur, Tamen vos in contrarium huiusmodi antique Libertatis eorumdem populorum et Jobagionum de H o d o s, ipsos populos et Jobagienes, nunc ad Tributariam solucionem in predicto Tributo de L u g a s faciendam, compelleretis et astringetis, ymmo ab ipsis populis et Jobagionibus de H o d o s, tributo in eodem omnino tributum exigere et extorqueri facere nitteremini et velletis, In eorundem exponencium ac dictorum populorum et Jobagionum ipsorum prescripteque libertatis eorum derogamen valde magnum Et quia nos superinde certitudinem habuimus et eciam ex relatibus Judicum et Juratorum ciuium nostrorum de predicta L u g a s cognouimus manifeste, quod prefati populi et Jobagiones de H o d o s in pretacto Tributo de L u g a s nullam tributariam solucionem facere tenentur Ideo fidelitati vestre firmo nostro Regio subedicto precipimus et mandamus quatenus amodo in antea et deinceps a prefatis populis et Jobagionibus de H o d o s in predicto tributo de L u g a s nullam penitus tributariam solucionem petere seu exigere petique seu exigifacere, et nec ipsos ad huiusmodi solucionem Tributariam quoquomodo compellere et astringere vlloumquam tempore presumatis, Nec sitis ausi modo aliquali, Presentes quoque perlectas reddi Jubemus presentanti, Datum in O p i d o nostro I l l y e d vocato in festo beati Bartholomei Apostoli Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octauo Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. XLIj° Romanorum XVIII° et Bohemie Nono.

(Eredetije hártyán a gr. Festetics-család keszthelyi levéltárában. Szöveg alatt vörös pecsét létezett, ez lehullván, ezen szavak olvashatók alatta: R° Stephani Saffar de Berench.)

230.

1428. augusztus 24-én.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. Rex.

Fidelis dilecte fidelitati tue firmo nostro regio sub edicto precipimus et aliter habere nolentes mandamus, quatenus sta-

tim visis presentibus omni mora et recusa postergatis cum illis quinquaginta equitibus ad quos a nobis habuisti et habes disposicionem more exercituancium ad nostram celeriter venire debeas Maiestatem, Secus facere non ausurus. Datum in Illyed in festo beati Bartholomei apostoli Anno domini M^mo CCCC^mo XX^o VIII^o Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. XLII^o Romanorum decimo VIII^o Bohemie Nono.

(*Kivül*: Fideli nostro Emerico filio Stephani Remethe de Egerzeg Aule nostre familiari nobis sincere dilecto.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán közép pecsét töredéke. Folyószám 546. Saec. XV. R. II.)

231.

1428. október 19-én.

Nos Sigismundus Dei Gratia Romanorum Rex Semper Augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex; Memoriae Commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit vniuersis. Quod nos qui ..... Regia liberalitate cunctorum nobis fideliter obsequentium actus virtuosos digna retributionis Antidoto Solemus praemiare. Attendes (igy) Laude digna seruitia Fidelium nostrorum condam Romani filÿ Kosztae, et Michaelis fily Farkas de Macskás Districtus nostri Sebesiensis, quae ÿdem una cum nostris fidelibus infra nominandis Maiestati nostrae, et Sacro nostro Diademati saepe numero Locis et temporibus Opportunis a multis Annis transactis exhibuisse dignoscuntur, et signanter quidem cum nos ab obsidione Castri Galambocz in Regno nostro Rasciae habiti nunc in manibus saevissimorum Turcorum ..... nostrorum aemulorum fractis treugis Pacis cum Omorate, Domino ipsorum Turcorum discedentes in prefatum Regnum nostrum Hungariae cum nostris Gentibus Danubium transfretare voluissemus imo jam defacto major pars nostri Exercitus transfretasset, tunc valida Potentia jam dictorum Turcorum contra nos venire subito attentavit, ubi cum inter nostros et eosdem Turcos longa certaminis pugna commissa fuisset, prefati Roman et Michael, ut viri laudandae agilitatis inter ceteros nostrae aciei strenui pugnatores

grata servitia exhibuerunt nostrae Majestati. In quo quidem conflictu ÿdem Roman et Michael extiterunt interempti. Vnde nos pensatis hujusmodi fidelibus servitÿs jam dictorum Romani et Michaelis, cupientes pro hoc Fratres eorum Regio prosequi Donativo quasdam Possessiones Ruginocz et Leorgis nuncupatas in capite duorum fluviorum ..... in praefato Districtu Sebesiensi existentes situatas: nec non possessionem Toplicza apellatam, in terris predictarum duarum possessionum plantatam, in quarum videlicet dominio ipsorum condam Romani et Michaelis ut fertur interfectorum eorundemque fratrum subscriptorum Progenitores ÿdemque Roman et Michael hactenus (prefuisse ....) vero Nicolaus, Ivan, Lucas, Michael et Ladislaus filÿ Dionisÿ, ac Ladislaus Michael et Zacharias filÿ Michaelis; item Koszta filius Romani, Nicolaus, Petrus, Roman, Demetrius et Sztroja, fily ipsius Kosztae; nec non Michael et Nicolaus filius Farkas, praeterea Sarban, Demetrius et Ladislaus, filÿ Andreae de dicta Macskás fratres ut puta ipsorum quondam Roman et Michaelis, vigore donationis quondam Serenissimi Principis Domini Ludovici laudandae memoriae, olim similiter Regis Hungariae Patris et soceri nostri charissimi literarumque suarum exinde confectarum, coram nobisque specietenus exhibitarum continentiam persistere ..... utilitatibus et pertinentÿs videlicet terris arabilibus, cultis et incultis, foenetis, sylvis, montibus, vallibus, aquis et aquarum decursibus, nec non molendinis, molendinorumque locis, et generaliter quibuslibet utilitatum earundem integritatibus, ad easdem rite spectantibus, sub ipsarum veris metis et antiquis limitibus, quibus eaedem per ipsos Nobiles de Macskas tentae fuerint usque modo et servatae, Eisdem Nicolao, Ivan, Lucae, Michaeli et Ladislao filÿs Dionisÿ, item Nicolao Michaeli et Zachariae filÿs Michaelis, Item Kosztae filio Romani, Nicolaoque, Petro, Roman, Demetrio et Sztrojae, filÿs eiusdem Kosztae, necnon Michaeli et Nicolao filÿs Farkas, praeterea Sarban, Demetrio, Ladislao filÿs Andreae ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis, ita ut in eodem statu, quo eaedem possessiones per praefatos eorum Progenitores, et consequenter ipsos hucusque tentae fuerint et servatae, denuo et ex novo nostraeque

novae Donationis titulo, et omni eo jure quo eaedem nostrae rite incumbunt collationi, dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter per eos possidendum tenendum et habendum Salvo Jure alieno, harum nostrarum vigore, et testimonio literarum, quas dum nobis in specie fuerint reportatae, informa nostri privilegÿ redigi faciemus. Datum in K a r a n s e b e s feria tercia proxima ante festum vndecim millium Virginum, Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octavo. Regnorum nostrorum Anno Hungariae quadragesimo secundo, Romanorum decimo nono, et Bohemiae nono.

(A gyulafehérvári káptalan 1689. évi átiratából, melynek egyszerű másolata a Macskási-család levéltárában 748. szám, valamint Huszti-féle másolat 889. szám. alatt.)

Jegyzet. Rövid kivonatban érinti Fejér Cod. dipl. Tom. XI. 458. l.

232.

1428. deczember 3-án.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungariae Bohemiae Dalmatiae Croatiae etc. Rex, fidelibus nostris Capitulo Ecclesiae Orodiensis Salutem et gratiam. Quia nos tum pro fidelitatibus et fidelibus servitÿs fidelium nostrorum . . . . . ut Nicolaj, Ivan, Lucae, Michaelis et Ladislai filiorum Dionisÿ, nec non alterius Ladislai, Michaelisque, et Zacharie filiorum Michaelis, Item Kosztae fily Roman Nicolai, Petri Roman Demetrÿ et Sztrojae filiorum ipsius Kosztae, Praeterea Michaelis ac Nicolai filiorum Farkas, nec non Sarbani et Demetrÿ, atque Ladislai filiorum Andreae de Macskás, tumque pro Morte, quondam Roman filÿ praefati Kosztae, et Michaelis filÿ Farkas de dicta Macskas, fratrum eorundem quasdam possessiones R u g i n o c z et L e o r g i s nuncupatas in Capite scilicet duorum f l u v i o r u m M u t h n o k vocatorum in Districtu nostro Sebesiensi existentium situatas; nec non possessionem T o p l i c z a appellatam in terrisque dictarum duarum possessionum plantatam, in quarum videlicet Dominio ipsorum quondam Roman et Michaelis, u(t re)fertur, in Exercitu nostro, sub C a s t r o G a l a m b o c z in Regno nostro Rasciae habito interfectorum eorumque fratrum praescriptorum Progenitores, ÿdem etiam condam Roman et Mi-

chael praefuisse, ac fratres Eorum jam fati persistere hactenus asseruntur, fratribus ipsorum condam Roman et Michaelis supra scriptis, ac ipsorum haeredibus vigore aliarum literarum nostrarum superinde confectarum novae nostrae Donationis titulo perpetuo possidendas contulimus; volumusque ipsos in earundem Dominium per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Igitur fidelitati vestrae firmiter precipientes mandamus. Quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Blasius filius Stephani de Muthnok, vel Christophorus filius Petri de Rakouicza, aut Johannes filius Bogdan de Eörmenyes, sive Lado, filius Ladislai de Bizere alÿs absentibus, homo noster ad facies praedictarum possessionum Ruginocz ac Leorgis et Toplicza vocatarum, vicinis et commetaneis earundem illic legitime convocatis et praesentibus accedentes, introducat praefatos Nicolaum, Ivan, Lucam, Michaelem, et Ladislaum filios Dionisÿ, ac Ladislaum, Michaelem, et Zachariam filios Michaelis, nec non Kosztam, filium Roman, Nicolaum, Petrum, Roman, Demetrium et Sztroja filios ipsius Kosztae, Michaelemque et Nicolaum filios Farkas, Sarbanum, Demetrium, et Ladislaum filios Andreae in Dominium earundem, Statuatque ipsas ÿsdem praemisso novae nostrae Donationis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos, contra eosdem filios Dionisÿ, et alios fratres eorum praenotatos, nostram in praesentiam, ad terminum competentem, Rationem Contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi Possessionariae Introductionis et Statutionis seriem, ut fuerit expediens, cum nominibus Contradictorum et Evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Karansebes feria sexta proxima post festum beati, Andreae Apostoli, Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octauo. Regnorum Anno Hungariae quadragesimo secundo, Romanorum decimo nono, et Bohemiae nono.

(Az aradi káptalannak 1429. évi átiratából, a gyulafehérvári káptalan által 1689. évben más e tárgyú okmányokkal átírva. Egyszerű másolatban a tinkovai Macskási-család levéltárában 748. sz. a. Ugyanott Huszti másolata 889. szám alatt.)

233.

1429. május 21-én.

Capitulum Orodiensis Ecclesiae omnibus Christifidelibus, praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus pervenire, Quod nos literas Serenissimi Principis Domini nostri, Domini Sigismundi Dei gratia Romanorum Regis semper Augusti ac Hungariae Bohemiae Dalmatiae Croatiae etc. Regis Introductorias pariter et statutorias nobis directas Summo cum honore recepimus in haec verba.

(Lásd Zsigmond király Karansebesben feria sexta proxima post festum beati Andreae Apostoli 1428. kelt levelét 232. sz. a.)

Nos igitur mandatis Regiae Excellentiae humilliter obedire cupientes, ut tenemur una cum praefato Christophoro filio Petri de Rakouicza homine Regio, nostrum fratrem videlicet Franciscum Chori Ecclesiae nostrae presbyterum, ad praemissas, Introductionem et Statucionem faciendas nostro pro testimonio misimus fidedignum. Iidem demum exinde ad nos reuersi, nobis uniformiter retulerunt, quod idem homo Regius ipso nostro Testimonio praesente Sabatho proximo post festum Sancti Joannis ante Portam Latinam, proxime praeteritum ad facies dictarum Possessionum R u g i n o c z ac L e o r g i s et T o p l i c z a vocatarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedentes introduxisset praefatum Nicolaum, Ivan et alios supra notatos in Dominium earundem Statuissetque easdem Eisdem cum cunctis utilitatibus et pertinentÿs premisso Jure ipsis incumbente perpetue possidendas nullo penitus contradictore apparente, tam in facie earundem quam nostri in praesentia Legitimis diebus et horis expectantibus. In cujus Rei memoriam firmitatemque perpetuam, praesentes literas nostras Privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas Alphabetoque intercisas duximus concedendas. Datum per manus Domini Gregorÿ Lectoris Socÿ et Concanonici nostri quintodecimo die diei Introductionis et Statutionis praenotatarum. Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo nono. Praesen-

tibus ibidem honorabilibus Dominis Joanne Cantore, Luca Custode Magistris, Augustino Thoma de Novach, Joanne de Baronya et Clemente de Mikelaka, caeterisque Canonicis et fratribus nostris in Dei Ecclesia Regi sempiterno jugiter famulantibus.

(A gyulafehérvári káptalan 1689. évi átiratából, melynek egyszerü másolata a Macskási-család levéltárában 748. szám, és ugyanitt 889. szám alatt, az utóbbi Huszti másolata.)

234.

1429. deczember 30-án.

Capitulum ecclesie Chanadiensis Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris harum noticiam habituris Salutem In salutis largitore Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod Benedictus filius Stephani dicti Chanad de *Ruda* personaliter onera Georgÿ Anthonÿ et Michaelis fratrum, ac Nobilis puelle Anne Sororis suorum carnalium in Infrascriptis in se assumpmendo ab vna, parte vero ab altera Johannes, alias Janko nominatus de *Buda* similiter personaliter onus Nobilis domine Dorothee filie prefati Stephani Sororisque carnalis annotatorum Benedicti et fratrum suorum Consortis scilicet eiusdem Janko In Infrascriptis in se assumpmendo coram nobis constituti confessi sunt eomodo Quod exquo prefati Benedictus Georgius Anthonius et Michael ac puella Anna prefatam dominam Dorotheam Sororem ipsorum annotato Janko homini Ignobili et impossessionato matrimonialiter copulassent consortem Ideo ipsi affectu fraternali quem ad prefatos Janko Generum et dominam dorotheam Sororem ipsorum gererent specialem Rectas et equales medietates quarte partis omnium possessionum et porcionum ac Jurium possessionariarum videlicet in possessionibus Ruda predicta Kysbool Cheztreg et Harkan in Themesiensi, necnon Dyakolcz et Pezeer in Crassowiensi Comitatibus habitarum et apud manus ipsorum existencium necnon omnium aliarum possessionum porcionumque et Jurium possessionariorum intra Ambitum Regni apud manus alienas vbilibet existencium ipsam dominam precise concernencium cum omnibus vtilitatibus earundem et eorundem

eidem domine Dorothee pro Juribus [1]) suis quartalicÿs prouenientibus dedissent donassent et contulissent, ÿmo idem Benedictus sua et dictorum Georgÿ Anthonÿ et Michaelis ac puelle Anne fratrum et Sororis suorum oneribus eorum vt premittitur in se assumptis dedit donauit et contulit perpetuo et irrevocabiliter tenendas possidendas et habendas Super quibus prefatus Janko se et dictam dominam Consortem suam contentos asserendo annotatos Nobiles de R u d a super dicto iure quartalicio conmisit expeditos, quittos et absolutos, tali dumtaxat condicione mediante Quod si prefatam dominam dorotheam diuino volente iudicio ab hac luce absque heredum vtriusque sexus solacio decedere contingeret tunc idem Janko receptis et habitis a dictis Nobilibus de Ruda ducentis florenis denariorum pro tempore currentis easdem Possessiones et iura possessionaria eisdem Nobilibus remittere et resignare teneatur difficultate sine omni Promittens idem Benedictus se et dictos fratres ac Sororem suos prefatos Janko et dominam Dorotheam eorumque heredes ab Impetitoribus in dominio dictarum possessionum et Jurium possessionariorum defendere et conseruare proprÿs eorum laboribus et expensis In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem Presentes literas nostras priuilegiales fecimus emanari, pendentisque Sigilli nostri munimine roborari, Datum permanus magistri Mathie lectoris et Concanonici nostri feria sexta proxima ante festum Circumcisionis domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo vigesimo nono presentibus honorabilibus dominis Benedicto preposito Stephano Cantore Alberto Themesiensi Ladislao Orodiensi altero Ladislao Thorontaliensi, Benedicto Sebesiensi alio Ladislao Crassouiensi, Archidiaconis, ceterisque Canonicis fratribus nostris in dei ecclesia Regi Jugiter famulantibus Sempiterno.

(Eredetije két, szórul szóra megegyező, csak a helyesirásban néha változó példányban, hártyán, a budai kam. ltárban, NRA, 1550. csomag, 43. szám. Kék-vörös zsinórról csüngő pecséttel.)

[1]) Az egyik példányban: pro Juris.

235.

1430. szeptember 16-án.

Nos Nicolaus benke vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus promemoria Quod viri Egregÿ Basi Emericus et ladislaus fily Hem de Egerzeg tamquam legittime citati in die datarum personaliter contra Emericum filium Stephani fily petri de Remethe coram nobis comparere debuissent Ipso termino adueniente, neque venerunt neque miserunt Ideo nos eosdem Basi Emericum et ladislaum filios Hem contra et aduersus Emericum filium Stephani in Judicio nouem marcarum fore conuictos et agrauatos relinquimus testimonio presencium mediante si se racionabiliter non poterint excusare, datum in Mezeusomlio sabbato proximo post festum exaltacionis sancte crucis Anno domini MCCCCXXX^{mo}.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 351. Saec. XV. R. III.)

236.

1430. szeptember 16-án.

Nos Nicolaus benke vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod nos ad peticionem frank fily Stephani de Remethe virum nobilem Stephanum tomam adinfra scriptam Inquisicionem faciendam duximus destinandum qui*s* exinde ad nos reuersus nobis retulit in hunc modum Quod ipse in Jam dicto Comitatu procedendo abomnibus quibus decens et oportunum fuisset, talem sciuisset veritatem Quomodo Basy Emericus et ladislaus fily Hem de Egerzeg fena Jobagionum prefati frank importari fecissent potencia eorum mediante Item similiter terras eiusdem circa possessionem Borzlik pertinentes occupassent potencia eorum mediante Inpreiudicium ipsius frank et dampnum satis ingens datum in Mezeusomlio sabbato proximo post festum exaltacionis sancte crucis anno domini MCCCCXXX^{mo}.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 13. Saec. XV. R. III.)

237.

1430. október 28-án.

Nos Nicolaus benke vicecomes et Judices nobilium Comitatus Crassouiensis Memorie commendamus Quod viri Egregy Emericus et Nicolaus fily Stephani de Remethe coram nobis personaliter constituti in omnibus causis suis et earum articulis tam peripsos contra alios quam per alios quospiam contra ipsos in quibuslibet terminis vel quindenis coram nobis a data presencium per annicurriculum motis uel mouendis se mutuo Item Johannem filium Thome, Nicus Judicem Thomam de Chechtelek, Nicolaum laurencium et Johannem de Zecas Stephanum tomam Michaelem Chakan Nicolaum filium eius Michaelem de Egres Johannem de Kereskez Andream chepi Stephanum coltaÿ ladislaum filium luce et Blasium fodor fecerunt constituerunt et ordinauerunt ipsorum veros et legittimos procuratores ratos et firmos se promittendo habituros quitquid per se ipsos uel per predictos eorum procuratores simul diuisim exhibitores aut exhibitorem presencium actum factum uel perpetratum fuerit in causis eorum vniuersis, Datum in Mezewsomlio die sabbato scilicet infesto Apostolorum Simonis et Jude anno domini MCCCCXXX^{mo}.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyomával. Folyószám 632. Saec. XV. R. II.)

238.

1431. február 23-án.

Sigismundus Dei Gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Cumaniae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Bulgariaeque Rex et Lucenburgensis haeres, omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris Salutem in omnium Salvatore, Regiae convenit dignitati ut suas Dominationes suis fidelibus subditis digne meritisque largitas per suarum literarum series Regio Patrocinio roboret et confirmet. Proinde ad Vniuersorum tam praesentium quam futurorum notitiam harum serie volumus pervenire. Quod fidelis noster Nicolaus filius Kosztae, filÿ condam Romani de Macskás distri-

ctus nostri Sebesiensis suo necnon ejusdem Koszta Patris, ac Petri, Roman, Demetrÿ et Sztrojae carnalium, Item Nicolaÿ, Ivan, Lucae, Michaelis et Ladislai filiorum Dionisÿ, praeterea Ladislai, Michaelis, et Zachariae filiorum Michaelis ac Nicolai filÿ Farkas, caeterum Sorbani, Demetrÿ et Ladislai filiorum Andreae de dicta Macskás Patruelium et Condivisionalium fratrum suorum nominibus et in personis Maiestati(s) nostrae veniens in praesentiam exhibuit Nobis quasdam duas literas, unam videlicet nostram patentem majori authentico sigillo nostro a tergo consignato mediante qua Nos quasdam possessiones Ruginocz et Leorgis nuncupatas in Capite duorum fluviorum M(utnok) vocatorum in praefato Districtu Sebesiensi existentium situatas, necnon possessionem Toplicza appellatam in terris dictarum duarum Possessionum plantatam, simul cum universis utilitatibus, ad easdem rite spectantibus modo infra in tenore ejusdem nostrae Literae clarius denotatis et contentis, eidem Nicolao filio Kosztae, et praescriptis Patri, ac Carnalibus Patruelibusque et condivisionalibus fratribus ejusdem novae nostrae Donationis Titulo perpetue dedisse donasse et contulisse dignoscuntur, et aliam Capituli Ecclesiae Orodiensis Alphabeto intercisam super praescriptarum possessionum Ruginocz, Leorgis, et Toplicza vocatarum legitima statutione pro memoratis Nicolao, Ivan, Luca, Michaele et Ladislao, nec non alÿs omnibus praedictis rite facta, privilegialiter confectam tenore subsequentium Supplicans exinde idem Nicolaus Koszta, suo et nominibus quorum supra Maiestati nostrae humillime . . . . . ut easdem Literas ratas, gratas, et acceptas habentes nostrisque Literis Privilegialibus de Verbo ad Verbum inseri et inscribi facientes sibi et praeattactis suis Fratribus Carnalibus, Patruelibusque et Condivisionalibus eorumque Haeredibus et Posteritatibus vniversis innovando perennaliter valituras confirmare dignaremur, Quarumquidem Literarum, vnius videlicet nostrae Donationalis tenor talis est.

(Lásd Zsigmond király 1428. Karansebesben kelt levelét 233. sz. a.)

Vlterius vero ut puta dicti Capituli Orodiensis Continentia verbalis seqitur in haec verba.

(Lásd az aradi káptalan levelét 1429. évről 231. sz. a.)

Nos igitur humillimis et devotis praefati Nicolay filÿ Koszta supplicationibus nostrae per eum suo et quorum supra nominibus modo anteloto subjectione oblatis Majestati, pietate exauditis et clementer admissis, praefatas Literas non abrasas, non Cancellatas nec in aliqua earum parte viciatas, sed omni prorsus suspicionis vicio destitutas et Carentes praesentibusque nostris Literis Privilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas quo ad Omnes earum Continentias Clausulas et Articulos acceptamus et ratificamus. Nihilominusque easdem requirentibus Condam Roman filÿ dicti Koszta ac Michaelis filÿ praefati Farkas praenominatorum Fratrum Eorundem fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis, per ipsos nobis, ac Sacro nostro Regio Diademati laudabiliter exhibitis et impensis . . . . . praemissa nostra Donatione et perennali Collatione, Legitimaque Statutione praescriptarum possessionum mera . . . . . Regia et potestatis plenitudine, ex certaque nostrae Maiestatis scientia . . . . . Serenissimae Principis Dominae Barbarae Conthoralis nostrae charissimae . . . . . rumque et Baronum nostrorum consilio praematuro, pro antefato Nicolao filio Kosztae Patreque et fratribus suis praenominatis, ipsorumque haeredibus et posteritatibus vniuersis in aevum valituras innovando confirmamus praesentis scripti nostri patrocinio mediante Salvis Juribus alienis. In cujus rei Memoriam firmitatemque perpetuam praesentes concessimus Literas nostras Privilegiales pendentis Authentici Sigilli nostri duplicati, quo ut Rex Hungariae utimur munimine roboratas. Datum per manus Reuerendi in Christo Patris Domini Joannis Episcopi Zagrabiensis Sacri Romani Imperÿ et nostrae Majestatis Supremi Cancellarÿ fidelis nostri dilecti Anno Domini Millesimo quadringentesimo tricesimo primo. Septimo Calendas Martÿ, Regnorumque nostrorum Anno Hungariae etc. Quadragesimo quarto, Romanorum vigesimo primo et Bohemiae undecimo. Venerabilibus in Christo Patribus, Dominis Georgio Strigoniensi, Joanne Colocensi, Doÿmo Spalatensi et Andrea Ragusiensi Archiepiscopis, Jadrensi sede vacante. Eodem Joanne Zagrabiensis, Petro de Rozgo(n) Agriensis, Dionisio Varadiensis, Georgio Transylvaniensis, Henrico Quinque ecclesiensis, Simone Vespri-

miensis, Clemente Jauriensis, Ladislao Chanadiensis, Josepho Boznensis, Jacobo Sirmiensis, Joanne Trincsiniensis, Georgio Nitriensis Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciter gubernantibus, Vaciensi, Segniensi, Traguriensi, Corbaviensi, Scardoniensi, Sibinicensi, Noviensi, Makarensi et Farensi sedibus vacantibus. Item Magnificis Viris Nicolao de Gara Regni nostri Hungariae praedicti Palatino, Hermano Ciliae Zagoriaeque Comite totius Regni nostri Sclavoniae Bano, Socero nostro charissimo, Ladislao de Chak Vajvoda nostro Transylvaniae, Comite Matyus de Palocz Judice Curiae nostrae, Nicolao Vegle et Modrussae Comite Dalmatiae et Croatiae Regnorum nostrorum, et Petro Cheh de Leva Macsoviensi Banis, honore Banatus Zeuriniensis vacante, Petro filio Henrici de Berzevicze Tavernicorum, Ladislao filio condam Joannis Vajvodae de Tamasi Janitorum, Stephano de Bathor Dapiferorum Laurentio de Hedrehvara . . . . . nostrorum Magistris et Stephano de dicta Rozgon Comite Posoniensi alysque quam pluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

(A gyulafehérvári káptalan 1689. évi átiratából, mely az eredeti helyesírásra semmi tekintettel nincs. Egyszerű másolatban a Macskásicsalád levéltárában 748. sz. a. Meg van ez oklevél hibás másolata Dobó Józseftől a nagyenyedi collegiumban, ezt másolta gr. Kemény József, és e kézirata meg van az erdélyi Múzeumban. Dipl. Transs. Suppl. III. 113—116. l. Az eredetit nem sikerült felfedezni.)

239.

1431. márczius 24-én.

Nos Nicolaus Benke vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod viri Egregy Basi Emericus et ladislaus fily Hem de Egerzek in die datarum presencium contra Emericum ladislaum et frank filios Stephani de Remethe coram nobis comparere debuissent, ad quandam potenciam responsuri, qui quidem Basi Emericus et ladislaus non venissent neque misissent nec respondere curassent Ideo nos eosdem Basium Emericum et ladislaum contra Jamfatos Emericum ladislaum et frank In Judicÿs consuetis fore convictos relinquimus, Si se racionabiliter non poterint excusare testimonio presencium mediante Datum in Mezeusomlio sab-

bato proximo Ante dominicam Ramispalmarum Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 646. Saec. XV. R. II.)

240.

1431. április 28-án.

Nos Nicolaus benke vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod nobiles viri Bartholomeus et andreas de Bilice tamquam homines communes nostram venientes inpresenciam fassi sunt in hunc modum Quomodo dionisius dictus dÿa de v a i a Jobagio ladislai fily Stephani de remethe super Nouak et Nicolaum filios Martini de d r a g a l y o l c h dezpoti duos boues et vnum Equum coram petro et Simone officialibus ladislai fily Michaelis Castellani de E r d s o m l i a Juxta fassionem Bora de eadem B e r k e z, secundum legem optinuisset, de quibus idem dÿa dum satis habere voluisset, Ipsum recaptiuassent X florenos nouos vnum gladium, vnum bicellum et vnam Jopulam ab ipso Auferendo potencia mediante Inpreiudicium eiusdem ladislai satis magnum datum in Mezeusomlio sabbato proximo post festum beati Georgi martiris Anno domini MCCCCXXX primo.

(*Kivül*, a szélen: quilibet sexto se.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 674. Saec. XV. R. II.)

241.

1431. május 26-án.

Nos Nicolaus Benke vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria, Quod viri Egregÿ Emerici et Ladislai filÿ Stephani de Remethe Onus et grauamen Nicolai et frank in se recipientes ab vna, parte ab alia Basi Emericus et Ladislaus fily Hem de E g e r z e g h onus et grauamen Thome et Johannis fratrum suorum in se recipientes si in infrascriptis persistere nollent nostram personaliter aduenientes in presenciam fassum extiterunt in hunc modum, Quomodo ipsi Juxta disposiciones nonnullorum prouidorum nobi-

lium talem inter se fecissent compositiuam disposicionem, quod vniuersas et quaslibet causas ipsorum a tempore auorum et prothauorum suorum incipiens inter se habitas vsque diem datarum presencium infra descendi fecissent literasque vniuersas scilicet inquisicionales sentencionales et quouismodo in alterum vestrum emanatas cassas friuolas viribus carituras eorum exhibitoribus nocituras denunciando eo modo quod in octauis festi Epiphaniarum domini proxime affuturis octo viros prouidos quorum quatuor vna pars, quatuor vero altera pars eligeret literasque suas qualibet parcium inportare debeat, si vero non inportaret, extunc literalia sua cassa fieret et inanis, causamque eorum qualibet parcium ad manus ipsorum prouidorum dare et assignare visisque eorum Justicÿs, contra quid idem prouidi Judicatiue inter partes ordinauerint id vtraque parcium acceptare et intusstare debeat et teneatur, Si qua parcium acceptare et intuspersistere nollet extunc pars repugnans contra aliam partem pacem obbtantem in quinquaginta marcis convincere deberet et teneretur eo facto, Datum in Mezewsomlio sabbato proximo ante festum corporis christi Anno domini MCCCCXXX primo.

(Eredetije vizfoltos papiron a Kállay-család levéltárában. Hátán három pecsét nyomával. Múzeumi folyószám 656. Saec. XV. R. II.)

242.

1431. augusztus 5-én.

Nos Mathko de Ragusio, Comitatuum de Crasso, Chanadiensis et Keuiensis Comes Memorie commendamus, Quod cum nos in die datarum presencium, in Mezesomlio pro tribunali cum nobilibus eiusdem Comitatus de Crasso consedissemus tunc de medio aliorum nobilium Nobilis vir ladislaus filius Him de Remethe exurgendo, contra nobiles viros Castellanos de Ersomlio proposuit ex aduerso, quod Idem Castellani, vnum Jobagionem suum, potencia ipsorum catiuassent (igy) mediante, ibique Jobagioni multa dampna in hec inferendo, Inpreiudicium ipsius ladislai prefati, qui quidem prefati Castellani, negando fore premissa non fecisse, Ideo nos Judicantes decreuimus, quod ipsi prefati Castellani de Ersomlio, contra

prefatum ladislaum filium Him, Sabatho proximo post festum asumpcionis virginis gloriose venturum cum duodecim nobilibus se teneantur deponere Juramentum, loco ipsorum alias solito, datis in Mezesomlio in festo virginis marie de Nyue Anno domini etc. XXXI^mo.

Item autem Jobagio prefati ladislai pro dampnis suis per prefatos Castellanos factis eodem die et loco alegato tercio se teneatur deponere Juramentum.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Szöveg alatt gyűrűs pecsét zöld viaszban. Folyószám 652. Saec. XV. R. II.)

243.

1431. augusztus 16-án.

Nos Nicolaus benke vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod prouidus vir Dÿa de v a i a Jobagio ladislai fily Stephani de Remethe, contra nobilem virum petrum dictum Feier vicecastellanum de E r d s o m l i a familiarem ladislai fily Michaelis, super dampna sua per ipsum petrum sibi illata scilicet super ablacionem bombisi gladi arcus pharetre Arcutece et decem florenorum nouorum Juxta Judiciariam commissionem Magnifici M a t k o n i s C o m i t i s et nostri in die datarum presencium tercio se ad tercium dimidium centum florenos breues coram nobis prestitit Juramentum testimonio presencium mediante Datum in M e z e u-Somlio sabbato proximo Ante festum beati regis Stephani Anno domini Millesimo quadringentesimo XXXI^mo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 113. Saec. XV. R. II.)

244.

1432. február 6-án.

Nos frank de Talloucz alias de Ragusio Comes Kowiniensis et Capitaneus Nandoralbensis etc. vniuersis et singulis in Comitatu Kowiniensi constitutis et existentibus presentes visuris fratribus et Amicis nobis dilectis, Noueritis quomodo ista die in festo beate dorothee virginis scilicet feria quarta A . . . . to (no)uitates ad nos pervenerunt, Quomodo Izak way-

uoda cum vice Imperatore cum magna potencia ad istas partes versus Castrum Nandoralba disposuerunt se venire Ad depredandum et Ad pugnandum Castrum, Eapropter vestris dilecionibus committimus et mandamus, quatenus, visis presentibus, et omni mora postposita vniuersi vniuersaliter et singulariter, cum omnibus nostris Equitibus et peditibus versus albanandor ad Riuam, uel ad portum citissime venire debeatis necessarium est, vt ad defensionem istius Castri et confinibus, et similiter sicuti in literis Serenissimi domini nostri Regis clare vidistis, quod cum omnibus Equitibus et peditibus octauo die datarum presencium, qui autem huc non veniret, tunc amissione sui Capitis, possessionibusque et bonis subnomine infidelitatis incurret perdicionem eofacto, datis in Albanandor feria quarta in festo beate dorothee virginis Anno etc. M^mo CCCC^mo Tricesimo secundo.

(Eredetije foszlányos papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Szöveg alatt zöld viaszos pecsét. Folyószám 22. Saec. XV. R. III.)

245.

1432. augusztus 5-én.

Nos Franko de Talloch alias de Ragusio Chanadiensis de Kewe et de Crasso Comitatuum Comes etc. necnon Capitaneus Nandoralbensis, vniuersis et singulis populis et Jobagionibus, Nobilis virj Georgy Horwath de Zekel in eadem commorantibus nobis dilectis, Quia nos, vnacum nonnullis Nobilibus Comitatuum predictarum, et aliorum Nobilium, quorum interest, facta Reiarum (?) et moracionem Castri Zenthlazlowara vocati, necnon alia facta discuciendi ordinauimus nostris omnibus vicecomitibus Officialibus, vicesque ipsorum gerentibus commisimus dando firmis in mandatis, aliter nullatenus habere volentes, quod nullus ex ipsis in possessionem Nobilium quorumcunque causa Congregacionem generalem Exercitus cuiuscunque, sew moracionis Castri predicti, se intromittant, tandem, quousque idem Exercitus vel Congregacio infra descendet propter ipsorum excessus, Igitur vobis omnibus vniuersaliter committimus, quatenus nullus ex vobis causa timoris vel mi.... acionis cuiuscunque, se de vestris mansioni-

bus moueat vel sit ausus modo aliquali, qui si quis fecerit sciat nos, de loco suo descenso vi nostra propria, ad pristinum locum contra ipsius voluntatem, reportasse, quia nos vestrum obstaculum et proteccionem fieri conamus, ob respectum seruicÿ domini vestri presencium p° . . . . . datum in Kowine in festo Marie de Niue Anno domini Millesimo CCCC^mo XXXII^mo.

(Eredetije penészfoltos és elmállott papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Szöveg alatt zöld viaszos pecsét. Folyószám 238. Saec. XV. R. III.)

246.

1433. június 30. és július 3-ika közt.

Nos Eberhardus Sax. Capitaneus de Zenthlazlovara, Memorie commendamus per presentes, quod venientes nostri in presenciam Dionisius et Lucas filÿ Roman Kenezy de de (így) Borzafew in personis fratrum eorundem et consanguineorum, contra Petrum filium Juga, et Ladislaum filium philipi, fratrem eiusdem, similiter Kenezius de dicta Borzafew, coram nobis personaliter astando, voce querulosa proposuerunt, et significare curarunt, quomodo ipse petrus dictus Juga, et Ladislaus frater eiusdem, inter metas possessionum ipsorum Maancho vocatarum Juxta Riuulum Maylathmaycho dictum in predictu districtu habitarum, plurimas terras earundem occupassent, et occupatas teneant eciam de presenti, in preiudicium Jurium Ipsorum et Jacturam, quo audito ipse Petrus, sua ac predicti Ladislai fratris sui in personis et consanguineorum respondit exaduersis, quod in accionibus predictorum inmunis essent et innocentes, et hoc cum literis Magnifici domini Piponis de Ozora, Comitis Themesyensis pie memorie possent conprobare, quas coram nobis exhibuit, super ipsarum metarum, terrarum et aliarum quarumlibet vtilitatum predictarum possessione, ereccione confectas, quarum tenor talis est.

(Lásd Ozorai Piponak Temesvárott 1418. évben kelt levelét 196. sz. a.)

Nos itaque auditis parcium proposicionibus et visis literis ipsius domini Comitis Piponis felicis recordacionis, super premissis metarum reambulacione certocercius cupientes edoceri Nobilem magistrum petrum de Kereztez castellanum

nostrum de Borzafew, necnon Nicolaum nyakazo, Johannem veres de Bacz vidam filium Sthanicza de Cherova et Georgium de dicta Bacz, de Borzafew, Johannem dictum farkas dionisium de Gunlya Nicolaum de luca, Michaelem paruum de armistha de Crassofew kenezios ad faciem predictarum possessionum regalium, Juxta dictum Riuulum habitarum duximus deputandos et destinandos.. p..tamque magister petrus Castellanus noster, nicolaus nyakazo Johannes veres de Bacz vida filius Sthanicza (Kenezius) Johannes farkas dionisius de Nicolaus (így) et Michael paruus adnos reuersi vna formi voluntate talem de premissis sciuisse certitudinis veritatem fassi fuerunt quod Ipsi die descen..... festum beati Johannis Baptiste in proximo preterito conuocatis partibus vicinisque et commetaneis ad faciem predictarum possessionum accessissent, metasque terreas siluas et alias quaslibet vtilitates ipsarum possessionum Juxta contenta literarum ipsius Magnifici domini comitis piponis reambulassent, ipsum eciam petrum et ladislaum filios Juga, vt premittitur in nullo excedere reperissent, ymo Juxta limitacionem in predictis literis domini Comitis piponis firmiter perseuerasset, nos vero premissarum certitudinis veritatem modo premisso perceptis intellectis et ne in posterum partes prescripte pro se se occasione premissarum terrarum et aliarum vtilitatum predictarum possessionum impedire et perturbare debeant aliquomodo ymo ipsos in perpetue pacis quietudine cupientes gratulari partibus prescriptis perpetuum silencium inponendo talem eciam vinculo mediante, ut si temporum in processu aliqua predictarum posteritatum racione et pretextu terrarum et aliarum vtilitatum earundem modo premisso limitatarum mouere et in litem prouocare niteretur presumpcione aliquali, extunc talis pars contra aliam in premissa disposicione eiusdem domini piponis et per consequens manentem perseuerando, demptis ipsis quinquaginta marcis denariorum in prescriptis literis domini piponis specificatis, similiter in quinquaginta marcis denariorum modo premisso specificatis et declaratis conuinci debeat eo facto, quarumquidem duo ad Judiciariam porcionem, tercia vero pars parti aduerse cedi debeat, harum literarum nostrarum per vigorem testimonio mediante, Datum in Zenthlazlo-

wara predicta fer..... proxima post festum beatorum petri et pauli apostolorum anno domini M^mo^ quadringentesimo XXX^o^ III^o^.

(Eredetije papiron gróf Pongrácz honvédezredes gyüjteményéből a m. nemz. Múzeumban. Szöveg alatt papirral fedett pecsét zöld viaszban.)

247.

1433. augusztus 1-én.

Nos dominicus Erdugh de Charna vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso, damus pro memoria Quod nos ad legittimam peticionem Egregy viri frankonis fily Stephani fily petri de Remethe, viros nobiles Thomam de Kengelto ladislaum filium luce de Jenew Nicolaum Chakan Johannem filium Georgi de Jenew Briccium de bulice Michaelem Bodor de Egres et ladislaum Jobus Castellanum de Keuesd ad infrascriptam Inquisicionem faciendam duximus destinandos, qui tandem exinde ad nos reuersi nobis retulerunt in hunc modum Quod ipsi ab omnibus quibus decens et oportunum fuisset, et presertim ab illis qui inter virum Egregium frankonem filium Stephani fily petri de Remethe et nobiles Kenesios et vniuersos populos de B o r z a f e w electi arbitri fuissent, talem sciuissent veritatem, Quomodo prefatus frank, in nullo prefatis kenesys et populis offendisset, Et ipsum frankonem cum sua sine culpa prefati kenesi et populi de B o r z a f e w depredassent, potencia eorum mediante, datum in Mezeusomlio sabbato proximo die scilicet in festo ad vincula Sancti petri anno domini MCCCCXXXIII.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán pecsétek és átmetszések nyomai. Folyószám 45. Saec. XV. R. III.)

248.

1433.

Zsigmond király megtiltja Rozgonyi István temesi főispánnak, hogy a Lippa felől jövő szász kereskedőket a Mursinai útra térítse vissza.

(A Temes megyei Oklevéltár kéziratából.)

249.

1434. január 12-én.

Nos Capitulum ecclesie Chanadiensis Memorie commendamus quod nobilis vir Emericus filius Hÿm de Debrenthe coram nobis personaliter constitutus, onera vero Thome, Blasÿ, Ladislai et Johannis fratrum suorum vterinorum in infrascriptis in et supra se assumpmendo sponte confessus est eo modo, quod ipse quadam grandi necessitate compulsus quasdam tres possessiones suos Kisermen et Gergelyfalva in Krassoviensi et Baskafalva vocatas in Themesiensi Comitatibus existentes habitas, simulcum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencÿs videlicet terris arabilibus, syluis, nemoribus, pratis, fenetis, pascuis et alÿs quibusvis fructuositatibus earundem, nobili domine Anne vocate, Relicte quondam Emerici fily Stephani, fily Petri de Remethe, sorori scilicet sue, et per eam Georgio et Johanni filÿs eiusdem domine pro septuaginta florenis puri auri plene ab eadem ut dixit habitis et receptis, presencium obligasset et impignoravit nostri in presencia, coram quod idem Emericus aut dicti fratres sui infra spacium trium annorum easdem possessiones cum dictis suis vtilitatibus ab eadem domina Anna seu dictis suis filÿs redimendi nullam habeat potestatis facultatem, expletis autem dictis tribus annis quicunque memoratus Emericus, vel prescripti fratres sui, prefatas possessiones pro dicta pecunie summa redimere voluerint, aut valuerint extunc annotata domina Anna, et dicti sui fily, rehabita predicta pecunie summa easdem possessiones simulcum dictis suis utilitatibus, et pertinencÿs ipsi Emerico, et fratribus suis supradictis, absque omni difficultate remittere et resignare teneantur, infra tempus autem redempcionis huiusmodi annotatus Emericus eandem dominam Annam et filios suos in dominio earundem possessionum ab omnibus legitimis impetitoribus iuridice tenebatur conservare, in cuius testimonium paria presencium per easdem presentibus fecimus emanari, Datum feria tercia proxima post festum Epiphaniarum Domini Anno ejusdem millesimo quadringentesimo tricesimo. (A levél hátán 1434. évszám.

Tán a »quarto« levágatott, minthogy a papir az utolsó sorig van lemetsztve.)

(Másolat a Kállay-család levéltárában.)

250.

1435. márczius 5-én.

Nos Michael de dolcz vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso, damus pro memoria Quod Nos ad legittimam peticionem Egregy ladislai fily Stephani fily Heem, Nobilem virum Nicolaum de B i l i c e ad infrascriptam Inquisicionem faciendam duxissemus destinandum, quis tandem exinde ad nos reuersus retulit in hunc modum, quod ipse indicto Comitatu eundo ab omnibus quibus decens et oportunum fuisset talem sciuisset veritatem Quomodo Egregius Sandor de H e l i u m b a ex commissione et voluntate petri fratris sui vterini, Georgium filium frona Jobagionem prefati ladislai fily Heem diris verberum plagÿs Affecisset potencia sua mediante Ingrande preiudicium eiusdem ladislai lesionemque Jobagionis sui satis maagnum datum in Mezeusomlio sabbato proximo Ante dominicam In vocauit Anno domini MCCCCXXX quinto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 170. Saec. XV. R. III.)

251.

1435. márczius 5-én.

Nos Michael de dolcz vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria, Quod nos ad legittime peticionis instanciam Nobilis et honeste domine, domine anne Relicte Emerici fily Stephani fily petri de Remethe Item Georgi et Johannis filiorum eiusdem, necnon Johannis de Kere Officialis ipsorum virum Nobilem Johannem Thorma ad infrascriptam Inquisicionem faciendam duxissemus destinandum quis tandem exinde ad nos reuersus nobis retulit in hunc modum Quod Ipse indicto Comitatu eundo abomnibus quibus licuisset et decuisset palam et occulte diligenter inquirendo talem de infrascriptis sciuisset veritatem Quomodo No-

bilis vir Michael Chepi Hÿs diebus proximis Jobagiones prefate domine Anne et filiorum eius In superficie terre eorum despoliasset Insuper ad domum Johannis de Kere Officialis ipsorum irruisset ipsum vtique morti tradere machinasset nisi presidio proborum se defendere valuisset, ipsumque turpis vituperis et verbis enormibus et illicitis Affecisset potencia sua mediante Ingrande preJudicium eiusdem domine et filiorum eius necnon Johannis de Kere satis magnum, datum in Mezeusomlio sabbato proximo ante dominicam Invocauit anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo quinto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 109. Saec. XV. R. III.)

252.

1435. márczius 19-én.

Nos Michael de dolcz vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod cum secundum continenciam priorum literarum nostrarum Citatoriarum ladislaus Bobal Castellanus de Keuesd contra Kylianum Judicem de E r m e n In die datarum presencium coram nobis comparere debuisset, ipso termino adveniente prefatus ladislaus peripsum Kylianum diebus et horis legittimis expectatus non venit neque misit Ideo nos eundem ladislaum contra ipsum Kylianum in Judicio trium marcarum fore conuictum et agrauatum duximus relinquendum, harum testimonio literarum nostrarum mediante Si se racionabiliter non poterit excusare, datum in Mezewsomlio Sabbato proximo ante festum beati Benedicti abbatis anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo quinto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. A pecséteknek csak átmetszései látszanak. Folyószám 173. Saec. XV. R. III.)

253.

1435. április 30-án.

Nos Michael de dolcz vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso, damus pro memoria Quod petrus de H e l i o m b a tanquam legittime Citatus contra ladislaum

filium Hem in die datarum presencium coram nobis comparere debuisset, ipso termino adueniente idem petrus non venit neque misit, per ipsum ladislaum expectatus, Ideo nos eundem petrum contra ladislaum Jam dictum in Judicio trium marcarum fore conuictum et agrauatum duximus relinquendum si se racionabiliter non poterit excusare, datum in Mezeusomlio sabbato proximo ante festum beatorum philipi et Jacobi Apostolorum Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo quinto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 108. Saec. XV. R. III.)

254.

1435. május 14-én.

Nos Michael de dolcz vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod Egregius ladislaus filius Hem de remethe coram nobis personaliter constitutus in omnibus causis suis et earum articulis tam per ipsum contra alios quam per alios quospiam contra ipsum in quibuslibet terminis uel quindenis coram nobis adata presencium per annicurriculum motis uel mouendis ladislaum filium luce alterum ladislaum de nendraz Bartholomeum de Jenev Thomam de Salank Nicolaum Chakan, Anthonium Nicolaum Kilianum Officialem de Ermen Johannem Cragul Bartholomeum de Chechtelek Bartholomeum de Bilice Martinum de dyakolcz et Stephanum barath de eadem fecit constituit et ordinauit suos veros et legittimos procuratores ratum et firmum se promittendo habiturum quicquid per predictos suos procuratores simul uel diuisim exhibitores aut exhibitorem presencium actum factum uel procuratum fuerit incausis suis vniuersis, datum in Mezeusomlio sabbato proximo Ante festum beate Sophie vidue Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo quinto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-fele levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 107. Saec. XV. R. III.)

255.

R° Emerici de Marczaly Magistri curie.

1435. június 2-án.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod quia fidelis noster Egregius Johannes dictus Olah, filius condam Woyk de Hunyad Aule nostre Miles, quandam possessionem seu Opidum nostrum P a p i vocatum in Comitatu Orodiensi habitum, cum vniuersis suis obuencionibus vtilitatibus et pertinencÿs ac medietatem vadi in fluuio Marus habiti ad Idem Opidum spectantis, per nos alias eidem Johanni ac alteri Johanni fratri suo carnali pro Mille et ducentis florenis auri puri hungaricalibus veri et Justi ponderis, vigore aliarum literarum nostrarum Impignoraticiarum exinde confectarum impignoratum, ad nostram singularem requisicionem maiestati nostre remisit et relaxauit, Et insuper idem Johannes Olah ad specialem nostre maiestatis complacenciam, vltra predictos Mille et ducentos florenos auri Trecentos florenos auri puri hungaricales veri et Justi ponderis, quibus nunc pro certorum et arduorum nostrorum et Regni nostri negociorum necessaria expedicione indigemus nobis nomine veri mutui, et sub spe restitucionis dedit concessit et accomodauit, qui in toto et simul computando faciunt Mille et quingentos florenos auri, Ideo nos ipsum Johannem Olah, de rehibicione premissorum Mille et quingentorum florenorum auri certum reddere volentes et securum, Opidum nostrum K o m ÿ a t h ÿ vocatum, cum toto Districtu similiter K o m y a t h ÿ, necnon villis Kenesÿs obuencionibus vtilitatibusque et pertinencÿs ad Idem Opidum et Districtum prenotatum spectantibus et pertinentibus, prefato Johanni Olah et pereum prefato alteri Johanni, fratri suo carnali Ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis pro pretactis Mille et quingentis florenis auri pignori duximus obligandum ymmo obligamus et impignoramus talimodo, quod quandocunque nos aut nostri successores Reges scilicet Hungarie predictum Opidum Komÿathÿ, cum Districtu villis et pertinencys suis pre-

notatis ab ipsis vtroque Johanne seu eorum heredibus redimere voluerimus seu voluerint, extunc ÿdem rehabitis et receptis prius a nobis aut predictis nostris successoribus, premissis Mille et quingentis florenis auri predictum Opidum Komÿathÿ, cum Districtu villis et pertinencÿs suis prescriptis, nobis aut dictis nostris successoribus remittere debeant et teneantur, Assumimus nichilominus, ac nostro et successorum nostrorum Regum scilicet Hungarie predictorum nominibus pollicemur et promittimus, annotatos vtrosque Johannem, eorumque heredes in pacifico dominio antefati Opidi Komyathÿ ac Districtus et pertinenciarum suarum predictarum vsque tempus redempcionis eorundem, contra quosuis impetitores causidicos et actores, Intra et extra Judicium semper et vbique protegere, tuerj et conseruare proprÿs nostris et eorundem successorum nostrorum laboribus et expensis, Harum nostrarum, vigore et testimonio literarum mediante, Datum Tirnauie feria quinta proxima ante festum Penthecostes, Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo quinto. Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. quadragesimo Nono, Romanorum vigesimoquinto Bohemie quintodecimo, Imperÿ vero Secundo.

(Eredetije ép hártyán az országos levéltárban NRA 1522. csomag, 13. szám. Papirral fedett veres pecsét, kétfejü sassal.)

256.

1435. szeptember 14-én.

Franko de Talloucz
Comes Kouiniensis etc.

Nobilis vir nobis grate dilecte literas vestras recepimus et contenta earundem plene intelleximus per quas petitis vos informari si ad Castrum vel ad exercitum vos disponere debeatis, de quo vos Sic auisamus et omnino volumus vt vos ad exercitum et non ad Castrum disponere et apromptuare debeatis Secus non facturi Datum in Haram in festo Exaltacionis Sancte Crucis Anno domini M° CCCC° XXX° quinto.

(*Kivül:* Nobili viro Frank filio Hym de Remethe officiali nostro de ladan nobis grate dilecto.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét zöld viaszban. Folyószám 169. Saec. XV. R. III.)

257.

ex deliberacione Prelatorum et Baronum.

1436. november 25-én.

Sigismundus dei gracia Romanorum Imperator semper augustus ac Hungarie Bohemie dalmacie Croacie etc. Rex fidelibus nostris, Comiti vel vicecomiti et Judicibus nobilium Comitatus de Crasso, Salutem et graciam, In personis Emerici ac pelbarti filiorum Stephani de Hethe, necnon Ladislai fily alterius Stephani de Baÿthon, ac Blasy fily Kragol, necnon ladislai et Nicolai filiorum Nicolai de Kragolfalwa, nobis ac prelatis et Baronibus nostris exponitur querulose, Quomodo Johannes filius laurencÿ de Mychk, circa festum beati Miachaelis archangeli proxime preteritum, quoddam promontorium vinearum, necnon terrarum arabilium, Siluarum et fenilium, particulas, interritorio possessionis eorundem exponencium Sandorpathaka vocate, a plaga meridionali, eiusdem possessionis Sandorpathaka habitas et existentes, a manibus pretactorum exponencium minus iuste et indebite, pro se ipso occupando et eosdem exponentes de dominio eorundem (et ad possessi)onem suam, wrocz vocatam annexisset potencia sua mediante, in preiudicium prenominatorum exponencium et dampnum valdemagnum, Supplicatum itaque extitit in personis pretitulatorum exponencium nostre maiestati, ac eisdem prelatis et Baronibus nostris, vt ipsis circa premissa de remedio prouidere dignaremur opportuno Et quia nos neminem Regnicolarum nostrorum suis Justis Juribus indebite et minusiuste, per quempiam destitui volumus seu priuari, Ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus agnita presencium noticia, si a vicinis et commetaneis dicte possessionis Sandorpathaka, alysque nobilibus comprouincialibus, pretacti Comitatus quibus decuerit, ad vnum certum et breuem terminum, per vos eis prefigendum, ad facies dicti promontorÿ, necnon Terrarum, Siluarum et fenilium dictorum, vestri in presenciam conuocatis, ab eisdem ad fidem eorum deodebitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro Regio dyademati obseruandam, tacto dominice crucis signo, per eos coram nobis ac Johanne de Bayton, vel Nicolao aut ladislao, sin

Johanne de Mykch, siue Stephano, an altero Stephano de Zwrdok ceu Jacobo de Matyaz, alÿs absentibus homine nostro et testimonio Capituli ecclesie Tituliensis, quod per ipsum Capitulum ad id presencium serie transmitti Jubemus, partibus eciam predictis, aut eorum legittimis procuratoribus presentibus, et illac similiter legittime vocatis, prestandi pretactum promontorium vinearum, ac terrarum arabilium Siluarumque fenilium preassertorum (quod ipse in tempore) cuius videlicet nondum preterisset reuulucio annualis per antedictum Johannem filium (laurencÿ) a manibus pretactorum exponencium indebite et minusiuste ac potencialiter occupatas, et ipsos de dominio eiusdem promontory vinee, ac Terrarum arabilium Siluarumque et fenilium exclusos fore extali . . . . . vicinorum et commetaneorum Nobiliumque comprouincialium pretactorum veridicis attestacionibus, comperieritis extunc, excluso prius et eiecto predicto Johanne de domynio prefati promontory vinearum, necnon terrarum arabilium, Siluarumque et fenilium rursus, et iterum prescriptos exponentes in dominium eiusdem et earum reintroducere et Idem ac easdem ipsis restatuere, in eisdemque contra quoslibet illegitimos impetitores, et signanter, aduersus prefatum Johannem nostre maiestatis in persona, et auctoritate presentibus vobis in hac parte attributa et iusticia mediante, protegere tueri et defensare debeatis, Quibus habitis Idem homo noster presente ipso testimonio annotati Capituli Euocet memoratum Johannem, contra annotatos exponentes nostram personalem in presenciam ad terminum competentem racionem premissorum redditurum litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, Et posthec huiusmodi rescite veritatis, ac possessionarie restatucionis et Euocacionis, aliorumque premissorum seriem cum proprÿs et possessionum (így) attestancium Euocatorumque nominibus, ac termino assignato eidem nostre personali presencie, per vos et dictum Capitulum fideliter rescribi volumus et mandamus Presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum Bude in festo beathe Katherine virginis et martiris Anno domini M^{mo} CCCC^{mo} XXXVI^{o} Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quinquagesimo Romanorum XXVII^{o} Bohemie XVII Impery vero quarto.

(Eredetije helyenkint foszlányos papiron a Kállay-család levéltárában. Szöveg alatt vörös viaszos pecsét, alatta a fenebbi szavak: ex deliberacione prelatorum et Baronum. Múzeumi folyószám 233. Saec. XV. R. III.)

258.

1436. deczember 8-án.

Nos Thomas vasky, vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso, damus pro memoria Quod nobilis vir Briccius de Bilice tamquam homo communis nostram personaliter venit inpresenciam mediante sigillo nostro fassus est coram nobis in hunc modum, quod pro vno Jobagione relicte Emerici fily Heem in Ermen commorantis, scilicet Jobagione terminoso tota villa Ermen fideiussor fuisset constituta, Ideo nos commisimus, quod vsque finem ipsius cause nullus ipsorum Jobagionum recedendi habeat facultatem, et hoc cum vniuersitate nobilium in sede nostra Judiciaria existencium reperimus, datum in Mezeusomlio sabbato proximo post festum beate lucie virginis et martiris Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo sexto.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 237. Saec. XV. R. III.)

259.

1437. márczius 16-án.

Nos Thomas vasky vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso, damus pro memoria Quod vir Egregius franko filius Heem de Remethe nostram personaliter ad veniens in presenciam, nobis voce querulosa detegere curauit in hunc modum, Quomodo ipse percepisset, petrus kenesius de Garulia simul cum suis Jobagionibus, racione cuiusdam vestigy porcorum, quod vestigium nondum ad possessionem eius duxissent, Ipsum cum Castellano et kenesÿs necnon populis de Crassofeu depopulare et depredare niteretur in preiudicium eius et dampnum satis magnum, Cum tamen hoc quod nullum vestigium ad possessionem eius deduxissent ad scitum Nobilium Nicolai Chakan et ladislai de vendraz (így) constaret evidenter, vnde nos hÿs perceptis secundum fassionem

ipsorum nobilium, Judicantes decreuimus, quod premissa causa, superipsum frankonem minusiuste sit et existat, et siquis ipsum Frankonem racione preuia calumpniauerit, indebitam calumpniam faciet, Datum in Mezeusomlio sabbato proximo ante dominicam Judica Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo septimo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 270. Saec. XV. R. III.)

260.

1437. márczius 16-án.

Nos Thomas vasky vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod Nobilis domina domina Anna relicta Emerici fily Heem de Remethe coram nobis personaliter constituta in omnibus causis et earum articulis tam per ipsam contra alios quam per alios quospiam contra ipsam in quibuslibet terminis uel quindenis coram nobis adata presencium per annicurriculum motis uel mouendis frank filium Heem de Remethe Johannem de Kure ladislaum filium luce Briccium et Nicolaum de bilice Michaelem bodor alterum Michaelem Chepi Michaelem Blasium et Nicoaum Chakan Mathiam de fekanch alterum Mathiam de Jara Thomam de Chechtelek Anthonium Nicolaum et Georgium literatum fecit constituit et ordinauit suos veros et legittimos procuratores ratam et firmam se promittens habituram quicquid per predictos suos procuratores simul uel diuisim exhibitores aut exhibitorem presencium actum factum uel procuratum fuerit in suis causis prenotatis, datum in Mezeusomlio sabbato proximo ante dominicam Judica Anno domini Millesimo quadrangentesimo Tricesimo septimo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 267. Saec. XV. R. III.)

261.

1437. április 6-án.

Nos Thomas vaskÿ vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod viri Egregÿ Nicolaus frank fily Heem Item domine anna relicta Emerici et

Katherina relicta ladislai filiorum Heem de Remethe coram nobis personaliter constituti in omnibus causis suis et earum articulis tam per ipsos contra alios quam per alios quospiam contra ipsos in quibuslibet terminis uel quindenis coram nobis adata presencium per annicurriculum motis uel mouendis se mutuo Item ladislaum filium luce Johannem filium Johannis Cragul Anthonium Nycus Mathiam de fekanch alterum Mathiam de Jara Martinum filium Mixa, Maius paruum Johannem de Kere Michaelem bodor de Egres Briccium Nicolaum de Bilice Thomam de Chechtelek Johannem Andream thomam et ladislaum nemeth fecerunt constituerunt et ordinauerunt suos veros et legitimos procuratores ratos et firmos se promittentes habituros quicquid per se uel per predictos procuratores simul uel diuisim exhibitores vel exhibitorem presencium actum factum uel procuratum fuerit in causis eorum vniuersis, datum in Mezewsomlio sabbato proximo post festum concussionis anno domini MCCCCXXXVII°.

(Eredetije foszlányos papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 266. Saec. XV. R. III.)

262.

1437. április 6-án.

Nos Thomas vasky vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod nobilis Johannes filius Johannis Cragul tanquam homo communis nostram personaliter veniens inpresenciam mediante sigillo nostro fassus est in hunc modum quod Judex et Jurati de Mezeusomlio, quendam Jobagionem frank fily Heem de Remethe, contra prohibitum Mathie de Karul officialis ipsius frank inpersona domini sui prohibentem simul cum omnibus bonis et rebus, videlicet quinquaginta Ouibus duabus vaccis vitulatis duodecim porcos cum dacio sancti Georgi martiris Akone edificio domus [1]) et muneribus sancti Michaelis et resurreccionis abduxissent coram ipso contra prohibitum, datum in Mezeusomlio

[1]) Cum edificio domus. Itt faalkotványos ház értetődik, melyet a máshová költözködő jobbágy szétbonthatott, és új telepítési helyén, a hová vitte, ismét összerakott.

sabbato proximo post festum concussionis Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 273. Saec. XV. R. III.)

263.

1437. április 27-én.

Nos Thomas vasky vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod nos ad peticionem Egregy Nicolai fily Heem de Remethe viros Nobiles Michaelem bodor de Egres et Nicolaum de bilice ad infra scriptam inquisicionem faciendam duxissemus transmittendos, qui tandem abinde ad nos reuersi retulerunt in hunc modum, quod ipsi talem scire potuissent veritatem, quod kenesius Magnifici ladislai fily prioris Aurane in possessione priboÿ residens quendam Jobagionem ipsius Nicolai fily Heem Micula vocatum in Stanko commorantem simul cum omnibus Juribus eiusdem Nicolai fily Heem scilicet dacÿs trium florenorum Auri et alÿs bonis et Juribus eiusdem Nicolai minusiuste et indebite abduxisset potencia mediante Inpreiudicium ipsius Nicolai satis magnum datum in Mezeusomlio sabbato proximo post festum beati Georgy martiris anno domini MCCCCXXXVII.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 268. Saec. XV. R. III.)

264.

1437. július 20-án.

Nos Thomas vasky vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod Nobilis vir Nicolaus de Bilice et Michael Bodor de Egres tanquam homines communes nostram personaliter venientes inpresenciam fassi sunt in hunc modum Quod Kylianus famulus et Officialis Nicolai fily Heem de Remethe in persona domini sui Nicolai prefati quendam Jobagionem Micola nomine de possessione Stanko ad priboÿ contra prohibitum deductum domum petiuisset coram ipsis quem domum non dedissent Inpreiudi-

cium Nicolai fily Heem satis magnum, datum in Mezeusomlio die sabbato scilicet infesto beati Elie prophete anno domini MCCCCXXXVII^mo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyomával. Folyószám 269. Saec. XV. R. III.)

265.

1437. július 20-án.

Nos Thomas vasky vicecomes et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod nobilis vir Nicolaus de bilice tamquam homo communis nostram personaliter veniens inpresenciam sigilli nostri testimonio fassus est coram (nobis elmaradt) in hunc modum Quod Nobilis vir Michael bodor de Egres Officialis domine anka relicte Emerici fily Hem de Remethe inpersona eiusdem domine Anka Georgium filium marigius de Crassofeu kenesium de eadem de abduccione cuiusdam Jobagionis eiusdem domine Maruskenez vocate prohibuisset et contradixisset, quem idem Georgius kenesius de Crassofeu abduxisset contra prohibitum eiusdem Michaelis sua potencia mediante Inpreiudicium ipsius domine Anko satis magnum, datum in Mezeusomlio die sabbato scilicet in festo beati Elie prophete Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo septimo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 275. Saec. XV. R. III.)

266.

1437. szeptember 14-én.

Nos Nicolaus et frank fily Hem de Remethe vicecomites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod viri Nobiles Briccius et Nicolaus de bilice et Michael bodor de Egres tanquam homines communes, nostram personaliter ad venientes in presenciam fassi sunt in hunc modum quod Mathias de Karon (így) familiaris frank fily Heem quendam Jobagionem ipsius frank saliendo recessum, inpersona domini sui inpresencia Petri tygwan apud Johannem prepositum in priboÿ repertum detineri fecisset coram ipsis,

quem tandem domum petiuisset [1]) similiter coram ipsis, et licet ipsum Jobagionem reddidissent, sed tamen omnia bona abstulissent potencia mediante Inpreiudicium ipsius frank e fratrum suorum satis magnum datum in Mezeusomlio die sabbato scilicet in festo Exaltacionis sancte Crucis Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo septimo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 274. Saec. XV. R. III.)

267.

1437. szeptember 21-én.

Zsigmond király a komiáthi kerületet, mely már előbb egy bizonyos összegért a két Hunyadi Jánosnak, Vajk fiainak el volt zálogosítva, most egy további, 1250 arany forintra menő kölcsönért is elzálogosítja.

(Kiadta Pesty: A Szörény vármegyei hajdani oláh kerületek, 66. lapján.)

268.

Relacio Emerici de Marczaly magistri curie

1437. szeptember 28-án.

Zsigmond király — — universas porciones ac cuncta Jura possessionaria condam Stephani fily Demetrÿ de Pwkwr in possessionibus seu districtibus Pwkwr et Azyagh in Crisiensi, ac Zenthlazlo vocatis in Crasso Comitatibus existentibus habitas, que prefati condam Stephani, hominis absque heredum sexus masculini solacio defuncti prefuisse, et per defectum seminis eiusdem Juxta approbatam Regni nostri Hungarie legem et consuetudinem ad manus... regias deuolute, demumque mortuo ipso Stephano per Benedictum, ac condam Nicolaum et Johannem filios dicti Demetrÿ, qui olim tempore disturbiorum eiusdem Regni.... contra maiestatem notam infidelitatis incurrisse asseruntur, pro se absque nostre maiestatis annuencia et consensu occupate, et tandem inter se divise fuisse, nuncque erga manus ipsius Benedicti et

[1]) Domum petiuisset. Erős hungaricismus, és azt jelenti, hogy haza kérte a jobbágyot.

filiorum prefatorum condam Nicolai et Johannis tamquam Jurium nostrorum Regalium celatorum, sub taciturnitatis silencio fore perhibentur — Ladislao de Maroth (filio condam Johannis Bani de Maroth) suisque heredibus — adományozza.

Datum Prage in festo beati Wenceslai martiris 1437.

(Eredetije hártyán a budai kam. levéltárban NRA 649. csomag, 27. szám. Itt csak kivonatját közlöm.)

269.

1437. október 12-én.

Nos Nicolaus et Frank fily Heem de Remethe vicecomites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod Nobilis vir Nicolaus de b i l i c e tamquam homo communis nostram personaliter ad veniens in presenciam sigilli nostri testimonio fassus est coram nobis per hunc modum Quod Mathias famulus frank fily Heem quendam vallentinum Kenesium de B r u z n u k possessione domini sui saliendo recessum In possessione H e l ÿ o m b a Jure detineri fecisset, et domum petiuisset coram ipso, quem vallentinum domum non dedissent similiter coram nobis datum in Mezeusomlio sabbato proximo ante festum beati Calixti pape Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 272. Saec. XV. R. III.)

270.

1437. október 26-án.

Nos Nicolaus et frank fily Heem de Remethe vicecomites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod Nobilis vir Petrus tÿgvan tanquam homo communis nostram personaliter veniens in presenciam fassus est coram nobis in hunc modum Quod Mathias famulus frank fily Heem, quendam Jobagionem domini sui Kiral nomine ab ipso domino suo saliendo recessum inpossessione Emerici fily Heem, scilicet in Kenesyatu Georgi reperisset, Item similiter alterum Jobagionem eiusdem domini sui modo simili saliendo recessum in alya possessione ipsius Emerici invenissent, quos Joba-

giones, domum et extrapetiuisset coram ipso, quos extra non dedissent, datum in Mezeusomlio die sabbato scilicet in festo beati demetry martiris anno domini MCCCCXXXVII.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 271. Saec. XV. R. III.)

271.

1437. október 26-án.

Nos Nicolaus et frank fily Heem de Remethe vicecomites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod Nos simulcum vniuersitate Nobilium Jam fati Comitatus nobiscum tribunal consedentibus id reperimus et ad inuenimus Quod ex quo Egregius vir Nicolaus filius petri de Macedonia Comites nostros et Judices Nobilium extra duxisset, Ideo eosdem Comites et Judices cum tribus marcis denariorum exduxerit et cum tribus marcis induci debet et tenebitur testimonio presencium mediante, datum in Mezeusomlio sabbato proximo ante festum beatorum Simonis et Jude Apostolorum anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 292. Saec. XV. R. III.)

272.

1437. november 9-én.

Nos Nicolaus et frank fily Hym de Remethe vicecomites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod vir Egregius Nicolaus filius petri de Macedonia tanquam legittime Citatus contra vicecomites et Judices Nobilium ad deponenda birsagia sex marcarum in die datarum presencium coram nobis comparere debuisset, Ipso termino adveniente, idem Nicolaus filius petri per ipsos Comites et Judices diebus et horis legittimis expectatus non venit neque misit, Ideo Nos ipsum Nicolaum pro sua non veniencia in Judicio consueto et pro non deposicione ipsarum sex marcarum in dupplo earundem fore convictum et agrauatum duximus relinquendum testimonio presencium mediante Si se racionabiliter

non poterit excusare, datum in Mezeusomlio sabbato proximo Ante festum beati Martini Episcopi et confessoris Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo septimo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 293. Saec. XV. R. III.)

273.

1437. november 11-én.

Franko de Tallowcz
Banus Zewriniensis etc.

Nobiles viri, grate nobis dilecti, dicit nobis Nobilis Stephanus Horwath Castellanus noster de Zenthlachlaw, quomodo ciues et hospites de Sumlow maiori, ad Siluam ac Meruam [1]) quercinam super Glandines, porcos et Scrophas suas depascendi, apud ipsum appreciassent et conuenissent, qui solucionem huiusmodi appreciacionis sibi cum satisfaccione impendere non curarent neque curant de presenti Quo circa dileccionibus vestris committimus firmiter precipiendo, quatenus agnitis presentibus, ipsos Ciues et Hospites de ipsa Sumlow et alterius cuiusuis status aut condicionis homines siue Jobagiones qui precium de pascuis Glandinum, a Scrophis suis, sibi tenentur, ad satisfaccionem impendendam ammoneatis iuxta ipsius dicam, Qui si fecerint benequidem, alioquin voluimus et vobis mandamus, vt omnes tales debitores precÿ sui, quos ipse Stephanus duxit deputandos, cum eorum grauaminibus atque dampnis, ad solucionem satisfaccionis, modis omnibus compellere et astringere debeatis cum effectu, veteriori mandato nostro superinde non expectando, Secus in premissis non facturi quouismodo, Datum in dicta Sumlow Maiori in festo beati Martini Confessoris, Anno etc. XXXVII°.

(*Kivül:* Nobilibus viris Nicolao et Frankoni filÿs Hyn vicecomitibus nostris Comitatus Crassouiensis grate nobis dilectis.)

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Zárlatán pecsét zöld viaszban. Folyószám 280. Saec. XV. R. III.)

[1]) Merva, — tót szó = bozót.

274.

1437. deczember 16-án.

Generosa domina domina ac soror nostra sincere nobis honoranda dicitur (igy) nobis prouidi et Circumspecti Michael ac dunko alias nostri Jobagiones de pathaky nunc vero Imperiales In Chiglobanya commorantes graui cum querela Quomodo eadem vestra dominacio nullis ipsorum demeritis exigentibus nonmodicam particulam frugum seu triticum ipsorum minusiuste recepisset et recipi fecisset In preiudicium dicti domini nostri Imperatoris et per consequens nostri ac dampnum dictorum Jobagionum Imperialium nonmodicum vnde ipsam vestram Generositatem harum serie rogamus diligenter et attente quatenus dictas fruges ab ipsis Ciuibus Imperialibus sic per vos seu vestros familiares minusiuste receptas et ablatas plene et per omnia Indempniter eisdem reddere et restituere velitis, Alioquin ipsos Ciues Imperiales sub nostram proteccionem ac Gubernacionem positos dampno in aliquo permittere curabimus quocum modo, Scripta Kewynÿ feria secunda proxima post festum beate lucie virginis, Anno domini etc. XXXVII.

Franko de Thallowcz
Banus Zewriniensis.

(*Kivül:* Generose domine conthoralis condam Nobilis Emerici fily Hym de Remethe domini ac sorory nostre sincere nobis honorande.)

(Eredetije papiron Szalay Ágoston gyüjteményében. Zárlatán Tallóczynak papirral fedett pecsétje.)

275.

1437. deczember 21-én.

Nos Nicolaus et frank fily Heem de Remethe vicecomites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod ex quo quidam homo de Zederies Jobagio filiorum Comitis Siculorum, quendam Jobagionem regis de Mezeusomlio penes suam vxorem interfecisset, tandem funus ipsius Jobagionis regis ad rotham posuisset, superfluam legem faciendo, Ideo nos simul cum vniuersitate nobilium reperimus,

quod idem scilicet Jobagio filiorum Comitis Siculorum, per medium homagium ipsius hominis interfecti et ad rotham positi sit et existat conuictus homo prenotatus, datum in Mezeusomlio die sabbato scilicet infesto beati Thome apostoli Anno domini MCCCCXXXVIII°. [1])

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 336. Saec. XV. R. III.)

276.

1438. február 22-én.

Nos Nicolaus et frank fily Heem de Remethe vicecomites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod nos simulcum vniuersitate nobilium Jamdicti Comitatus id commiserimus et serie presencium committimus quod vicecomites nostri Juxta Justicÿs ladislai de Besenew exparte Illustris dezpoti super debitum seu res et bona eiusdem ladislai ac birsagia eius, plenam et omnimodam inpendere debeant satisfaccionem Justicia mediante Harum testimonio literarum nostrarum mediante datum in Mezeusomlio die sabbato scilicet infesto Kathedre beati petri apostoli Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo octauo.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 337. Saec. XV. R. III.)

277.

1438. június 1-én.

Albertus dei gracia Romanorum rex semper Augustus, ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex, Electus Rex Bohemie, et dux Austrie etc. fidelibus nostris Comiti vel vicecomiti et Judicibus Nobilium Comitatus de Crasso, Salutem et graciam, dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Nicolai et frank filiorum Hym de Remethe Quomodo Albertus de Zenthpether ipsos racione quorundam negociorum vestri in presen-

[1]) Az évszámban tévedés van az eredetiben; Tamás apostol napja ugyanis 1437. évben, de nem 1438-ban esik szombatra. Az 1437. és 1438. évi krassói alispánok névsora is mutatja, hogy Himfy Miklós és Frank 1438. év végén nem lehettek alispánok.

ciam in causam attraxisset, In qua vos Judicibus haberent pro suspectis, vnde cum in presencia Judicum suspectorum non sit tutum litigare, Igitur fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, quatenus premissam causam partes inter prenotatas vestri in presencia vt premittitur motam et vertentem iusto Juris tramite adiudicare debeatis, Et si ydem exponentes de huiusmodi vestro Judicio contentari noluerint, extunc ipsam causam cum sua serie adiudicata in Curiam nostram Regiam nostre, ac prelatorum et Baronum nostrorum adiudicacioni transmittere debeatis terminandam, partibus predictis coram nobis comparendi terminum vestris in literis prefigentes congruentem, Secus non facturi in premissis, Datum Bude In festo Penthecostes, Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo octauo.

(*Kivül:* Fidelibus nostris Comiti vel vicecomiti et Judicibus nobilium Comitatus de Crasso, pro Nicolao et frank filÿs Hÿm de Remethe Introductoria Cause.)

(Eredetije papiron a Kállay-család ltárában. Zárlatán a királyi pecséttel vörös viaszban. Múzeumi folyószám 311. Saec. XV. Reg. III.)

278.

1438. október 4-én.

Nos Simon saphar Johannes de doboz ac Blasius de Zenlazlo vicecomites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod nobilis et honesta domina, domina Anko relicte condam Emerici fily Hym de Remethe nostram ad herendo in presenciam vniuersos et singulos suos commetaneos de vniuersis suis Siluis, terris et alys Juribus vtensione occupacione fructus et quaslibet vtilitates earum percepcione vel percipi faccione prohibuit coram nobis testimonio presencium mediante datum in Mezeusomlio die sabbato scilicet in festo beati francisci confessoris Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo octauo.

(Eredetije keskeny papirszeleten a Kállay-család levéltárában. Három pecsétnek csak átmetszései látszanak. Múzeumi folyószám 312. Saec. XV. R. III.)

279.

1439. február 7-én.

Nos Simon Safar Stephanus de perde et Blasius de Zenlazlo vicecomites et Judices nobilium Comitatus de Crasso damus pro memoria Quod Nobilis vir Albertus de Zenpeter, nostram personaliter ad herendo inpresenciam sponte sua fassus coram nobis in hunc modum Quomodo Ipse virum Egregium Nicolaum filium Hym de Remethe alias vicecomitem nostrum racione depredacionis sue ex quo ipsum depredasset expeditum et absolutum duxisset relinquendum Imo expeditum et absolutum relinquit et dimisit coram nobis, Insinuasset eciam, quod sui exparte depredictis depredacionibus plenam et omnimodam impendisset satisfaccionem Nicolaus prenotatus, Ideoque ipsum expeditum et satisfactum relinquit coram nobis testimonio et vigore presencium mediante, datum in Mezeusomlio sabbato proximo post festum beate dorothee virginis Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo Nono.

(Eredetije papiron a m. nemz. Múzeum Kállay-féle levéltárában. Hátán három pecsét nyoma. Folyószám 350. Saec. XV. R. III.)

280.

1439. május 18-án.

Capitulum ecclesie Orodiensis, omnibus Christifidelibus, Presentibus pariter et futuris, harum noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam presencium serie volumus peruenire, Quod Michael filius Cosme de Olohsaagh, onera Nicolai, et Benedicti, filiorum, ac Michaelis, Pauli et Stephani fratrum patruelium, ceterorumque fratrum et consanguineorum suorum, nominibus et personis, quorum antea, et queuis grauamina, si ydem temporum in processu in subscriptis persistere nollent, super se per omnia assumpmendo, ab vna, parte vero ab altera, Bogdan et Michael filÿ Farkas de Mothnok, coram nobis personaliter constituti, per prefatum Michaelem filium Cosme, nobis confessum extitit pariter et relatum, Quod ipse carissimum fraternitatis zelum et anima-

rum vinculum, quam in prefatis Bogdan et Michaele filys Farkas gereret et haberet specialem, eisdem Bogdan et Michaeli filÿs Farkas, Directas et equales medietates, quarundam duarum possessionum suarum, Olohsagh et Dragamerfalwa vocatarum, in tenutis Opidi lugas, et pertinencys castri Zydowaar existencium, populis et habitatoribus adpresens prorsus orbatas et destitutas, cum vniuersis suis vtilitatibus et pertinencys quibuslibet, terris scilicet Arabilibus cultis et incultis, fenetis pratis, pascuis, Siluis nemoribus piscinis, Montibus vallibus, promontorys vinearum, Aquis, Aquarumque decursibus et (gener)aliter cunctis vtilitatum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem Directas medietates dictarum possessionum, legittime spectantibus et spectare debentibus, dedisset donasset atque contulisset, Ymmo dedit donauit et contulit, in filios filiorum suorum heredumque per heredes Jure perpetuo et Irreuocabiliter, per eosdem tenendas habendas et possidendas, Asumpmendo eciam, eosdem Bogdan et Michaelem filios farkas, heredesque et posteritates eorundem vniuersos, in pacifico dominio dictarum medietatum, possessionum pref(atarum) et vtilitatum earundem quarumlibet, contra quoslibet impetitores et inquietare volentes, communi voluntate et expensis, protegere et defensare, Tali vinculo mediante, quod si temporum in processu, antefati Bogdan et Michael, vltra medietatem dictarum possessionum contra (pre)fatum Michaelem filium Cosme, filiosque et fratres earundem, in eisdem possessionibus, sibi ipsis, plures porciones vsurpare et habere vellent, aut prefatus Michael filius Cosme, aut fily, et fratres eiusdem, racione et pretextu medietatum prescriptarum possessionum in(fe)sta(re), molestare, vel quoquomodo in causam attractare tempore progressiuo niterentur, extunc talis pars, contra partem alteram, in premissis pacifice persistentem, in Ducentis florenis puri auri, Justi et veri ponderis, salua porcione Judiciaria, et ante litis ingressum deponendis conuinceretur, et conuictus haberetur, ipso facto, Adquod, prefatus Michael filius Cosme, personaliter, filios autem et fratres suos, tamquam absentes, sepefati autem Bogdan et Michael, personali eorum astancia sponte obligarunt, coram nobis, In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes litteras

nostras priuilegiales, pendentis Sigilli nostri munimine roboratas Duximus emanandas, Datum per manus magistri Pauli lectoris socy et concanonici nostri, feria secunda proxima post festum Ascensionis Domini, Anno eiusdem M^mo^ CCCC^mo^ XXX^mo^ nono, Presentibus Honorabilibus Dominis, Mathya Cantore, Stephano custode, magistris Demetrio, Johanne de Zechen, Jacobo de Kenez, et dominico de vershecz, Canonicis, ceterisque Dominis fratribus nostris in dei ecclesia Regi iugiter famulantibus sempiterno.

(Eredetije pergamenen a Tinkovai Macskási-család levéltárában Kolosv. (Fasc. 26. No 834.) Veres-sárga selyemzsinóron függött pecsétje elveszett.)

281.

1439. június 21-én.

Nos Albertus dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, et dux Austrie, Memorie commendamus per presentes, Quod fidelis noster, Egregius, Sandrinus, filius condam Thome, de H e l y m b a, familiaris scilicet fidelis nostri dilecti Illustris Georgy Despoti Rascie, coram nobis personaliter constitutus, est confessus in huncmodum, Quod Magnificus Stephanus de Rozgon, pridem Themesiensis, nunc vero Jauriensis et Albensis Comitatuum Comes, de illis quinque Milibus florenorum auri, quibus ipse, annotato Despoto Rascie pro solucione redempcionis quarumdam possessionum T h w r a et H e e w ÿ z w e l g h y e, vocatarum, ac ceterarum villarum et possessionum ad easdem spectancium, alias apud ipsum Despotum pro premissis quinque Milibus florenorum auri, titulo pignoris habitarum, et tandem per maiestatem nostram ipsi Comiti Stephano de Rozgon inperpetuum datarum, duo Milia et quingentos florenos auri, medietatem scilicet pretactorum quinque Milium florenorum auri, Juxta continenciam literarum prefati Despoti, ipsi Comiti Stephano de Rozgon superinde directarum, coram nobis per eundem Sandrinum in specie productarum pre asserto Sandrino, nomine et in persona prelibati Georgÿ Despoti, domini sui recipienti dedisset et persoluisset, sine defectu aliquali, Super quibus scilicet duobus Milibus et

quingentis florenis auri ipse Sandrinus, memoratum Comitem Stephanum de Rozgon, nomine et in persona antelati domini sui, virtute literarum eiusdem predictarum, quitum reddidisset et per omnia absolutum, ymmo reddidit et comisit coram nobis, presencium testimonio mediante. Datum Bude, die dominico proximo ante festum Natiuitatis beati Johannis Baptiste, Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

(Eredetije papiron a budai kamarai levéltárban NRA 577. csom., 44. szám. Szöveg alatt pecsét.)

282.

De commissione domine Regine ex deliberacione Baronum.

1439. szeptember 27-én.

Nos Albertus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex, et dux Austrie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus incumbit vniuersis, Quod exquo fideles nostri dilecti, Magnifici et Egregÿ vterque Johannes de Hwnyad Bani nostri Zewrinienses, conseruacionem Castrorum nostrorum Regalium Zewren Gewren Orswa Myhald et Peech vocatorum, circa confinia Regni nostri Hungarie predicti et cis danubium existencium, que eciam hactenus apud manus ipsorum fuerunt, et nunc existunt, ad nostre maiestatis requisicionem, per continuos tres Menses, qui in fine Mensis Novembris proxime affuturi expirabunt in se receperunt, Gentes vero exercituales ducentorum Equitum extra ipsa Castra in campis, contra hostes pro defensione parcium Inferiorum processuras et laboraturas, conseruare spoponderunt, atque debent, ad quamquidem conseruacionem Castrorum et gencium predictorum, in ipsis tribus Mensibus placent ipsis et solui debent Sex Milia florenorum auri, ex quibus ÿdem Bani, nunc a nobis duo Milia florenorum, in florenis auri, ac Argento tulerunt et habuerunt, residuos vero Quatour Milia florenorum auri, ipsi Bani de eorum proprÿs ad Id exponere promiserunt Ideo nos de rehibicione huiusmodi Quatuor Milium florenorum auri, eosdem Banos certos efficere volentes et securos Totum districtum nostrum seu prouinciam Ikws vocatum in Comitatu

Themesiensi habitum simulcum Opido Morsina appellato vniuersisque villis qualitercumque nominatis, ad ipsum districtum spectantibus et pertinere debentibus proventibusque et Censibus, ac seruicÿs hactenus consuetis prefatis vtrique Johanni de Hwnyad pro premissis quatuor Milibus florenorum auri pignori duximus obligandum, ymmo obligamus et impignoramus, talimodo, quod quicunque nos seu nostri successores Reges vtputa Hungarie predictum districtum, simulcum Opido et villis, ac ceteris vtilitatibus prenotatis, ab ipsis vtroque Johanne seu eorum heredibus redimere voluerimus seu voluerint, extunc ydem vterque Johannes Bani seu eorum heredes rehabitis et receptis huiusmodi quatuor Milibus florenorum auri, pretactum districtum cum Opido et villis ac vtilitatibus antefatis, nobis aut ipsis nostris successoribus remittere et resignare debeant et teneantur, Assummendo nichilominus nostro et successorum nostrorum predictorum nominibus memoratos vtrumque Johannem de Hwnyad, ac eorum heredes in pacifico et quieto dominio huiusmodi Districtus, Opidique et villarum pretactarum, vsque tempus redempcionis earundem, contra quosuis impetitores, causidicos et actores, conseruare protegere tuerique et defensare ac manutenere, proprÿs nostris et eorundem successorum nostrorum laboribus et expensis, Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum in Fwtak die Dominico proximo ante festum beati Michaelis Archangeli Anno domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

(Eredetije ép hártyán az országos levéltárban NRA 1522. csom., 31. szám. Papirral lezárt vörös pecsét, mely alatt, mint fent, ez áll: de commissione Regine ex deliberacione Baronum.)

283.

1440. április 6-án.

Nos Vniuersi Nobiles in Districtu Sebes commorantes ..... damus Literas nostras patentes mediante consciencia nostra et fidelitate Sancte Corone, Quod istas duas Possessiones videlicet Csuta et Zazest vocatas, inuenimus Nobilibus Viris de Matskas, videlicet: Iwano, Sorbano, et Demetrio, ac ipsorum fratrum de eadem Matskas ab Auo, et Protauo, illae duae possessiones, scilicet Csuta et Zazest, vocate,

ad ipsos essent deuolute. Et quia in his temporibus elapsis, nunc preteritis, Johannes Nobilis de Csuta modo in prelio Domini Regis Wladislai parasset, nos itaque inuenimus mediante consciencia nostra Deo debita, predictorum, quod neminem concernerent ille due possessiones predicte, nisi nobiles viros de Matskas prememoratos. Quia idem Johannes antefatus frater ipsorum in diuisione equale sigillum non haberet perpetuum cum quatuor nobilibus viris sigillis in districtu Sebes commorantibus, videlicet Dionysy de Muthnok, ac Johannis Világfalu et Michaelis Bobul ac f. . . fyat. Scriptum in Sebes feria quinta post festum Sancti Ambrosÿ Doctoris proxime preteritum. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo.

(Huszti András másolata a tinkovai Macskási-család levéltárában, 889. szám.)

284.

1440. április 20-án.

Nos Capitulum ecclesie Chanadiensis Memorie commendamus Quod providus Andreas paruus Juratus Judex dicte Ciuitatis nostre Chanadiensis nostram personaliter veniendo in presenciam nominibus et in personis Bogdan et Michaelis filiorum farkas de Muthnok Item Michaelis filÿ Cosme de Orsagh [1]) Serenissimum quondam Albertum Hungarie etc. regem, Item dominam Elizabet Reginam relictam eiusdem A donacione et collacione possessionum dicte Orsagh et Dragumerfalua in prouincia et pertinencÿs Opidi lugas vocati existencium et habitarum iam dictos Bagdan Michaelem et alterum Michaelem omnis Juris titulo concernencium Philippo filio Andree Zÿn de Zÿnfalua Ipsum vero Philippum et alios quoslibet ab occupacione sibi ipsis statuifaccione perpetuacione seque in dominium intromissione fructuumque et vtilitatum earundem percepcione seu percipifaccione, in preiudicium eorundem factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice coram nobis Datum feria quinta proxima ante festum Beati Adalberti Episcopi et martiris Anno domini Millesimo CCCC^{mo} Quadragesimo.

[1]) Az 1439. évi oklevélben nem Orsagh, hanem Olohság áll.

(Eredetije papiron, hátára nyomott pecséttel, a Tinkovai Macskási-család ltárában Kolozsvárt. Nincs ráírva a fasciculus és numerus.)

285.

1440. május 26-án.

Franko de Thalloucz alias Banus Zevriniensis etc. universis et singulis populis et Jobagionibus nostris in Crasso Szent Miklós, et suis pertinencÿs ubivis constitutis et commorantibus, nobis dilectis, Salutem cum dileccione, Cum his disturbiorum temporibus occurrentibus, factis eciam regalibus, et regni arduis, et signanter in tuitione Castri Nandoralbensis per maxime necessarÿs expediendis imminentibus non parva copia pecuniarum indigeamus, ideo sicuti pro nostri honoris, sic et in vestri status conseruacione pro factis regalibus, et regni predictis expediendis certarum pecuniarum subsidium nobis e vestri medio debere providere, de vobis confidencie spem gerimus specialem, pro quibus dicandis, et exigendis nobilem Michaelem de dolcz nostrum famulum harum latorem vestri in medium duximus deputandum, unde eidem vestre et cuilibet vestrum dileccioni firmiter committimus, quatenus statim receptis presentibus predicto Michaeli de Dolcz vestri in medio, et ad vos ad singulum unum fundum integrum seu Curiam singulum unum florenum auri et non plus dare permittatis, dicatosque huiusmodi florenorum auri eidem de vestri medio quantocius extradare, et persoluere debeatis, mora dissimulacioneque, ac occasione quibusvis in hac parte relegatis, et aliud in premissis nullatenus facere presummatis, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in Zalathnok feria sexta proxima post festum Penthecostes Anno domini 1440.

(Másolat a Kállay-család levéltárában. Múzeumi folyószám 406. Saec. XV. R. III.)

286.

1440. augusztus 6-án.

Nos Wladislaus Dei gracia Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, C(roacie) etc. Rex Litvaniaeque princeps supremus, et haeres Russiae. Memorie Commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit Vniversis, quod Nicolaus

filius Dionisÿ ..... ut dicitur Nobilis de Macskas Districtus Karansebes nuncupati, Praelatorumque et Baronum nostrorum in praesentiam veniens nobis ac eisdem Praelatis et Baronibus nostris sua, ac Joannis Lucae ac Ladislai Carnalium, Item Michaelis et Nicolai filiorum Michaelis, Nicolai, Romani, Petri, Demetrÿ et Ladislai filiorum Kosztae, Nicolai filÿ Farkas, Sarbani Demetrÿ et Ladislai, filiorum Andreae de eadem Macskás, ipsorum carnalium et condivisionalium fratrum suorum in personis significari curavit. Quomodo a nonnullis Annis et temporibus jam retrolapsis nefandissimis Turcis orthodoxae fidei aemulis, et nominis Christiani persecutoribus inferiores Partes seu Confinia hujus Regni nostri Hungariae, valida eorum cum potentia cellerime praesertim vero tempore condam Domini Alberti Serenissimi Regni Hungariae Regis Praedecessoris nostri noviter defuncti hostiliter subintrantibus hominesque utriusque sexus interficientibus, capientibus ..... ipso tempore dicti condam Domini Alberti Regis combustis, et concrematis domibus, et possessionibus suis et ipsorum et aliorum fratrum suorum, rebusque et cunctis Bonis ablatis et asportatis, uxores ac Proles et Liberos eorum Captivos in servitutem perpetuam miserabiliter abducentibus, inter alia sua, et dictorum fratrum suorum hujusmodi Bona ablata, etiam vniversa eorum Literalia Instrumenta factum possessionum ipsorum, videlicet Macskas praedictae ac Tyvisk, inferioris Tinko, Perlo, Dobrogoszt, Ruginocz, Toplicza, Leordis, Csuta, also-Szekas, felso Szekas, et Zazesth vocatas in praedicto Dristrictu Karansebes existentium, in quarum videlicet pacifico dominio, ipse Nicolaus filius Dionisÿ, suos et praedictorum fratrum suorum Progenitores a dudum perstitisse, seque et eosdem fratres suos nunc persistere asserit, tangentia in praedam distinctam deportata et perdita, et ab eis alienata, vel forsitan in praescriptis eorum domibus combusta extitissent. Timens ergo ipse Nicolaus filius Dionisÿ propter huiusmodi dictorum Literalium Instrumentorum eorum deperditorum jam dictarum possessionum a se et dictis suis fratribus successu temporis alienationem posse contingere, propositis suis, et eorundem fratrum suorum fidelitatibus et fidelibus servitÿs, per ipsos

Sacrae Coronae ipsius Regni Hungariae consequenterque Quondam Inclytis principibus Dominis Sigismundo Romanorum Imperatori, et praefato Alberto Regibus jam fati Regni Hungariae in plerisque eorum et ipsius Regni validis [1]) agendi et expedi(endi) signanter conflictibus Bellicis cum praefatis Turcis saepissimae Commissis cum non modica eorum, Familiarumque et proximorum ipsorum sangvinis effusione. Demum vero nostro culmini a Principio electionis et Coronationis nostrae Majestatis in Regem ipsius Regni Hungariae Divina operante Clementia factarum Secundum eorum Possibilitatis Exigentiam, Locis debitis et temporibus opportunis cum summa fidelitatis constantia laudabiliter exhibitis et impensis, jam dictas suas et ipsorum fratrum suorum Possessiones Regiae benignitatis amore, premissa advertentes et servitia eorum ..... per ipsos ut praemittitur exhibita perpendentes, supplicationibus ipsius Nicolai filÿ Dionisy, ut ipsum et eosdem fratres suos eorumque haeredes eventu temporis, propter hujusmodi Literalium Instrumentorum, ut dicitur amissionem in supra notatis eorum Possessionibus detrimentum pati contingat, Regali pietate exauditis, et Clementer admissis, ipsas eorum Possessiones in quarum ut praefertur pacifico Dominio ipsius Nicolai filÿ Dionisÿ, dictorumque fratrum suorum Progenitores ab olim, Idemque Nicolaus et fratres sui antedicti, modo praemisso persistere de praesenti simul cum omnibus eorum utilitatibus et pertinentÿs, puta terris arabilibus, cultis et incultis, pratis, foenetis, pascuis, syluis, nemoribus virgultis rubetis, Montibus, vallibus, vineis, et vinearum promontorÿs, Aquis, Piscinis, Piscaturis, et Aquarum decursibus, necnon Molendinis, et eorum Locis. Et generaliter cunctarum vtilitatum eorumque integritatibus, quovis nomine vocitatis, ad easdem rite spectantium et pertinere debentium Sub earum certis metis, et antiquis Limitibus, quibus eaedem Possessiones per praedictos ipsius Nicolai filÿ Dionisÿ et praenominatorum fratrum suorum Progenitores ab Olim, et sequenter per ipsum Nicolaum, et eosdem fratres suos, hucusque tentae fuerint et possessae, eidem Nicolao filio Dionisÿ, et praeattactis ejus

[1]) Husztinál: valide.

fratribus, ipsorumque haeredibus et Posteritatibus vniversis, praemissis, prout superius nostrae exposita et narrata sunt Majestati stantibus et se habentibus Animo deliberato, et ex certa scientia nostrae Majestatis, Praelatorumque et Baronum nostrorum Consilio ad id accedente novae Donationis titulo, sub modis formis, censibus, pactis et conditionibus, nec non servitÿs praematuro et ex novo novaeque, seu servitiorum officÿs, quibus eas praescripti Progenitores eorundem Nicolai filÿ Dionisÿ et fratrum suorum ab olim et ipsi hucusque tenuisse et possedisse dignoscuntur, dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus jure perpetuo, et irrevocabiliter possidendas tenendas pariter et habendas salvis Juribus alienis harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas nos tandem in specie nobis allatas in formam nostri Privilegÿ redigi faciemus. Datum Budae die Dominico proximo ante festum Beati Laurẽntÿ Martiris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo quadragesimo.

(P. H.) C^{o} propria D^{ni} Regis.

(A gyulafehérvári káptalan 1689. évi átiratából; egyszerű másolatban a tinkovai Macskási-család levéltárában, XXII. csomag, 748. sz.'a. Vörös pecsét nyoma. Valamint ugyanott Huszti András egyszerű másolata 889. szám alatt.)

287.

1440. augusztus 9-én.

I. Ulászló király a két Hunyadi Jánosnak, szörényi bánoknak, a hunyadmegyei Solymos, Berekszó, Nyavalyás és Burján falvakat, és a Temesmegyében fekvő Bosárt tartozandóságaival együtt adományozza, kiemelvén különösen Orsova, Szörény, Miháld és Görény védelmében szerzett érdemeit.

(Teleki: Hunyadiak kora, X. 89. l.)

288.

1440. október 8-án.

Capitulum ecclesie Chanadiensis Omnibus christifidelibus presentibus pariter et futuris Harum noticiam habituris, Salutem in salutis largitore, Ad vniuersorum noticiam Harum serie volumus peruenire, Quod nos literas Excellentissimi et

Inuictissimi principis et domini domini Wladislai dei gracia Hungarie, polonie, dalmacie, Croacie etc. Regis, lithwanieque principis suppremi et Heredis Ruscie etc. summa cum reuerencia recepimus in hec verba, Wladislaus dei gracia Hungarie, polonie, dalmacie, Croacie etc. Rex lithwanieque princeps supremus, et heres Ruscie, fidelibus nostris Capitulo ecclesie Chanadiensis, Salutem et graciam, Cum nos pro fidelitatibus et fidelium seruiciorum gratuitis meritis, fidelium nostrorum dilectorum Magnificorum vtriusque Johannis de Hwnyad Banorum nostrorum Zewriniensium, per ipsos nobis laudabiliter exhibitis et impensis, Quandam possessionem nostram B o s a r vocatam in Comitatu Themesiensi habitam, cum cunctis eiusdem villis tenutis Keneziatibus, ceterisque suis vtilitatibus ad eandem ab antiquo quoquomodo spectantibus et pertinere debentibus, memoratis vtrique Johanni, ipsorumque vniuersis heredibus, noue nostre donacionis titulo, mediantibus alys nostris literis exinde confectis, in perpetuum duxerimus conferendam velimusque eosdem, per nostrum et vestrum homines in dominium earundem (igy) legittime facere introduci, fidelitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Erne de I k e s, vel Stephanus forro, aut Osualdus dictus Zilagi de Horogzeg, sin paulus de Nagwth, alÿs absentibus homo noster ad faciem predicte possessionis B o s a r, tenutarumque eiusdem vicinis et commetaneis suis in ibi legittime conuocatis et presentibus accedendo introducat prefatos vtrumque Johannem in dominium earundem, Statuatque easdem eisdem premisse nostre noue donacionis titulo perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, Euocet ipsos contra annotatos vtrumque Johannem nostram personalem in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros efficacem, Et posthec huiusmodi possessionarie Introduccionis et statucionis seriem, cum contradictorum et euocatorum, si qui fuerint, necnon vicinorum et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato eidem personali nostre presencie fideliter rescribatis, Datum Bude in vigilia festi Beati laurencÿ martiris, Anno domini Millesimo quadringentesimo

XL^mo^. Nos igitur mandatis regalis maiestatis humiliter obedire cupientes vt tenemur vnacum paulo de Nagwth homine regio predicto, vnum ex nobis videlicet magistrum Elyam de Nana, socium scilicet et conCanonicum nostrum, ad premissa mandata regia peragenda, nostro pro testimonio misimus fidedignum, Qui demum exinde ad nos reuersi, nobis concorditer retulerunt, Quod Idem homo regius, predicto testimonio nostro presente, In dominica proxima ante festum Beati Michaelis Archangeli proxime preteritum, ad faciem dicte possessionis Bosar, tenutarumque et pertinenciarum eiusdem, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis, et signanter ladislao Benedicto et Georgio filÿs Stephani dicti Bekes de Endred, ac Irino de also Ikes, in ibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, introduxisset prefatos vtrumque Johannem de Hunyad, in dominium earundem, Statuissetque easdem, eisdem premisse noue regie donacionis titulo perpetuo possidendas, prefatis regio et nostro hominibus in faciebus predictarum possessionis Bosar et suarum pertinenciarum, legittimis diebus et horis permanentibus, Nullo penitus contradictore in ibi et nec expost coram nobis apparente, In cuius rei testimonium presentes litteras nostras patentes et priuilegiales fecimus emanari, datum permanus Magistri vrbani lectoris socÿ et conCanonici nostri quintodecimo die introduccionis et statucionis predictarum, anno domini Millesimo quadringentesimo XL^mo^ presentibus ibidem honorabilibus dominis philippo preposito, Stephano Cantore, Jacobo Custode, alberto Themesiensi, Benedicto Orodiensi, Stephano vltramarusiensi, ladislao Thorontaliensi, Baltasar Sebesiensi, ac Andrea Crassouiensi archidiaconis, Ceterisque Canonicis fratribus nostris in dei ecclesia regi iugiter famulantibus sempiterno.

(Eredetije hártyán a bajor kir. álladalmi levéltárban. Fekete-vörös czérnán függő pecséttel.)

289.

1440. október 19-én.

Capitulum Ecclesiae Orodiensis Omnibus Christi fidelibus presencium notitiam habituris Salutem in Salutis largitore. Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus pervenire

Quod nos Literas Serenissimi Principis Domini Wladislai Dei Gratia Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae etc. Regis, Litvaniaeque Principis supremi, et heredis Russiae Introductorias, pariter et Statutorias, omni cum Reverentia recepimus in haec verba Wladislaus Dei Gratia Hungariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex Litvaniaeque Princeps supremus et haeres Russiae. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesiae Orodiensis, Salutem et Gratiam, Cum nos pro fidelibus servitÿs, Nicolai, Lucae, Joannis et Ladislai filiorum Dionisÿ, ac Michaelis et Nicolai filiorum Michaelis, Nicolai, Romani, Petri, Demetrÿ et Ladislai filiorum Kosztae; alterius Nicolai filÿ Farkas, Sarbani Demetrÿ et Ladislai filiorum Andreae ..... nostrorum Nobilium ut dicitur de Macskás per ipsos nobis Constanter exhibitis, Possessiones Macskás praedictam ac Tÿvisk,[1]) Inferiorem Tÿnko, Perlo,[2]) Dobrogoszt, Ruginocz,[3]) Toplicza, Leurdis, Csuta, also Szekas, felsö Szekas, et Zazesth vocatas in Districtu de Karansebes existentes, in quarum Pacifico Dominio ipsorum Nobilium ..... suorum Progenitores ab olim ÿdemque (Nicolaus sui) persistere asseruntur de praesenti eisdem ..... vigore aliarum Literarum nostrarum Donationalium exinde confectarum modo in eisdem expresso, in perpetuum contulerimus. Velimusque ipsos in earundem Dominium per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Igitur fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus mittatis vestrum hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Michael Bakos de Vlogecsh[4]), sive Valentinus de Rakovicza, ceu Dionisius de Muthnak, aut Fiad de Eormenyes, Luhus de felsö Macskas,[5]) alÿs absentibus homo noster ad facies praedictarum Possessionum, vicinis et commetaneis ipsarum vniuersis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos ..... in Dominium earundem, statuatque easdem eisdem praemissae nostrae Donationis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos

[1]) Husztinál: Tövisk. — [2]) Husztinál: Perlew. — [3]) Husztinál: Rugsinolcz. — [4]) Husztinál: Vlogecz. — [5]) Huszti másolatában az utolsó két férfi neve elmaradt.

Contra annotatos nostros ..... nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem, rationem Contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi possessionariae Introductionis seriem, cum Contradictorum et Euocatorum, si qui fuerint, Vicinorumque et Commetaneorum, qui praemissae statutioni interunt nominibus ac Termino assignato, nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae in vigilia Festi Beati Laurentÿ Martyris Anno Domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo. Nos igitur Mandatis dicti Domini Regis semper obedientes ut tenemur, unacum Valentino de Rakovicza, homine Regio unum ex nobis videlicet Magistrum Martinum socium et concanonicum nostrum ad praemissas Introductionem et Statutionem faciendam nostro pro Testimonio misimus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt. Quod idem homo Regius dicto nostro Testimonio praesente feria quinta proxima post Festum Beati Francisci Confessoris proxime praeteriti et alÿs diebus sufficientibus ad facies predictarum Possessionum in dicto Districtu Karansebes existentium vicinis et commetaneis ipsarum Vniversis inibi legitime convocatis et praesentibus accedentes introduxisset praefatum ..... in Dominium earundem, statuissetque easdem eisdem cum omnibus earum utilitatibus ad ipsas pertinentibus praemissae Regiae Donationis Titulo perpetuo possidendas, nullo poenitus Contradictore apparente, tam infacie praedictarum possessionum, quam etiam nostri in praesentia, Legitimis Diebus et horis in eisdem Commorantes et moram legitime expectando. In cujus rei memoriam perpetuamque firmitatem praesentes Literas nostras Privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas, Datum per manus Magistri Michaelis Lectoris Socÿ et Concanonici nostri quinto decimo die diei Introductionis praenotatarum, Anno Domini supradicto, praesentibus ibidem honorandis Dominis Mathia Cantore, Stephano Custode, Magistris Joanne de Szecsen, Jacobo, Demetrio, Thoma, caeterisque canonicis et fratribus nostris in Dei Ecclesia Regi sempiterno jugiter famulantibus.

(A gyulafehérvári káptalan 1689. évi átiratából, mely még hozzá teszi: Fuerant hae quoque Sigillo eiusdem Capituli in Zona serica viri-

dis coloris pendente cerae flavae impresso roboratae. Egyszerü másolat a tinkovai Macskási-család levéltárában, XXII. csomag, 748. sz. a. Ugyanott Huszti András másolata 889. sz. a.)

290.

C° propria d^ni Regis.

1440. november végén.

Wladislaus dei gracia Hungarie polonie Dalmacie Croacie etc. Rex lythvanie ..... et heres Ruscie fidelibus nostris Egregÿs viris francisco paruo, ac Johanni literato Castellanis Castri S y d o w a r vocati, Salutem et graciam, pridem nos vigore aliarum literarum nostrarum vobis mandaueramus, vt ipsum Castrum S ÿ d o w a r, fidelibus nostris Egregÿs Gaborkoni et Stephano filÿs posa, remittere et resignare deberetis, vosque huiusmodi mandatis nostris leuipensis dictum Castrum hactenus remittere et resignare recusassetis, in displicenciam nostre maiestatis manifestam, Ideo fidelitati vestre iteratis vicibus ex firmata nostra intencione firmiter precipiendo mandamus, quatenus, receptis presentibus, omnibus cessantibus occasionibus dictum Castrum, Gaborkoni et Stephano, simulcum suis pertinencÿs, remittere et resignare, manusque vestras ..... excipere debeatis omnibus modis, Et secus pro nostra gracia facere non ausuri, Datum Bude ..... Catherine virginis et martiris Anno domini M° CCCC° XL^mo.

(Eredetije elmállott, vízfoltos papiron a gr. Sztáray-család levéltárában. Materna 120. szám. Szöveg alatt pecsét.)

291.

Commissio propr. d^ni Regis.

1440. deczember 9-én.

Nos Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. Rex, Lithuanieque princeps supremus et heres Ruscie, Memorie commendamus Tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis Quod quia fideles nostri sincere dilecti Magnificus Michael Orzaag Tesaurarius noster et Egregius Johannes similiter Orzaag de Gwth ad singularem nostri requisicionem Castrum E r s o m l y a vocatum pridem per nos eis imperpetuum collatum, quo ad presens ad alia nostra facta

summe indigemus, rursum nobis et disposicioni nostre de eadem, sicut voluerimus fiende reddiderunt Ideo nos tum propterea et in commutacionem eiusdem Castri E r s o m l y a, tumque menticollatis illis multimode laudandis memorialique preconio euotenus recolendis, fidelitatibus et obsequÿs virtuosisque opibus eorundem Michaelis et Johannis Orzaag, que ÿdem a principio nostre eleccionis hucusque in nostri honore et notabilem profectum pluribus vicibus, signanter in certis conflictibus cum nostris Rebellibus vbi semper gloriose triumpharunt, habitis, personis et rebus eorum imminentibus periculis submissis, inter que et bina vite ipse Johannes Orzaag pro nobis captus et omnibus bonis spoliatus extitit, vt cunctis notorium et in pluribus nostris litteris calamo fideli conscriptum est inter ceteros singulariter nobis impenderunt, Castrum nostrum S o l m o s vocatum in Comitatu Orodiensi habitum, quod apud manus ladislai Haghmas de B e r e k z o w alias Comitis Themesiensis pro aliqua pecuniarum summa, titulo pignoris extitisse, sed ipse ladislaus ex eo, quod filius eiusdem de ipso Castro S o l m o s conbustiones et alias predas possessionum nostrorum Regnicolarum fecisse, solusque ipse ladislaus Illis peruersis Theutunicis et Bohemis, qui plures partes Regni nostri igne preda et gladio vastarunt, adhesisse et adherere et cum eis procedere, et mala agere, per hocque notam infidelitatis ipse et dictus filius suus pariter incurrisse conperti sunt, ab huiusmodi dicti Castri sibi facte impignoracionis Jure, cecidisse, et Idem Castrum, iuxta consuetudinem huius Regni propterea ad nos simpliciter deuolutum fore dinoscuntur. Simulcum Ciuitatibus Opidis villis possessionibus et predÿs qualitercunque vocitatis que ad idem temporibus predecessorum nostrorum Regum Hungarie de Jure pertinuerunt et tente sunt Alysque cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis Siluis memoribus vineis et vinearum promontorÿs, aquis fluvÿs aquarumque decursibus, Molendinis et locis molendinorum, Item Tributis Juribus Jurisdicionibus, ecclesiarum patronatibus, generaliterque quarumlibet vtilitatum, et pertinenciarum eiusdem et ipsarum integritatibus quouis nomine vocitatis prefatis Michaeli et Johanni Orzaagh ipsorumque heredibus vniuersis

dedimus donauimus et contulimus, ymmo damus donamus et conferimus, Jure perpetuo et irreuocabiliter possidendum tenendum pariter et habendum, Saluo Jure alieno, Sub hoc obligamine, Quod si temporum in processu, eosdem Michaelem et Johannem, aut eorum successores nos, aut successores nostri Reges Hungarie in dominio dicti Castri S o l m o s pacifice conseruare non curauerimus, aut non poterimus vel non poterint, extunc predictum Castrum E r s o m l y a ipsis restituere vel in commutacionem eiusdem, aliud Castrum eidem in fructuositate et qualitate consimile eisdem Michaeli ac Johanni Orzaagh, aut ipsorum heredibus dare tenebimur, et ÿdem successores nostri tenebuntur, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Quas in formam nostri priuilegÿ redigi faciemus, Dum nobis in specie fuerint reportate, Datum Bude secundo die festi Concepcionis virginis gloriose, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo.

(Eredeti hártyán az orsz. levéltárban NRA 332. csom., 4. szám.)

292.

1442. július 6-án.

Wladislaus dei gracia Hungarie polonie dalmacie Croacie etc. Rex, lythwanieque princeps supremus et heres Ruscie, fidelibus nostris Capitulo ecclesie Orodiensis Salutem et graciam, Cum nos pro fidelibus [1]) et fidelium seruiciorum meritis, fidelium nostrorum Nicolai Twrchÿn de Gamza, et Michaelis de Korneth, walachorum kenesiorum scilicet districtus Lugas, per eosdem nobis locis debitis et temporibus opportunis fideliter exhibitis et impensis, directas tres partes, seu porciones integrarum Quinque parcium, quarumdam, totalium possessionum Berzews Chewhaba et Ohabÿcha vocatarum, in predicto districtu lugas appellato existencium, Quarum scilicet trium parcium recta medietas, nunc apud manus Michaelis Georgy Johannis Nicolai et alterius Michaelis de dicta Berzews similiter wolachorum kenesiorum, altera vero et equalis medietas earundem trium parcium possessionariarum predictarum, apud

[1]) Igy, *fidelitatibus* helyett.

manus antelatorum Nicolai Twrchÿn et Michaelis de korneth, tum ex collacione Johannis wayuode et Bani, tum vero ex annuencia dictorum Michaelis Georgy Johannis Nicolai et alterius Michaelis existere perhibentur, Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, premissis sic vtì nostre exponitur maiestati, stantibus et se habentibus, memoratis Nicolao Twrchyn et Michaeli, quoad directam vnam medietatem prefatarum trium parcium, Item vtrique Michaeli Georgio Johanni et Nicolao prenominatorum, similiter quo ad equalem alteram medietatem earundem trium parcium antefatarum possessionum, Ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium exinde confectarum, duximus conferendam, velimusque eosdem in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legittime facere introduci, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente korthffol et Raboÿka, vel lucas de Machkas, aut Sandor de kÿrthwa, alÿs absentibus homo noster, ad facies prescriptarum trium parcium seu porcionum integrarum quinque parcium, vicinis et commetaneis suis vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, Introducat prefatos Nicolaum Twrchÿn, et Michaelem, quo ad vnam directam medietatem prefatarum trium porcionum, Item vtrosque Michaelem Georgium et Johannem et Nicolaum prenominatos, similiter coequalem alteram medietatem earundem trium parcium antefatarum possessionum, in dominium earundem, Statuatque easdem eisdem premisso nostre donacionis titulo perpetuo possidendam, Si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint Euocet ipsos contra prefatos Nicolaum necnon vtrosque Michaelem Georgium Johannem et Nicolaum nostram in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem, cum contradictorum et Euocatorum si qui fuerint vicinorumque et conmetaneorum qui premisse Statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis, Datum Bude feria sexta proxima post festum visitacionis beate Marie virginis, Anno domini Millesimo CCCC^{mo} Quadragesimo secundo.

(Az aradi káptalan 1442. évi aug. 9-én kelt beigtatási jelentéséből. (Lásd alább.) Kiadta K. Papp Miklós a Történeti Lapokban. 1874.; a keltezés napját hibásan megfejté.)

293.

1442. augusztus 9-én.

Capitulum ecclesie Orodiensis, Omnibus christifidelibus presentibus et futuris, presencium Noticiam habituris, Salutem in salutis largitore, Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod nos litteras Serenissimi principis domini nostri Wladislai dei gracia Hungarie Polonie dalmacie Croacie etc. Regis, lithwanieque principis supremi et heredis Ruscie, Introductorias pariter et Statutorias, sumpmo cum honore recepimus in hec verba, Wladislaus dei gracia Hungarie polonie dalmacie Croacie etc. Rex stb. (Lásd föntebb 1442. július 6-án.) Nos igitur mandatis dicti domini nostri Regis obedientes vt tenemur, vnacum Sandrino de kÿrthwa homine suo Regio predicto vnum ex nobis videlicet Magistrum Adrianum socium et concanonicum nostrum, ad premissas Introduccionem et Statucionem faciendas, nostro pro testimonio misimus fidedignum, Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, Quod ipsi in festo beate Anne Marie matris proxime preterito, ad facies prescriptarum trium parcium seu porcionum integrarum Quinque parcium prefatarum, totalium possessionum Berzews Chewhaba et Ohabÿcha, vicinis et conmetaneis earundem vniuersis in Ibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introduxissent prefatos Nicolaum Twrchyn et Michaelem quo ad vnam directam medietatem prefatarum trium porcionum, Item vtrosque Michaelem Georgium Johannem et Nicolaum prenotatos similiter coequalem alteram medietatem, earundem trium parcium antefatarum possessionum, in dominium earundem, Statuissentque easdem eisdem cum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencÿs, in filios filiorum, Jure perpetuo et irreuocabiliter, premisso Regie donacionis titulo possidendas, Nemine contradictore apparente, tam in facie earundem possessionum quam nostri in presencia, legittimis diebus et horis in eisdem perseuerando In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes

litteras nostras priuilegiales pendeti Sigillo nostro munimine roboratas duximus concedendas, Datum per manus Magistri Michaelis lectoris socy et concanonici nostri quintodecimo die diei Introduccionis et Statucionis prenotatarum Anno domini supradicto, Absentibus Cantore Custode, presentibus Magistris Johanne de Zechen demetrio Gallo et Martino, ceterisque Canonicis et fratribus nostris in dei ecclesia regi sempiterno iugiter famulantibus.

(Eredetije pergamenen, kék selyemzsinórról függő monyorú alakú pecséttel, K. Papp Miklós gyüjteményében, ki azt a Történeti Lapok 1874. évi folyamában közölte.)

294.

1443. július 16-án.

Nos Capitulum ecclesie Orodiensis Memorie commendamus Quod Religiosus vir dominus frater Ladislaus Abbas Monasterÿ de B w l c h omne onus et grauamen Conuentus sui, sine literis procuratorÿs in se suscipiendo Si temporis in processu in infrascriptis nollet persistere, Coram nobis personaliter constitutus, Confessus est oraculo viuenocis sponte, eomodo, Quod ipse pro quibusdam arduis necessitatibus predicti sui Monasterÿ, videlicet pro eliberandis restaurandis, quibusdam possessionibus ipsius sui Monasterÿ, Nunc per vicecomites Comitatos Orodiensis pro presenti Taxa huius Regni ac eius occasione et non solucione occupatis et ab eisdem reinveniendis, Ipsum ad presens sumpme vrgentibus euitandis, quandam possessionem dicti sui Monasterÿ W ÿ l a k vocatam in dicto Comitatu Orodiensi existentem, cum omnibus vtilitatibus Terris scilicet arabilibus cultis et incultis Siluis pratis fenetis piscinis pascuis Nemoribus aquis aquarumque decursibus et generaliter cunctis vtilitatum integritatibus ad eandem rite et legittime spectantibus spectareque debentibus, Egregio Johanni literato filio dominici de K a r a, ac Johanni filio, necnon Benedicto Valentino Demetrio et Siluestro fratribus carnalibus eiusdem Johannis literati pro Quinquaginta florenis puri auri veri et iusti ponderis ab eisdem vt dixit plene habitis et solutis, A data presencium, vsque complecionem decem et octo Annorum integrorum post se se sequencium redimere non

posse pignori obligasset, ymmo obligauit nostri inpresencia talimodo, quod quandocunque processu temporis Ipse dominus Ladislaus Abbas, aut sui successores Abbates elapsis et completis predictis decem et octo Annis prefatam possessionem W y l a k ab eisdem vtrisque Johanne Benedicto valentino demetrio et Siluestro pro dictis Quinquaginta florenis auri Estimacione quarumlibet rerum proculmota, eandem possessionem W ÿ l a k cum Jamdictis suis vtilitatibus remittere deberent et resignare, occasione sine omni Nichilominus assumpsit prefatus dominus Ladislaus Abbas, Annotatum Johannem literatum et predictos alios in pacifico domynio dicte possessionis, infra predictum tempus redempcionis eiusdem Ab omnibus Juridice infestare volentes proprÿs suis laboribus et expensis conseruare atque tueri Harum literarum nostrarum testimonio mediante. Datum feria tercia proxima post festum beate Margarete virginis Anno domini M° CCCC^mo XL tercio.

(Eredetije papiron a gr. Sztáray-cs. levéltárában. Materna 123. sz. Hátán pecsét nyomával.)

295.

1443. augusztus 24-én.

Capitulum ecclesie Orodiensis, Omnibus christifidelibus presentibus et futuris presencium Noticiam habituris, Salutem in salutis largitore, ad vniuersorum Noticiam harum serie volumus peruenire Quod Petrus filius Sthaan, de Gepew Wolahus, districtus de Sebes, pro se personaliter, ac pro Sandor, et Jankus Carnalibus, Necnon Johanne filio Philipi et ceteris fratribus suis patruelibus de eadem Gepew, Oneribus eorum super se assumptis, Si temporis in processu, In Infrascriptis nollent persistere, ab vna, parte vero ex altera Bagdan filius farkas de Mothnok prose similiter personaliter, Ac pro Michaele Carnale Necnon Lachko et Emerico filÿs Nicolai patruelibus fratribus suis, Oneribus eorum modosimili in se susceptis, Coram nobis constituti confessi sunt Oraculo viueuocis, sponte eomodo, Quod prefatus Petrus filius Staan ob amorem fraternalem et consanguineitatis proximitatem quam cum prefato Bagdan, et ceteris predictis vsque huc gessisset gereret eciam depresenti, Recompensamque quamplurimorum beneficiorum

per ipsum Bogdan sibi scilicet Petro, et alÿs predictis impensorum, directam et equalem terciam partem totalis possessionis sue Gepew, predicte, In dicto Districtu Sebes existentis, Cum omnibus vtilitatibus terris scilicet Arabilibus cultis et incultis, Siluis, pratis Nemoribus, fenetis, Piscinis, Pascuis, Montibus Vallibus, Alpibus, Aquis, Aquarumque decursibus locis Molendinorum, et generaliter cunctis vtilitatum integritatibus, ad eandem terciam partem dicte possessionis legittime spectantibus, spectareque debentibus, Annotato Bagdan, et ceteris predictis dedisset, donasset et contulisset ymmo dedit donauit et contulit nostri in presencia in filios filiorum, heredum per heredes Jure perpetuo et Irreuocabiliter possidendam tenendam pariter et habendam, omne Jus et totale dominium dicte tercie partis, et vtilitatum eius transferendo in eisdem, Manusque eorum deinceps penitus eximendo Saluis tamen duabus partibus dicte possessionis Gepew ipsi Petro et Alÿs predictis semper remanentibus Annotatus vero Bagdan suo et nominibus supra ab eisdem Petro filio Staan, et ceteris predictis prefatam terciam partem pro omni satisfaccione Jurium ipsorum acceptauit et accepit, Nichilominus sepefatus Petrus assumpsit prefatum Bagdan et predictos alios temporum in processu in pacifico dominio dicte tercie partis et vtilitatum eius ab omnibus impetitoribus, proprÿs suis laboribus et expensis conseruare, Quod si in eadem conseruare nollet, Aut Negligeret, aut prefatus Bagdan vel ceteri supradictj super premissa tercia parte contentari nollent, Extunc talis pars, contra aliam partem premissa inviolabiliter obseruantem, In centum florenis puri auri Salua Judicis porcione, et ante litis ingressum deponendis convinceretur eofactó, Quasdam eciam litteras Honorabilis Capituli ecclesie Chanadiensis fassionales pariter et obligatorias, alias inter predecessores parcium in facto dicte Gepew emanatas viribus carituras atque mortuas rel*in*quissent, Reliqueruntque et commiserunt nostri in presencia [1]). In cuius Rei Memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendenti Sigillo nostro roboratas duximus concedendas. Datum Absente lectore in

[1]) Ez a csanádi káptalan föntebb 190. sz. a. közlött 1412. évi levele

festo sancti Bartholomei Apostoli, Anno domini Millesimo CCCC° XL° tercio, presentibus domino Stephano Custode, Magistris Johanne de Zechen, Martino Gallo et Ladislao ceterisque Canoni(cis) fratribus nostris in dei ecclesia Regi sempiterno iugiter famulantibus.

(II. Uászló király 1496. évi átiratából, a Macskási-család levéltárában.)

296.

1445. július 17-én.

Nos Johannes de Hwnÿad Wayuoda Transsiluanus Siculorumque et (Theme)siensis Comes etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes Vniuersis quibus expedit Quod cum Nos Sabbato proximo post festum Diuisionis Apostolorum in Ciuitate nostra Hwnÿad vocata vnacum nonnullis Nobilibus, et circumspectis viris Jurisperitis in sede nostra Judiciaria iudicantes consedissimus, Tunc e medio aliorum causancium exurgendo Nobilis vir Iwan filius dionisi de Machkas in sua Necnon filiorum ac fratrum suorum personis coram nobis exhibuit quasdam litteras donacionales Serenissimi principis domini Wladislaj Regis Hungarie, In quarum tenore manifeste vidimus contineri, Quod idem dominus noster Rex Wladislaus possessionem Gÿepew vocatam, In districtu et pertinencÿs karanSebes existentem, et habitam pro suis fidelibus seruicÿs noue sue Serenitatis perpetue donacionis titulo, quam eciam hactenus perpetualiter possedissent, contulisset et donasset irreuocabiliter tenendam possidendam pariter et habendam. Quo audito Nobilis Bogdan de Mothnok in sua, ac Michaelis Ladislai et Emerici filiorum farkas de eadem Mothnok similiter coram nobis exaduerso consurgendo exhibuit nobis quasdam litteras donacionales, condam Serenissimi principis, domini Alberti Regis Hungarie felicis recordacionis, In quarum quidem litterarum tenore . . . . . vidimus contineri Quod medietatem prefate possessionis Gÿepew vocate, Quam eciam hactenus titulo perpetue kenesiatus donacionis Regalis possedissent, tandem modosimili noue sue donacionis Titulo perpetue donacionis Regalis contulisset, Aliam vero directam et coequalem medietatem Petro, Sandrino et Johanni filÿs Staan,

Necnon Johanni ac Stephano filÿs Philipi, Ac altero Stephano filio Dionisÿ de eadem Gÿepew similiter graciose contulisset. Quarumquidem litterarum tenoribus perceptis, vnacum prefatis Nobilibus et Jurisperitis matura superinde deliberacione prehabita, in ipsa Sede nostra Judiciaria consedentes, Judicando decreuimus, Quod vigoribus et virtutibus preassertarum litterarum domini nostri Wladislai Regis Hungarie multomagis prescripte littere condonacionales condam domini Alberti Regis Hungarie vigorose et seruande existant, proeo eciam, Quod dicta possessionaria peticio prescripti Iwan, incondigna et iniusta videbatur, Ideo nullum Jus et proprietatem sew dominium ipsius possessionis Gÿepew ipsi Iwan adiudicauimus possidere, Et tandem possessionem Gÿepew, in tres partes equales diuidendo, vnam partem prefato Bogdan de Mothnok Necnon Michaeli Ladislao, et Emerico filÿs Farkas de eadem Mothnok, alias vero duas partes Petro Sandrino, et Johanni filÿs Staan, Ac Johanni et Ladislao[1]) filÿs Philipi, et altero Stephano filio Dionisÿ de eadem Gÿepew, perpetue donacionis titulo dedimus donauimus, et contulimus ymmo damus donamus et conferimus irreuocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, testimonio presencium litterarum nostrarum Sigillo nostro quo fungimur impressarum mediante. Datum in prefata Ciuitate nostra Hwnÿad vocata in die prenotato, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Quinto.

(II. Ulászló király 1496. évi átiratából. Macskási levéltár.)

297.

1447. márczius 30-án.

Nos Vniuersi Nobiles de districtu Karansebes. Memorie commendamus significantes tenore presencium, quibus expedit vniuersis. Quod licet Nobiles de Matskas, per depopulaciones et predaciones seuissimorum Turcarum, truculentorum Christi persequutorum, presertim in subintracione Amurathi Imperatoris Turcarum, Literas ipsorum instrumentales, de Ipsorum

[1]) Fent János és István neveztetnek Fülöp fiainak, a mi helyesebbnek látszik, mert utána következik: et altero Stephano — stb., a minek értelme nem volna, ha az István név csak egyszer fordult elő.

Possessionibus loquentes, videlicet Matskás, Tyws[1]), Tinkowa, Dobragozta, Perlő, Csuta, Zazszestes, Roginosz, Toplicza, Leudres, Zekas, vocatas in districtu Karansebes habitas, penitus et omnes amisissent et deperdidissent. Et quum Nobiles viri, Nicolaus, Koszta, et alter Nicolaus de Matskas, fratres Condiuisionales prefatorum Nobilium de eadem Matskas de voluntate ipsorum, a quondam Serenissimo Principe Domino Wladislao Rege Hungarie felicium recordacionum sibi ipsis, ac aliorum fratrum et Condiuisionalium, Titulo Novae Donationis, communiter in perpetuum impetrauerint, Tamen quia aut ex vicio Scriptorum, aut aliqua alia legitima assensione mediante, ex Literis Regalibus Donacionalibus, prefatos Sorban, Demetrium et Ladislaum de iam dicta Matskas non ad directam et equalem terciam partem prenotatarum Possessionum, Sed solum per nomina eorundem prescripti essent et positi. Nos vero fide nostra Deo debita vt prefertur mediante ac fidelitate Sacre Corone, seu diademati reseruanda tali modo inuenimus, Quod dicti Sorban, Ladislaus et Demetrius ab Auo, et Prothauo ac predecessoribus ipsorum, in tercia parte prenotatarum possessionum porcionis possessionarie fuissent et perstitissent, et nunc de presenti in Dominio prescriptarum tercie partis Possessionum sunt, et persistunt in perpetuum, in filios filiorum ipsorum, vigore et testimonio literarum nostrarum mediante. Datum in Karansebes feria quinta proxima post festum Annunciacionis Virginis gloriose, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Septimo. Item propter carenciam Sigilli nostri Presentes cum sigillis egregiorum et nobilium, videlicet Nicolai Byzere, Dyonisy de Mothnuk, Fiat de Eormenyes, Lucae de Matskas, Michaelis Bobwl, Andree Sztan, in Districtu Sebes commorantes, Vberiorem futuram ad cautelam fecimus consignari.

(Hat pecsét helye.)

(Huszti András másolata a tinkovai család Itárában, 889. szám.)

---

[1]) Azaz: Tövis.

298.

1447. április 18-án.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator Quia populi et Incole in vtraque S u p p a n et eius pertinencÿs commorantes cum solucione census Lucricamere nunquam obligati fuerunt, Super (qui)bus etiam nobis humiliter supplicarunt, vt eosdem populos et Incolas, a solucione dice, Lucricamere quittos haberemus et modis omnibus exemptos et suppartatos, vobis Igitur vniuersis et singulis Dicatoribus lucricamere presentibus et futuris serie presencium firmiter precipiendo mandamus, quatenus a modo in antea super predictos populos de dicta S u p p a n et pertinencÿs eius dicam Lucricamere m . . . . . nere non velitis nec eos ad soluendum astringere et compellere debeatis Sed quittos exemptos . . . . . expeditos et supportatos permittere debeatis et aliud non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Z e n t h f a l w a feria tercia post Dominicam Quasimodo Anno domini M° CCCC° XL^mo septimo.

(P. H.) C° propria d^ni Gubernatoris.

(Eredetije hártyán a gyulafehérvári káptalan ltárában. Miscellaneorum Cista 1-ma fascicul 6. No 1.)

299.

1452. június elején.

Nos Michael de Csarna, et Petrus Dants de Sebes, Bani Zewrinienses. Memorie commendantes, tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quod coram nobis exurgentes Nobiles de Muthnok, Interdixerunt Nobiles de Matskas, videlicet de Possessione ipsorum perpetua nomine A l s o D o b r o g o s z t h, In quibus ita inuenerant, Quod ipsi Nobiles de Matskas in Dominio ipsius possessionis A l s o D o b r o g o s z t, ab Annis Domini Millenis permansissent, vt vlla motio et Controuersia fuisset mota, Nos uero ipsis Nobilibus de Mothnok posuimus Terminum et diem, vt ipsi Jura, et literalia instrumenta importare deberent, et ad diem prefixum Jura ipsorum importarent, pro qua videlicet racione Interdicebant

Nobiles de Matskas de possessione ipsorum Alsó Dobrogoszt. Vnus cum alterius voluntate posuerunt coram Nobis Jura ipsorum. In quibus Juris erant dis-conformati (így). Circa que videlicet Jura vidimus vt Nobiles de Mothnok contra Nobiles de Matskas vllam Justiciam habebant. Exurgentes autem Nobiles de Matskas dixerunt: Ecce, submisimus nos pro maiore Justicia ad Districtum, et liberas Ciuitates, videlicet Sebes et Kárán, vt ipsi inter nos antiquam metam inuenire valeant. Ibique Nobiles de Muthnok, Justicie se non submiserunt, nec obediuerunt. Nos autem exurgentem Nobilem Jacobum, Cum fratribus suis, videlicet Ladislao et Demetrio de sepefata Matskas, in iam sepefata possessione perpetua ipsorum permisimus tenendum possidendum pariter et habendum presencium per vigorem. Datum in Sebes post octauas Penthecostes Anno Domini M° CCCC^mo Quinquagesimo Secundo.

(Huszti András másolata a tinkovai Macskási-család levéltárában. 889. szám.)

300.

1453. január 30-án.

V. László király Hunyadi János erdélyi vajdának Görgény várát, Torda, Déva várát Hunyadmegyében, továbbá a Temesmegyében fekvő Swdya, Monostor, Bosar és Swpan oláh kerületeket adományozza.

(Eredetije a müncheni kir. levéltárban, melyből közli, Teleki: Hunyadiak kora X. köt. 356—363. l. Csoñkán közlik Spiess: Aufklärungen. Fejér: Genus et incunabula Joannis de Hunyad 180. l. és Bárány: Temes vármegye Emléke.)

301.

C° domini Regis.

1453. márczius 15-én.

Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex Austrieque et Stirie Dux necnon Marchio Morauie etc. Vniuersis et singulis Tributarÿs nostris et Reginalibus in quibusuis locis, intra ambitum Regni nostri Hungarie predicti, constitutis vel constituendis, Salutem et graciam, Cum nos consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum gratuitis meritis, sincerisque et proficuis complacencÿs, fidelis nostri

dilecti, Reuerendi in christo patris domini Thome de Debrenthe, Gubernatoris abbacie, sancti Martini Sacrimontis panonie, per eum a primeuo Natiuitatis exordio vsque in presenciarum in cunctis nostris factis et arduis agendis, nobis cum sumpma fidelitatis constancia, exhibitis et impensis, vniuersos et singulos Jobagiones eiusdem domini Thome, ac Egregÿ ladislai fily Hÿm necnon laurencÿ et Emerici filiorum Basÿ similiter fily Hÿm, de dicta debrenthe, fratrum suorum in quibuslibet possessionibus et porcionibus eorum possessionarÿs in Comitatibus Themesiensi et de Crasso existentibus commorantes, pro multiplicacione possessionum ipsius domini Thome, et fratrum suorum predictorum, alias per sepissimas Inuasiones Seuissimorum Teucrorum, vti didicimus Concrematarum, et desolatarum, ab omni solucione Tributaria, in predictis locis Tributorum nostrorum Regalium et Reginalium, de personis ac rebus et bonis eorum Mercimonialibus, et alÿs quibuscunque faciendi, vigore aliarum literarum nostrarum superinde confectarum, graciose duximus in perpetuum eximendi et supportandi. Ideo vestre et cuiuslibet vestrum fidelitati firmiter precipiendo mandamus, aliud habere nolentes, quatenus a modo et deinceps a prenotatis Jobagionibus prelibati domini Thome et fratrum suorum predictorum, ac eorum personis, rebusque et bonis Mercimonialibus et alys quibuscunque dum ÿdem cum huiusmodi eorum rebus ad loca pretactorum Tributorum nostrorum Regalium vel Reginalium peruenerint, contra formam premisse nostre gracie et exempcionis, nullum Tributum nullam ve Tributariam solucionem Petere sew exigere petique sew exigifacere presumpmatis, Sed vbique pacifice et absque aliquali solucione et pactacione cuiuslibet permittatis et permittifacere debeatis, Alioquin commisimus fideli nostro Spectabili et Magnifico domino Johanni de Hwnyad, Comiti perpetuo Byztriciensi ac Capitaneo predicti Regni nostri Hungarie generali, necnon prouentuum nostrorum Regalium administratori, Item Comitibus vel vicecomitibus, ac Judicibus nobilium illorum Comitatuum, in quibus forsitan huiusmodi nostra mandata non obseruarentur, vt ipsi ad eorum obseruacionem plenariam, vos et quemlibet vestrum rebellione ductos, arcius compellant et astringant nostra in

persona et auctoritate presentibus ipsis in hac parte attributa et Justicia mediante. Secus igitur non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Wyenne feria quinta proxima post festum beati Gregory pape. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo tercio, Regni autem nostri Anno Tredecimo.

C⁰ domini Regis in pleno consilio
et ibidem sigillata.

(Eredetije hártyán a zágrábi érsekség levéltárában. Szöveg alatt rányomott pecsét.)

Jegyzet. E királyi rendelet alapján Hunyadi János: universis et singulis tributariis regalibus hasonló utasítást adott, hogy debrentei Tamás jobbágyai Magyarországon mindenütt vámmentesek legyenek. Hunyadi e rendeletének eredetije meg volt a Kállay-család levéltárában, de nyoma most csak a Regestrumban található.

302.

1453. május 29-én.

Johannes de Hunyad, perpetuus Comes Bistriciensis, et Supremus Capitaneus Regie Maiestatis in Regno Hungarie constitutus. Egregys viris Michaeli de Csorna, et Petro Dants Banis Zeriniensibus, Salutem cum fauore. Quia Nos, pro fidelitatibus, et Seruiciorum meritis, Nobilium Jacobi, Sarbani, Ladislai et Jantsul de A l s o M a t s k a s, vniuersos prouentus Keneziales, de predicta Also Matskas, Banis prouenire debentes, generose duximus remittendos et relaxandos, Ideo vestris dileccionibus harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus prefatos Nobiles, sed nec eorum Jobbagiones, in prescripta A l s o M a t s k a s, et A l s o T ö w i s h, racione non solucionis dictorum prouentuum Kenezialium, in nullo impedire, molestare seu quouismodo damnificare, nullatenus presumatis, nec sitis ausi modo aliquali. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in K á r á n S e b e s tercio die festi post Sancte et Indiuidue Trinitatis. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo tercio.

(P. H.)

(Huszti András másolata a tinkovai Macskási-család levéltárában, 889. szám. Ugyszintén gr. Kemény Józsefnél: Diplomatarium Transilva-

nicum, Appendix VI. k. 41. szám, és Magyar nemzeti Múzeumban Chartae Transilvanicae, ex collectione Martini Cornides Tom. I. pag. 269.)

303.

1453. szeptember 14-én.

V. László király Hunyadi Jánosnak és fiainak a temesmegyei Sugyia, Supan és Thwerd oláh kerületeket adományozza.

(Teleki: Hunyadiak kora X. 404. l.)

304.

1453. szeptember 14-én.

V. László király meghagyja az aradi káptalannak, hogy Hunyadi János beszterczei grófot és örököseit a Temesmegyében fekvő Suggya, Supan és Thwerd oláh kerületek birtokába igtassa.

(Az aradi káptalan 1454. évi átiratából közli Teleki: Hunyadiak kora X. 409—410. lap, de többféle hibákkal és kihagyásokkal. Az eredeti átirat meg van az orsz. levéltárban, NRA 1524. csom., 18. szám.)

305.

1454. április 18-án.

Capitulum Ecclesie Orodiensis, Omnibus christifidelibus, presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris. Salutem in salutis Largitore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire. Quod nos literas Introductorias et Statutorias. Serenissimi principis domini Ladislai dei gracia hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Regis, Austrieque et Stirie ducis necnon Marchionis Morauie etc. nobis directas sumpma cum reuerencia recepimus in hec verba. Ladislaus dei gracia etc.

(Lásd László királynak Pozsonyban 1453. in festo Exaltacionis Sancte Crucis kelt levelét 304. sz. a.)

Nos igitur mandatis ipsius domini nostri Regis obedientes vt tenemur vnacum Johanne literato de feyereghaz homine suo Regio predicto vnum ex nobis videlicet honorabilem Magistrum demetrium de Pankotha socium et concanonicum

nostrum ad premissas Introduccionem et Statucionem faciendam nostro pro testimonio misimus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt eomodo. Quod Ipsi in festo beatj Ambrosÿ Episcopi et confessoris proxime preterito et alys diebus ad Id aptis et sufficientibus ad facies predictorum districtuum Wolachicalium videlicet Suggia, Alsosupan et Thewrd appellatorum omnino in Comitatu Themesiensi existencium ac pertinenciarum earundem scilicet Lewkwsfalua, Pomesthienfalwa, Radfalwa, Ztharnik, Thamadia, Otheefalwa, felsw Jerczenyk, also Jerczenik, kezepsew Jerczenik, Cladwa, Grwn, Rekethyew, Otheefalwa, Iswarecz, ad dictam Suggya pertinencium. Item Also Supan, farkasesthe, Paganfalwa, Clewchowa, districtuum prefati Supan, necnon Banya, felsew Glanda, also Glanda, Prodanfalwa, Zolthur, Cheremyda[1]), Draxinfalwa, Puryl, Mothnok, Boglyafalwa, Also Igazfalwa, felsew Igazfalwa, Kosthanesth, Gladnya, et Stanfalwa vocatarum, districtus antefati Thewrd, ac Theloniorum et Jure patronatus Ecclesiarum aliarumque vtilitatum et pertinenciarum eorundem districtuum vicinis et commetaneis suis vniuersis Inibi legittime conuocatis Et presentibus accedendo, Introduxissent prefatum Comitem Johannem in dominium eorundem. Statuissentque eosdem eidem suisque heredibus vniuersis, premisse Regie donacionis titulo perpetuo possidendos, nullo penitus contradictore apparente, tam in faciebus dictorum districtuum quam nostri in presenc'a legittimis diebus et horis Ibidem perseuerando. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas nostras Priuilegiales pendentis et autenticj Sigilli nostri munimine roboratas duximus emanandas. Datum per Manus Magistri Johannis Lectoris et concanonicj nostri, Quintodecimo die diei Introduccionis et Statucionis prenotatorum Anno domini Millesimo quadringentesimo Quinquagesimo Quarto. Cantore absente Presentibus Ibidem Honorabilibus viris dominis et Magistris Blasio Custode, Stephano de Macha-

[1]) V. László 1454. évi átiratában Cherennyda, — így Telekinél is.

laka, Ladislao de Basarag, Nicolao de Therwar et Elya Orodiensi Ceterisque Canonicis fratribus nostris in dei Ecclesia Regi Sempiterno Jugiter famulantibus.

(Vörös-fehér-kék selymen függő pecsét.)

(Eredetije hártyán az országos levéltárban, NRA. 1524. csomag, 18. szám. Sok hibákkal közli Teleki: Hunyadiak kora, X. kötet. 409—411. lap. Az oklevél keltjét 1453. évre teszi 1454. helyett. Ez utóbbi év megengedi, hogy Ambrozius napját, melyen a beigtatás történt, április 4-ére tegyük, és így a káptalan erről április 18-án tehessen jelentést. De miután Teleki úgy véli, hogy a káptalan a királynak 1453. szeptember 14-én kelt igtatási parancsnak szintén 1453. évi Ambrozius napján tett eleget, ő nem az április 4-ére, hanem az október 16-ára eső Ambroziust értette az igtatási nap alatt, a midőn aztán a jelentés keltezését 1453. október 30-ra kellett tennie. Maga Knauz (Kortan 135. lap) nem sejtvén, hogy az oklevél száma hibás, elismeri, hogy Teleki fenebbi oklevelének keltezése egészen kivételes.)

306.

C° propria d^ni Regis.

1454. június 11-én.

Nos Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex ac Austrie et Stirie dux necnon Marchio Morauie etc. Ad futuram rei memoriam significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, Quod pro parte et in persona fidelis nostri Spectabilis et Magnifici Johannis Comitis Bystriciensis, Generalisque Capitanei in Regno nostro Hungarie exhibite et presentate sunt nobis quedam due litere vna nostra super perhempnali donacione et collacione districtuum nostrorum Wolahalium S w g g y a, S w p a n et T h w e r d vocatorum in Comitatu Themesiensi existencium necnon aliarum cunctarum pertinenciarum et Tributorum eorundem Ipsi Comiti Johanni et suis heredibus vniuersis facta, et alia Capituli ecclesie Orodiensis super legittima Statucione eorundem priuilegialiter confecta, tenorum subsequencium, Supplicatum itaque extitit in persona prefati Comitis Johannis Maiestati nostre humiliter et deuote vt easdem literas ratas gratas et acceptas habendo nostrisque literis verbotenus inserifaciendo pro ipso Comite Johanne suisque heredibus vniuersis Innouando perpetue valituras c o n f i r m a r e dignaremur, Quarum prime videlicet nostre litere tenor talis est. Nos ladislaus stb.

(Lásd László királynak adománylevelét Hunyadi János részére, kelt Prágában 1453. in festo Exaltacionis S. Crucis 303. sz. a.)

Alterius veri scilicet dicti Capituli Orodiensis tenor sequitur in hec verba.

(Lásd az orodi káptalan 1454. évi levelét, melylyel V. László király 1453. évi adománylevelét átírja 305. sz. a.)

Nos igitur huiusmodi supplicacionibus pro parte et in persona prefati Comitis Johannis nobis modo quo supra porrectis Regia benignitate exauditis et clementer admissis pretactas vtrasque literas non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas ymmo mera et sincera integritate prepollentes presentibus literis nostris de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas quo ad omnes earundem continencias clausulas et articulos eatenus quatenus eedem rite et racionabiliter existunt emanate viribusque earum veritas suffragatur acceptamus approbamus et ratificamus. Easque consideratis de nouo et ad memoriam reductis multiplicibus seruicÿs et pluribus obsequiosis ac virtuosis operibus antefati Comitis Johannis et habundanciori fauoris gracia pro eodem Comite Johanne Ipsiusque heredibus et posteritatibus vniuersis simulcum donacione ac statucione suprascriptis ac nominibus pertinenciarum pretactarum in ipsis literis Statutorÿs designatarum Innouando perpetue valituras confirmamus Saluo Jure alieno In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras pendentis Secreti Sigilli nostri quo vt Rex Hungarie vtimur munimine de nouo roboratas. Datum Prage per manus venerabilis viri domini Nicolai Barius prepositi ecclesie Agriensis vicecancellarÿ nostri dilecti et fidelis feria tercia proxima post festum Penthecostes Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. quintodecimo Bohemie vero primo.

(Eredetije ép, de vízfoltos hártyán az anspachi gyüjtem., a budai kamarai ltárban, NRA 1524. csom., 18. szám. Nagy pecséttel fehér-kékzöld selymen. Közli: Teleki Hunyadiak kora, X. 422. l.)

307.

1454. napi kelet nélkül.

Nos Jacobus pangracz, de sancto nicolao etc. Comes Zidovariensis et de Sumlow Significamus tenore presencium vniuersis et singulis Quod Nos dedimus et ÿmo donamus Erdÿoÿsspanssagoth ad Castrum videlicet Zidowar pertinens et ad lugas Nobilibus viris Mychaeli et Stephano filiorum Szugar dyurd nostris que fidelibus cum propria nostra bona woluptate, et in persona magnifici domini pangracÿ fratris nostri Eadem de Sancto nicolao Juredice cum plenarÿs vtilitatibus Juris ipsos pertinentes vti abalÿs regibus antiqui consuetudinis parentes seu ipsorum seniores servaverunt Ita et Nos ipsis michaelÿ sugar vna cum fratri suo stephano prenotatum Ispanssagoth in Siluis suprascriptis dedimus ad seruandum et donauimus ipsosque in prenotatis vtilitatibus in eodem Ispansago silwarum plenarie recte weraciter serware wolumus et promitimus perpetualiter servare pro testimoniorumque melioris Sigillum nostrum hanc literam presentem apensare misimus anno domini Millesimo quatuor CCCC° (így) LIIII.

(Eredetije papiron a budai kam. levéltárban, NRA. 1524. csom., 25. szám. Szöveg alatt a pecsét zöld viaszban.)

308.

1455. szeptember 7-én.

Nos Johannes de Hwnyad Comes perpetuus Bistriciensis etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod nos considerantes fidelitates et fidelium seruiciorum merita Pantha de pury per ipsum nobis locis debitis et temporibus opportunis exhibitis et impensis Quandam possessionem Pwrÿ superiorem et inferiorem vocatam in districtu Twrd existentem simulcum cunctis vtilitatibus more et ad Instar aliarum liberarum possessionum prout ceteras huiusmodi liberas possessiones in dicto districtu possident eidem suisque heredibus et posteritatibus vniuersis imperpetuum dedimus donauimus et contullimus ÿmmo damus per presentes Quo circa vobis officialibus in dicto districtu

T(wr)d constitutis et infuturum constituendis firmiter precipiendo mandamus quatenus dictum pantha suosque heredes et posteritates in dicta possessione p w r ÿ superiori et inferiori contra premissam nostram donacionem in nullo impedire molestare perturbare aut quouismodo dampnificare nullatenus presumatis Secus non facturi in premissis presentibus perlectis exhibenti restitutis datum in villa M a r s i n a in vigilia Natiuitatis beate Marie virginis Anno domini Millesimo CCCC L^mo^ quinto. [1])

N^o^ Nicolai Balatha referrentis.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan levéltárában. Miscellaneorum Cista 3-a fascicul. 5-tus No 32.)

309.

1455. november 15-én.

Capitulum Ecclesie Transiluanensis, Omnibus Christifidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire Quod nobilis vir Laurencius filius Johannis fily Nicolai de Thelegd coram nobis personaliter constitutus dixit retulit et taliter est confessus, Quod ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens vrgentem repellendis et evitandis vniuersas porciones suas possessionarias In possessione P h i l e p k e u e cum adiunctis eidem possessionibus videlicet Z a c z w a, Z l a t h a n a, P o s o g a, H i d e g f a, G y o z a n et I w a n f a l w a, ac alÿs tribus possessionibus H a z n o s f a l w a, S á n d o r f a l w a et B w d a f a l w a nunc habitatoribus et Incolis destitutis, Demptis tamen porcionibus possessionarÿs fratrum suorum et specialiter porcione sua possessionaria in possessione G i o r g i a n u s et suis pertinencÿs habita, cum omnibus vtilitatibus et pertinencÿs, videlicet terris arabilibus cultis et incultis pratis fenetis siluis, Rubetis Nemoribus, virgultis, montibus, collibus, vallibus, piscinis piscaturis et locis piscinarum, pascuis, aquis, riuulis, aquarumque decursibus, molendinis, et molendinorum locis, et generaliter cunctis vtilitatibus quibusvis nominis vocabulo vocitatis ad

[1]) A káptalani okiratban hibásan 1405. év.

predictas porciones possessionarias Jure spectare dinoscendo omnino in Comitatu Orodiensi existentibus habi*tas*. Ipsum omnis hereditarie, ac titulo Juris concernentes, Egregio Johanni filio Johannis fily Dionisy de Ille, ac suis prolibus scilicet Bartholomeo, Andree Georgio et Johanni, alÿsque heredibus et posteritatibus suis vniuersis, pro ducentis et quinquaginta florenis auri puri hungaricalibus plene vt dixit ab eodem rehabitis et receptis dedisset, donasset vendidisset et contulisset. Imo dedit donauit contulit et vendidit coram nobis eidem Johanni et per eum suis filÿs heredibus et posteritatibus vniuersis Jure perpetuo et Irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, Assumensque nichilominus Idem memoratus Laurencius sepefatos Johannem de Ille, ac heredes et posteritates eiusdem vniuersos contra quoslibet molestatores et Impetitores in pacifico dominio memoratarum porcionum possessionariarum tenere conservare tueri protegere et defensare proprÿs suis laboribus et expensis, harum nostrarum testimonio literarum Datum in profesto Beati Othmarÿ Abbatis Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo quinto. Honorabilibus et discretis viris dominis Stephano de Kyswarda, d. d. preposito absente, Antonio decretorum doctore Cantore, Michaele custode Gregorio de L ÿ p p a decano ceterisque Canonicis dicte Ecclesie nostre presentibus salubriter existentibus et deuote.

(Báthory István 1572. évi átiratából.)

310.

1456. július 2-án.

Nos Vniuersitas Nobilium et Keneziorum de Districtu Karansebes, Damus pro memoria Quod venientes nostri in presenciam, in sede nostra Judiciaria, Nobilis Surban de Matskas, et fratres sui Carnales, dixerunt, quod ipsi a Serenissimo Principe Wladislao Hungarie, Polonie etc. Rege super vniuersas ipsorum possessiones Literalia Instrumenta de nouo extraxissent, quas ipsi preuidere postularent, si essent positi vel scripti in Tercia vel equali porcione ipsarum possessionum, vti Aui et Protaui, sed et ipsi vsque hec tempora fuerunt, vel

essent. Ipsi vero prefati fratres ipsorum Condiuisionales, ad creberrimas ipsorum Surbani et fratrum suorum peticiones, nusquam et nequaquam exhibere curauerunt. Quo viso, idem Surban, et fratres sui, in prefatis Literis Regalibus hesitantes et suspecti, a nobis pro ipsorum maiorem cautelam, nostras Literas postularunt. Quorum iustis peticionibus aduertentes, super hoc Literas nostras duximus concedendas. Quod ipse Surban et fratres sui carnales, cum directa et equali tercia parte possessionum Matskas, Towish, Tinkova, Dobrogozthe, Perlew, Csutha, Zazesth, Rugsinocz, Toplicza Leurdis et Zekas vocatarum, semper et ab antiquo, ab Auis et Prothauis fuerunt et extiterunt, vsque nunc, nullo Contradicente, Fide nostra Deo debita, vt tenemur facere curare. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, Literas nostras patentes, sub sigillis Egregiorum et Nobilium Nicolai de Byzere, Fiath de Eormenyes, Dionisy de Muthnok, Nicolai de Norocza, munimine roboratas, duximus concedendas. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Karansebes in festo visitacionis Marie Virginis, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Sexto.

(Huszti András másolata a tinkovai Macskási-család levéltárában, 889. szám.)

311.

1457. június vagy július havában.

V. László király és Hunyadi János özvegye között egyezség jő létre, mely szerint a kormányzóné az erdélyi várakat: nevezetesen Besztercze, Görgény, Karakó, Hátszeg és Mihálcz várát, továbbá a Duna melletti Nándorfehérvár, Szenth László, Peth, Dranko, Szörény, Orsova és Görény várakat, és a felső vidéki Trencsin, Beszterczebánya, Sucha, Oroszlánykő, Léva, Zsolna és Sztrecsen várait a királynak visszaadja; ellenben a kormányzóné megtarthatja Lippa, Hunyad, Diód és Solymos várait, melyeket Albert király adományozott Hunyadinak, és azon várakat, melyeket országzászlósoktól szerzett. A várak visszaadása után a király szabadon bocsátja Hunyadi Mátyást. Éz és nap kelet nélkül.

(Kaprinai: Hist. diplomatica I. 207. lap. — Fejér: XI. 260. lap. — Bárány: Temes vármegye Emléke. — V. ö. Teleki: Hunyadiak kora II. köt. 535. lap.)

312.

1457. augusztus 29-én.

Nos Ladislaus Dei gracia Hungarie Bohemie Dalmatie Croacie etc. Rex, Austrie et Styrie Dux, nec non Marchio Moravie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit Vniuersis. Quod nos tum ad humillimam supplicacionis instanciam fidelium nostrorum Michaelis Dees dicti de Thomoshel [1]) et Stephani filÿ Sysman de Bozÿas, per eos in ipsorum, ac ceterorum Vniuersorum Nobilium et Keniziorum, nec non aliorum Walachorum de Districtibus Lugas, Sebes, Mihald, Halmas, Krassofw, Borzafw, Komiathy et Illyed vocatis nominibus et in personis nostre propterea porrecte Maiestatj, tum vero consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis eorundem Vniversorum Nobilium et Keniziorum ac ceterorum Walachorum, quibus ÿdem non solum predecessoribus nostris Regibus Hungarie, sed et nobis se gratos reddiderunt, et acceptos, et presertim eo respectu, quod ipsi in confinÿs Regni nostri locati, in custodia et tuicione Vadorum Danubÿ contra crebros incursus Turcorum, utpote qui ipsum Regnum nostrum in illa parte vel depredare, vel homines eiusdem Regni nostri sine discrecione sexus et etatis inpune abducere in servitutem consueverunt, personas, resque et bona sua fortune casibus summittere, damnaque et incommoda ac vulnera dira suscipere non formidant. Volentes eisdem gratitudinis vicem rependere, omnia et singula eorundem Valachorum et Keniziorum privilegia, super quibuscunque eorum libertatibus, prerogativis et Juribus confecta, ac si presentibus literis nostris de verbo ad verbum inserta essent, sub illis tamen condicionibus, oneribus et servitutibus, quibus eadem emanata et per predecessores nostros Reges Hungarie ipsis concessa sunt; Authoritate Regia pro eisdem nobilibus Valachis et Kenezÿs ceterisque

[1]) A gyulafehérvári káptalan átiratában: Teömeöshel.

Valachis presentibus scilicet et futuris perpetuo valitura, roboramus et confirmamus, eosque in unum quemque eorum sicuti maiorem, sic et minorem in omnibus huiusmodi eorum libertatibus prerogativis et Juribus manutere conservare promittimus. Et nichilominus ut ipsi Nobiles Walachÿ et Kenezÿ firmata inter se Vnione dicta servicia nostra et Regni nostri in tuendo Vado Danubÿ eo melius continuare possint, decrevimus a modo in posterum in prefatis octo Districtibus nullo unquam tempore alicui extraneo possessiones et Villas donare, nisi illis qui bene meriti propter eorundem servicia videbuntur. Et quod huiusmodi octo Districtus ab invicem non separabimus, nec aliquem ex eis alicui donabimus, sed sacre Regni nostre Corone sicuti predecessores nostri Reges, sic et nos quasi simul iunctos tenebimus. Imo prefatum districtum Komÿathy, qui per quondam Serenissimum Principem dominum Sigismundum Romanorum Imperatorem ac Hungarie etc. Regem Auum nostrum charissimum quondam Joanni de Hunyad alias eiusdem Regni nostri Hungarie Gubernatori impignoratus, ac per Incolas eiusdem Districtus ab eodem redemptus esse perhibetur, prefatis septem Districtibus iterum anectimus, decernendo a modo deinceps, sicuti aliquem alium ex ipsis Districtibus, ita et ipsum districtum Komiathy de corpore illorum districtuum esse, atque uno et eodem privilegio cum illis gaudere. Preterea annuimus eisdem Nobilibus Valachis et Kenezÿs ut nullus eos iudicet preter Comitem eorum pro tempore constitutum cuius Judicio si contenti non fuerint, ad Judicem Curie nostre, et dehinc in nostre Maiestatis personalem presenciam possint et valeant causas eorum provocare. Volumus insuper quod Comites eorum vel Vicecomites pro tempore existentes in exigendis Byrsagÿs et Judiciorum grauaminibus Equum leporarium, Arma et Aues convictorum vel convincendorum auferre non presummant, nec aliter pro exaccione huiusmodi Birsagiorum, nisi sumpto secum Judice Nobilium eorundem Valachorum exire valeant modo aliquali. Postremo eosdem Nobiles Walachos instar Verorum Nobilium Regni nostri, Item Kenezios eorundem Valachorum ex omni solucione tributi tam nostri quam aliorum quorumcunque exemptos esse Volumus et supportatos, et quod nullus omnino

hominum res et bona eorum et Jobbagionum ipsorum in quibusvis locis arestare seu prohiberi facere, aut eosdem vel dictos eorum Jobbagiones ad cuiusvis Instanciam iudicare vel eorum astare Judicatui compellere presumant, sed si aliqui quidquam actionis vel questionis contra eosdem Nobiles Valachos et Kenezios, aut annotatos ipsorum Jobbagiones vel alterum eorum haberent, vel habere sperarent, hi id contra prefatos ipsorum Nobilium Valachorum Jobbagionos in presencÿs eorundem Nobilium, adversus autem eosdem Nobiles Valachos et Kenezios coram prefatis Comitibus eorum pro tempore existentibus prosequantur qui si in reddenda iusticia tepidi fuerint, in presencia Judicis Curie nostre, et si ibi iterum iusticia eis deerit, in presenciam nostre Maiestatis iuridice prosequantur, ex parte quorum omni contra eos querulanti iudicium et iusticia impendetur, prout dictabit ordo Juris. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras secreto Sigillo nostro quo ut Rex Hungarie Vtimur impendenti communitas duximus concedendas. Datum Vienne in festo decollacionis Beati Joannis Baptiste Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo Regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. decimo octavo, Bohemie vero quarto.

(Közöltem már a Szörény vármegyei hajdani oláh kerületek czimü értekezésem 73. lapján.)

313.

C° propria domini Regis.

1458. augusztus 20-án.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Multa sunt que nos inducunt, ut in Spectabilem et Magnificum Michaelem Zÿlaghy Comitem Bistriciensem Auunculum nostrum liberales simus et benefici, primo ipsa coniunccio sanguinis, que deuincit homines beniuolencia et caritate, Deinde vera et sapiens animi eius magnitudo, Siquidem res gessit magnas et vtiles, plenas laborum et periculorum, partim causa

incolumitatis et dignitatis nostre conseruande, partim multarum gracia rerum, que non ad Regni nostri modo verum eciam tocius christianitatis vtilitatem pertinent, quorum splendorem et omnem amplitudinem alÿs literis nostris lacius atque diffusius expressimus. Cum igitur alias viuente condam Illustri principe Georgio Regni Rascie despoto, ac lazaro filio eiusdem, inter ipsum Georgium Despotum et alios filios et dominas Contorales eorum, ac Comitem Michaelem vigore certarum literarum exinde confectarum pro satisfaccione indigne necis condam Egregy Ladislai fratris ipsius Comitis Michaelis, composicio facta fuerit, Ita vt prefati Despotus et fily eius ac Contorales eorundem ipsi Comiti Castra eorum Beche in Thorontal et Somlyo in Crasso Comitatibus sita simulcum Opidis Villis et predÿs ad ipsa Castra spectantibus, donarent et conferrent, Ipse vero Comes Michael ob bonum pacis Regni nostri et eciam concordiam inter se se mutuo habendam, predictis Castris Beche et Somlyo cesserit, et ea ipsi Despoto et filys eiusdem remiserit Ideo nos eidem Comiti Michaeli concessimus annuimusque, Immo concedimus presencium per vigorem, vt si temporum in euentu fily prefati Despoti in notam lese Maiestatis incurrerent vel absque heredum solacio decederent, vel Castrum Galamboczprout ex composicione inter nos ac prefatum Comitem et ipsos ordinatum est, ad manus Turcorum traderent aut quocumque modo alienarent Extunc Idem Comes predicta Castra Beche ac Opidum Bechekereke Item Somlyo simulcum Opidis villis et predÿs ad ipsa Castra pertinentibus, eo facto pro se et filÿs heredibusque suis occupare, ac ipsa perpetuo et Irreuocabiliter tenere habere et possidere valeat atque possit. Nos quoque si quid Juris nostri in dictis Castris qualitercumque haberemus eidem Comiti et suis heredibus dedimus donauimus et contulimus Immo damus donamus et conferimus perpetue et Irreuocabiliter tenenda possidenda pariter et habenda Saluo Jure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Quas in formam nostri priuilegy redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude in festo Beati Stephani Regis Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Octauo.

BIBLIOTECA CENTRALĂ REGIONALĂ
TIMIŞOARA
Nr. de inv.

(Eredetije hártyán az országos levéltárban, NRA. 688. csomag, 46. szám. Szöveg alatt pecsét nyoma. Közli Kaprinai: Historia diplomatica II. 195. lap. Ebből Bárány: Torontál vármegye hajdana, Oklevelek 15. lap.)

Jegyzet. Átírta Zápolyai István nádor 1492. évben, mely átirat meg van a gr. Csáky-család lőcsei levéltárában. — Engel Geschichte von Serwien und Bosnien 411. lap, mind ezt hibásan 1457. évre teszi. Lásd Teleki III. 76. 77. l.

314.

Comissio propria d^ni^ Regis.

1464. május 23-án.

Nos Mathias dei gracia R(ex Hungarie) Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod licet Generale regum officium sit liberalita.....enique prosequi subditorum. Illos tamen maioribus donis et amplioribus fauoribus Regia extollere debet maiestas, qui non solum propinquitate sanguinis verum eciam vberioribus meritis ext.....ima meruerunt, debitum itaque respectum habemus ad integram fidem inclitas virtutes et preclara merita fidelium nostrorum, Magnificorum Johannis fily condam Georgy pangracz de dengeleg way(wode) parcium Transsiluanarum Regni nostri, et Comitis Siculorum nostrorum ac Andree de eadem dengeleg, fratris sui carnalis, Magistri pincernarum nostrorum, qui sicuti generositate sanguinis quo nobis pr...nqua linea attinent sic et fidei integritate, ac preclaris virtutibus et meritis nobis summe cari sunt, Nam ipsi Johannes et Andreas, pro modulo etatum suarum primum condam Illustribus principibus dominis Johanni de Hunyad Comiti Bistriciensi, alias Gubernatori dicti Regni nostri Hungarie, Genitori, et ladislao de eadem Hwnyad, similiter Comiti Bistriciensi fratri, nostris carissimis felicium recordacionum, tandem vero ipsis condam dominis Genitore et fratre nostris, ab hac luce post sese sublatis nobisque ab Iniusta captiuitate, in qua a condam Serenissimo principe domino ladislao similiter Rege Hungarie predecessore nostro relicti fueramus, post eleccionem de nobis in Regem huius Regni nostri factam, liberatis, in cunctis rebus et negocÿs nostris ac eiusdem Regni nostri fidei corum commissis, necnon eciam

compluribus expedicionibus nostris Exercitualibus tam contra Bohemos, qui superiori tempore partes superiores Regni nostri vastabant quam eciam Turcos paganos et alios Inimicos factis strennue et fidelissime seruire curauerunt, In Estate eciam proxime transacta, cum generalem exercitum contra Turcos prefatos nosipsi personaliter duxissemus et quidam nobilis Wayuoda Turcorum ipsorum Allybeg suo Ideomate nominatus, cum maxima multitudine eorundem Turcorum Comitatum Sirimiensem prefati Regni nostri vastaturus intrasset, antefato Johanne Wayuoda cum gentibus suis, et exercitu nostro per eum de dictis partibus Transsiluanis ex mandato nostro conducto, tunc nondum adnectare valente, memoratus Adreas, habito cum prefato Wayuoda Allybeg, et ceteris Turcis conflictu, inter ceteros fideles nostros, vt strennuum decuit militem, sic egregie contra ipsos Turcos certauit propter quod a nobis in honorem et titulum milicie digne exaltatus est, Tandem Ipso Allybeg et ceteris Turcis inibi victis et superatis cum idem resumptis viribus suis, aliorsum videlicet in Comitatum Themesiensem diuertisset et populum christianum in magno numero captum duceret prefatus Johannes Wayuoda cum Gentibus suis, et prefato exercitu nostro Transsiluano tunc ad illum Comitatum Themesiensem aduentans sagacique prouidencia et strennua animositate vsus prefatum Allybeg et multitudinem gencium eius fortiter excepit, et magna parte ipsius multitudinis Turcorum strata, alia vero vnacum ipso Allybeg wayuoda ipsorum in fugam coacta vicit prefatum quoque populum christianum de captiuitate eorum liberauit, Tandem nobis ad Regnum Rascie contra Turcos ipsos exercitum ducentibus ipsi Johannes et Andreas semper cum maiestate nostra procedendo, in omnibus constanter et strennue maiestati nostre famulati sunt Postremo vero ab ipso Regno Rascie Regnum nostrum Bozne, quod preteritis diebus seua manus Turcorum occuparat cum exercitu nobis intrantibus prefatoquoque Johanne Wayuoda cum Gentibus suis pro custodia et defensione (impr)imis fluminis Zawe et municionibus illic faciendis per nos deputato memoratus Andreas semper vsque quo ipsum Regnum Bozne e manibus prefatorum Turcorum liberauimus et recuperauimus strennuam miliciam tam in

expugnacionibus Castrorum quam eciam in certaminibus illic commissis contra eosdem Turcos agens cum maiestate nostra perseuerauit, In diesque ydem Johannes et Andreas eo magis quo maiorum seruiciorum et negociorum nostrorum ac Regni nostri cura(m) et expedicione eis imponimus in promptitudinem obsequendi et fidelitatis seruande exardescunt, volentes igitur prefatis Johanni et Andree premissis meritis et obsequÿs eorum exigentibus fauoris nostri vicem rependere, Castrum nostrum S y d o w a r vocatum, et Opidum similiter nostrum l w g a s appellatum in Comitatu Themesiensi, et districtu similiter l w g a s nuncupato habita, Simulcum vniuersis villis possessionibus ac predÿs et porcionibus possessionarÿs tam ad ipsum C a s t r u m S y d o w a r quam eciam ad dictum Opidum l w g a s pertinentibus, ac pariter cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet arabilibus cultis et incultis agris pratis pascuis fenetis Siluis Rubetis Nemoribus Montibus vallibus aquis fluuÿs piscinis piscaturis aquarumque decursibus, Molendinis et locis Molendinorum, et generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, ex certa nostre maiestatis sciencia et animo deliberato, prelatorumque et Baronum nostrorum maturo consilio, memoratis Johanni et Andree ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, de manibus nostris Regÿs dedimus donauimus et contulimus ymmo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum, Saluo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante Quas in formam nostri priuilegy redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria quarta proxima post festum Penthecostes, Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo quarto, Regni nostri Anno septimo, Coronacionis vero primo.

(Eredetije hártyán a budai kam. levéltárában, NRA. 1525. csom., 45. szám. Szöveg alatt a királyi pecsét vörös viaszban, melynek még némely töredéke fenmaradt. Penészfoltos oklevél, alsó és felső végén nagyon megkárosodva.)

315.

1464. június 6-án.

Capitulum Ecclesie Orodiensis Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris, salutem in salutis largitore. Ad vniversorum Notitiam harum serie volumus pervenire. Quod nos Literas Introductorias et Statutorias Serenissimi Principis, Domini Mathiae, Dei gratia Regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Domini nostri naturalis, nobis preceptorie directas summa cum reverentia recepimus in haec verba. Mathias Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesiae Orodiensis, salutem et gratiam, cum nos attentis et consideratis fidelitatibus et fidelibus servitÿs, fidelium nostrorum Jacobi de Macskas, ac Thomae filÿ Romani de Perlo per eos primum Sacrae hujus Regni nostri Hungariae Coronae, tandemque nostrae Majestati sub locorum et temporum varietate, cum constantia fidei, et sollicitudine indefessa exhibitis et impensis, Praedium Perlo vocatum in Districtu de Lugas habitum, in cujus pacifico Dominio ÿdem ab antiquo perstitisse, seque persistere asserunt, etiam ad praesens, Item totum et omne Jus Regium nostrum, si quod in eodem Praedio Perlo, ac in alÿs quibusdam Praedÿs Sidimir Pataka, Dragotenesth, et Tinko vocatis in dicto Districtu de Lugas habitis, qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, vÿs, modis et rationibus concernerent Majestatem, simul cum cunctis eorundem utilitatibus et pertinentÿs quibuslibet, praemissis sicut praefertur, stantibus et se habentibus, memoratis Jacobo, et Thomae filio Romani, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum Literarum nostrarum Donationalium superinde confectarum in perpetuum contulerimus et dedimus, velimusque eosdem in Dominium eorundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Igitur fidelitati vestrae harum serie firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro Testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus Sisman, vel Ladislaus de Zlatina, aut Oprisa de Sarga,

alÿs absentibus homo noster ad facies praediorum Perlo, Sidimir Pataka, Dragotenesth, et Tÿnko in dicto districtu de Lugas habitorum, vicinisque et commetaneis eorundem universis inibi legitime convocatis, et praesentibus accedentes introducat praefatos Jacobum et Thomam in Dominium eorundem et ejusdem, Statuatque eadem et idem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentÿs quibuslibet, praemisso Jure perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos Contra antelatos exponentes, nostram personalem in praesentiam ad diem competentem, Rationem Contradictionis eorum reddituros, Et post haec hujusmodi Introductionis et Statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni interernnt nominibus, (kimaradt: terminoque assignato) terminum ad praedictum Eidem nostrae personali Praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria tercia proxima ante Festum Ascensionis Domini, Anno ejusdem Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto. Regni nostri anno septimo, Coronationis vero primo. Nos igitur Mandatis ejusdem Domini nostri Regis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, una cum Sandrino Sisman, homine ejusdem Domini Regis praedicto, unum ex nobis videlicet honorabilem Magistrum Michaelem de Kovacsi Socium et Concanonicum nostrum ad praemissas Introductionem et Statutionem faciendas, nostro pro Testimonio misimus fidedignum, Qui exinde ad nos reversi, nobis pariformiter retulerunt: quod ipsi feria quinta proxima post Festum Pentecostes, ad facies praedictorum Perlo, Sidimir Pataka et Dragotenesth in Districtu de Lugas existentium et habitorum, vicinis et commetaneis eorundem universis, signanter Stephano Sisman de Bozzas, et Michaele Macskásy inibi legitime Convocatis, et praesentibus accedentes introduxissent praefatos Jacobum et Thomam in Dominium eorundem et ejusdem, Statuissentque eadem, et idem eisdem, simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinentÿs quibuslibet praemisso jure perpetuo possidenda, nullo Contradictore apparente, tam in faciebus praedictorum Praediorum: continenciam (igy az átirat; e helyett: quam etiam) expost coram nobis legitimis diebus et horis ibidem

perseverantes. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes Literas nostras Privilegiales pendentis et authentici Sigilli nostri munimine roboratas duximus emanari. Datum per manus Magistri Joannis de Gÿula Lectoris Socÿ et Concanonici nostri, quartodecimo die diei Introductionis et Statutionis praenotatarum. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo quarto, praesentibus ibidem honorabilibus Dominis Demetrio Cantore, Martino Custode Magistris, Martino de Zombor, Mathia de Buda, Stephano de Gyante et Michaele de Kovacsi, caeterisque Canonicis et fratribus nostris in Dei Ecclesia Regi sempiterno jugiter famulantibus.

(A gyulafehérvári káptalan 1689. évi átiratából, mely hozzáteszi, hogy az aradi káptalan ezen nyílt levelének eredetije hártyára iratott, és hogy függő pecsétje már leszakadt. Egyszerű másolata a Macskási-család ltárában, 748. sz. Ugyanitt Huszti András másolata 889. sz. alatt.)

316.

1464. július 4-én.

Mathias Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Fidelibus nostris Magnificis Banis, eorumque Vice Banis, Praesentibus et futuris patentes (igy praesentes helyett) visuris, Salutem et gratiam. Fideles nostri Circumspecti Gaspar magnus Judex, ac Egidius Somlyai, et Gregorius Rhott, Ciues oppidi nostri Karansebes nostrum Regium accedentes in conspectum, in eorum ac Caeterorum Dominorum Civium, et Populorum ejusdem Oppidi nostri nominibus, Maiestati nostrae exposuerunt, per hunc modum: Quomodo Nobiles de Mwthnok, et de Macskás ipsos, si non nunc, tamen ut percepissent in futurum, in illis Silvis, quibus iidem semper, et ab antiquo usi fuissent, et frui deberent manifeste impedire niterentur; Cum tamen silvae omnes ibi existentes praeter Silvas Gothligestye,[1]) et Saldobos praefatorum Nobilium de Mwthnok, Item Rad Pataka vocatas, Nobilium de Macskás, quae prohibitae fuissent, et essent, permissoriae ipsis ad utendum juxta eorum necessitatem pertinent, prout alias haec omnia, quae sunt..... silvae usui

[1]) Egy 1424. évi oklevélben Bothligete, Szabó K. másolata szerint.

eorum pertineant, Quondam Serenissimus Princeps Dominus Sigismundus Romanorum et Hungarorum etc. Rex ..... quarundam Literarum Sigismundi de Losoncz, alias Castrorum suorum Orsova, Sebes et Sidóvár vocatorum Castella(ni) de suo Regio Literario mandato certitudinem superinde recipientis emanatarum cognoscentes Literis suis mediantibus, coram nobis in specie productis per Magnificum virum Piponem de Ozora Comitem ..... Item Castellanum et Vice Castellanum in Castro Sebesiensi tunc constitutum, et in futurum constituendum ipsos Cives nostros in dictis silvis, exceptis praefatis silvis prohibitis contra dictos Nobiles protegendos, et tutandos commisisset, Vnde suplicarunt subinde per nos remedium adhiberi, et quia nos, sicut alios Regnicolas, ita et praefatos Cives nostros, eorum justis juribus priuari noluimus. Igitur fidelitati vestrae mandamus, quatenus a modo ..... praefatos Cives et Populos nostros de Karansebes in praetactis Silvis, quas sibi ipsis ad utendum, rite et legitime, ut praemittitur pertinere exponunt, in quantum eiusmodi expositio obtinet rei veritatem, ab illicitis impetitionibus et molestiis memoratorum Nobilium de Mwthnok et de Macskás protegere, tueri et defendere debeatis, nostrae maiestatis in persona, et auctoritate Praesentibus in hac parte atributa, et justitia mediante, secus sub optentu gratiae nostrae facere non praesumatis, praesentibus perlectis exhibentibus restitutis. Datum Budae feria quarta proxima post festum Visitationis Beatae Mariae Virginis, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quarto, Regni nostri Anno septimo, Coronationis vero primo.

(Egyszerű, helyenkint hézagos másolat, a tinkovai Macskási-család levéltárában. Elegyes levelek. Supplementum 891. szám.)

317.

1464. szeptember 2-án.

Capitulum Ecclesie Orodiensis, Omnibus Christifidelibus tam presentibus quam futuris Noticiam presencium habituris Salutem In domino sempiternam, Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire. Quod nos literas Introducto-

rias et Statutorias Nobis preceptorie directas su(mm)a cum reuerencia recepimus Inhec verba. Mathias dei Gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Orodiensis Salutem et graciam ..... eratis fidelibus seruicÿs nostrorum Egregiorum petri desy de Temeshely ac Ni(col)ay de Balwtha per eos nobis exhibitis possessionem Thwrd vocatam in Comitatu Th(em)esiensi habitam, ac alias villas et porciones possessionarias ad eandem pertinentes. In quarum pacifico dominio Idem petrus et Nicolaus per certa tempora pacifice perstitisse et persistere ipsum asserunt eciam de presenti Simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet premissis sic ut perfertur stantibus ac se habentibus Memorato petro desy et N(icolao) de Balwtha Ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum Imperpetuum contulerimus, velimusque ipsos in dominium earundem per nostrum et per vestrum homines legitime facere Introduci. Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem (pro test)imonio fidedignum, quo presentibus Johannes vel Georgius aut Michael wrani dictus de (Crassom)egye sew Emericus de farkad siue Georgius de Bekws. Alys absentibus homo noster ad faciem dicte possessionis Therd ac villarum et porcionum possessionariarum ad eandem p(ertinencium vicin)is et commetaneis earundem vniuersis Inibi legitime conuocatis et presentibus acc(edendo introducat) prefatos petrum et Nicolaum in dominium earundem Statuatque easdem eidem ..... cum c)unctis earundem vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet premisse nostre donacionis (titulo) possidendam, si non (a fuerit szó elmaradt) contradictum. Contradictores vero si qui fuerint Euocet eosdem (Petrum) et Nicolaum nostram personalem Inpresenciam ad terminum competentem racionem (contradiccionis eorun)dem reddituros. Et post hec huiusmodi Introduccionis et statucionis seriem (cum nominibus) Euocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui p(remisse statucioni) intererunt ac possessionum porcionumque possessionariarum per vos eisdem statuendis ..... terminoque assignato eidem nostre

personali presencie fideliter re(scribatis. Datum) Bude die dominico proximo post festum Iuuencionis Sancte Crucis A(nno domini) Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo quarto Regni nostri anno septimo ..... primo. Nos igitur mandatis vestre serenitatis in omnibus obedire cupientes (vt tenemur) vnacum Michaele wrani de Crassomegie homine vestre Serenitatis ..... (vnum) ex nobis videlicet honorabilem magistrum Stephanum de Gyanthe socium et concanonicum ..... ad premissas Introductorias et Statutorias faciendas nostro pro testimonio (misimus fi)dedignum. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt. Quod ..... dominico proximo post festum Assumpcionis Beate marie virginis pro(xime preteritum) ad facies dicte possessionis Therd, ac villarum Charamida Zolth prodanesth Thorfalwa Gladna alterius gladna Banya Igazfalwa Romanesth Hewg(est) Begyesth Mothnik pwrfelsewpwr et Dragzenesth vocatarum omnino in Comitatu Themesiensi existencium habitas vicinis et commetaneis earundem Inibi (legittime convocatis) signanter Benedicto et Georgio Bekes de Endred ac Gregorio de Bethlem Castellani castri Zidowar nominati nec non ladizlao de Zlatina et presentibus accedendo Introdux(issent prefato)s petrum desy de Themsel ac Nicolaum de Balwtha Indominium earundem Statuissentque easdem eisdem simulcum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet ..... donacionis Titulo perpetuo possidendas nullo penitus contradictore apparente infaciebus ..... possessionum quam expost coram nobis legittimis diebus et horÿs Ibidem (moram) faciendo. In cuius Rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales pendentis et autenticy Sigillj nostri munimine roboratas duximus (conced)endas. Datum per manus magistri Johannis de Gywla Lectoris Socy et concanonici nostri quinto decimo die diej Introduccionis et Statucionis prenotat(ati). Anno domini Supradicto : presentibus ibidem honorabilibus dominis demetrio Cantore Mar(tino) Custode Magistris Martino de Zombor Mathia de Buda Stephano de (Gyantha) ceterisque Canonicis fratribus nostris in dei Ecclesia saluis existentibus.

(Eredetije hártyán a gyulafehérvári káptalan levéltárában. Cista Thorden. Fascicul. 7. No 32. Sok helyen a penész emésztette az okmányt, pecsétjéről csak a zöld-vörös zsinór maradt meg.)

318.

C° propria d^ni Regis.

1466. október 24-én.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie Commendamus, Tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis, Quod Fidelis noster, Nobilis Nicolaus de A l s o g l a d n a in sua, ac Mladen et Marci filiorum suorum personis, nostre Maiestatis veniendo in presenciam, Exhibuit nobis quasdam literas fidelis nostri, Magnifici Michaelis Orzag de Gwth Regni nostri Hungarie predicti palatini In papiro, patenter confectas, Sigillo suo quo vtitur a tergo impressiue consignatas, quibus mediantibus, Nobilis petrus de dees, medietatem cuiusdam predÿ sui A l s o g l a d n a vocati in Comitatu Themesiensi existentis habitam, Simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, antefatis Nicolao ac Mladen et Marco filÿs suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis in perpetuum dedisse et contulisse dinoscitur, Tenoris infrascripti, Supplicando prefatus Nicolaus suo ac aliorum quorum supra nom(ini)bus nostre Maiestati humiliter, vt nos prescriptas literas et omnia in eis contenta ratas et gratas habendo, premissis, donacioni et collacioni, omnibusque, alÿs et singulis, in tenore huiusmodi literarum contentis, nostrum Regium consensum prebere dignaremur pariter et assensum, Quarum quidem literarum Tenor talis est. Nos Michael Orzag de Gwth Regni Hungarie palatinus et Judex comanorum Memorie Commendamus per presentes, Quod petrus de Dees, Onera et quelibet grauamina Johannis fily sui super se assumpmendo coram nobis personaliter constitutus sponte confessus est in huncmodum, Quomodo ipse pensatis et diligenter consideratis diuturnis seruicÿs ac multimodis conplacencÿs Nobilis Nicolai de A l s o g l a d n a familiaris sui, quibus se ipsum sub locorum et temporum varietate, eidem gratum exhibere studuit pariter et acceptum, Horum

intuitu quandam medietatem cuiusdam predÿ porcionem scilicet suam alsogladna vocatam in Comitatu Themesiensi existentis, habit*am*, Simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, Terris scilicet arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis fenetis Siluis Nemoribus Rubetis Montibus vallibus, aquis fluuÿs aquarumque decursibus, Molendinis et Molendinorum locis et generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis ad huiusmodi medietatem predÿ rite et legittime spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus, eidem Nicolao de Alsogladna, et per eum Mladen ac Marco filÿs suis heredumque suorum successoribus dedisset donasset et contulisset, ymmo dedit donauit et contulit coram nobis Jure perpetuo et Irreuocabiliter tenendam possidendam pariter et habendam, nullum Jus nullam ve Juris sew dominÿ proprietatem sibi in eadem reseruando, sed totum Jus et omne dominium quod ipse in ipsa medietate dicti predÿ habuisset in prefatum Nicolaum de alsogladna et suos heredes transferendo, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum Bude feria quarta proxima post festum beatorum vndecim Milia virginum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Sexto, Nos igitur humilibus supplicacionibus antefati Nicolai per eum nostre modo quo supra porrectas Maiestati Regia benignitate exauditis et clementer admissis, prefatas literas dicti Michaelis Orzag palatini, non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, presentibusque literis nostris de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas, quo ad omnes earum continencias clausulas et articulos eatenus, quatenus eedem rite et legittime sunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur ratas et gratas habendo, premissis donacioni et collacioni, omnibusque alÿs et singulis superius in Tenore prescriptarum literarum contentis, nostrum Regium consensum prebuimus, ymmo prebemus beniuolum pariter et assensum, Saluo Jure alieno, Harum nostrarum, quibus Sigillum nostrum secretum, qua vtimur est appensum vigore et Testimonio literarum mediante, Datum Bude, feria sexta proxima, post festum vndecim Milia Virginum Anno domini Millesimo Qua-

dringentesimo Sexto, Regni nostri anno Nono, Coronacionis vero tercio.

(Eredetije ép hártyán, melyről csak a pecsét leszakadt, a gyulafehérvári káptalan levéltárában, Centuria XX. 45. szám.)

319.

1469. deczember 18-án.

Nos Thomas de Maythen Administrator et Conventus Monasterÿ Sancti Regis Stephani de Zenth Jog, Memorie commendamus per presentes, Quod Georgius filius condam petri Mayosi de pelbarthyda ab vna, parte vero ex altera Nobilis domina Elena vocata Relicta condam Mathkonis de Jobagh, coram nobis personaliter constituti, per eosdem sponte confessum extitit in huncmodum Quomodo ipsi racionabilibus ex causis in quibusdam porcionibus ipsorum possessionarÿs talem inter se fecissent permutacionem perpetue duraturam Quod prefata domina Elena totales porciones suas possessionarias in possessione Apacza vocata in Comitatu de Crasso existente habitas cum cunctis et singulis ipsorum vtilitatibus terris vtputa arabilibus cultis et incultis Siluis Nemoribus Aquis fluuÿs Molendinis, Aquarumque decursibus, et generaliter cunctis vtilitatum integritatibus ad easdem de Jure spectantibus et pertinere debentibus, prefato Georgio Mayosi dedisset et contulisset Econuerso autem prefatus Georgius Mayosi totales porciones suas possessionarias in possessione Kozmafalua vocata In Comitatu Byhariensi existente habitas, alias per eundem Georgium Maÿosÿ sed et Ladislaum similiter Mayosÿ fratrem eiusdem Georgÿ, eidem domine Elene, vigoribus literarum honorabilis Capituli Ecclesie Waradiensis fassionalium Impignoraticiarum superinde confectarum, In pignus obligatas, similiter cum cunctis et singulis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis Siluis Nemoribus Aquis piscaturis fluuÿs fenetis ac alÿs cunctis ipsarum vtilitatibus ad easdem spectantibus et pertinere debentibus prefate domine Elene dedisset donasset et assignasset, ymmo dederunt donarunt et sibi invicem per-

mutarunt nostri in conspectu Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, Assummendo nichilominus et obligantes se partes predicte sese mutuo et vicissim in pacifico dominio dictarum porcionum possessionariarum semper et vbique contra quoslibet Juridice impeditores conseruare tenere et expedire proprÿs ipsorum laboribus et expensis, Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria secunda proxima ante festum beati Thome apostoli Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Nono.

(Eredetije vízfoltos papiron a gr. Erdődy-család galgóczi levéltárában. Hátán pecsét nyoma. Ladula 72. fascicul. 2. No 21.)

320.

1470 körül.

Nos Capitulum Ecclesie Transsyluane. Memorie commendamus. Quod Nobilis Jacobus de Maczkas Castellanus Castri Zydowar[1]) pro se personaliter. Onera vero et quelibet grauamina Johannis fily sui de eadem in subscriptis super se assumendo, nostram personaliter veniens in presenciam dixit et sponte confessus est in hunc modum. Quod exquo ipse temporibus retroactis pro suis necessitatibus eotunc ipsum urgentibus euitandis, certa bona, nonnullasque res et pecunias. Nobilis Emericj de dicta Maczkas, filÿ condam Jacobi filÿ Emericj de Balwasnicza priuigni sui in valorem Trecentorum florenorum auri limitando se extendentes expenderit ac consumpserit. In recompensam igitur tantj beneficÿ a..... rerumque ac bonorum, nec non pecuniarum premissarum per eum modo premisso erogatarum gratifi(cacione sa)tisfacere cupientes totales possessiones suas Dragotenfalwa. Chynte, et Perle (Dobrogeste) porciones possessionarias in possessionibus Maczkas, Tews, Tinkowa, Perle (Kyspatak), Czwta, Zazesth, Rug(ino)z, Toplicza, Lewrgyz, Zekas, Alb, ...Sebes parcium inferiorum Regni Hungarie districtibus existentibus habitas. Simul cum ..... vtilitatibus et pertinencÿs, vide-

[1]) Macskásy Jakab zsidóvári várnagy volt 1470. és 1478. évben.

licet Terris arabilibus cultis et incultis, Siluis, nemoribus, p..... Et generaliter quarumlibet vtilitatum integritatibus, et pertinencÿs quouis nomine censeantur ad (prefatas....) possessiones ac porciones possessionarias de Jure spectantibus et pertinere debentibus, memorato Emerico de Maczkas pro predictis Trecentis florenis auri plene vt dixit expositis infra tempus redempcionis pignori obligasset, nostrique obligauit in presencia Talimodo, vt dum et quando ipsum Jacobum de Maczkas et Johannem filium eiusdem ab hac vita decedere contigerit, heredesque et fratres seu consanguinei aut posteritates pretactas possessiones et porciones possessionarias ab eodem Emerico vel heredibus suis redimere voluerint, Non aliter easdem possessiones et porciones possessionarias a predicto Emerico aufferre possint ac valeant donec primitus de dictis Trecentis florenis auri puri dicto Emerico de Maczkas vel suis heredibus satisfactum fuerit plene cum effectu. Annotatusque Emericus de Maczkas et sui heredes leuatis ab eisdem predictis Trecentis florenis auri omni difficultate semota liteque quauis relegata easdem possessiones ac porciones possessionarias remittere et resignare debeant et teneantur. Harum nostrarum vigore et testimonio.

(Egyszerű másolat a XV. század végéről, a gyulafehérvári káptalan levéltárában. Cista Zaránd. Fascicul 2. No 62. Szűette, rongált fogalmazat.)

321.

Comissio propria Domini Regis.

1470. január 4-én.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos consideratis fidelitate, et seruicÿs fidelibus fidelis nostri Jacobi de Matskás per eum primum Sacre huius Regni nostri Hungarie Corone, Tandemque Maiestati nostre exhibitis, Possessiones I g a z o, K r i w i n a, et M i k u l e s t, vocatas in Districtu Sebes existentes habitas, in quorum pacifico Dominio idem Jacobus Matskás Progenitores suos ab antiquo perstitisse, seque persistere asserit eciam

de presenti. Item Totum et omne Jus nostrum Regium, si quod in eisdem Possessionibus qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque Causis, vÿs, modis, et racionibus concernerent Maiestatem, simul cum Cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, Terris scilicet arabilibus, Cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, foenetis, campis, siluis, nemoribus, virgultis, rubetis, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promonthorÿs, aquis, fluuÿs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, Molendinis, molendinorumque locis, et generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, sub ipsarum veris metis et antiquis, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, memorato Jacobo de Matskas, et per eum Emerico, Ladislao, et Johanni filÿs suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, Noue nostre donacionls titulo dedimus, donauimus, et contulimus. Imo damus, donamus, et conferimus. Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas. Saluo Jure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas in formam Priuilegÿ redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria quinta proxima post festum Circumcisionis Domini, Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo. Regni nostri Anno duodecimo, Coronacionis vero sexto.

(Huszti András másolata a tinkovai Macskási-család levéltárában, 889. szám.)

322.

1470. márczius 10-én.

Capitulum Ecclesie Orodiensis, Omnibus Christifidelibus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, Salutem in omnium Saluatore, Ad vniuersorum harum serie noticiam volumus peruenire. Quod Nos Literas Introductorias et Statutorias Serenissimi Principis Domini Mathie Dei gracia Regis Hungarie, Bohemie etc. Domini nostri naturalis, Summa cum reuerencia recepimus in hec verba: Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris Capitulo Orodiensi, Salutem et graciam, Cum nos consideratis

fidelitate, et seruicÿs fidelibus, fidelis nostri Jacobi de Matskas, per eum primum sacre huius Regni nostri Hungarie Corone, Tandem quoque Maiestati nostre exhibitis, Possessiones Igazo, Kriwina et Mikulest vocatas in Districtu Sebes existentes et habitas, in quarum pacifico dominio, idem Jacobus Progenitores suos ab antiquo perstitisse, seque persistere asserit eciam de presenti, Item Totum et omne Jus nostrum Regium, si quod in eisdem Possessionibus qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque Causis, Vÿs, modis, et racionibus concernerent Maiestatem, Simul cum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, memorato Jacobo de Matskas, et per eum Emerico, Ladislao et Johanni filÿs suis, Ipsorumque heredibus et Posteritatibus vniuersis, vigore aliarum literarum nostrarum Donacionalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus. Velimusque eosdem in Dominium earundem et Noui Juris Nostri Regÿ, per Nostrum et vestrum homines legitime facere Introduci. Ideo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes Tatar, aut Ladislaus Gamath (helyesen: Gámán) de Byzere, vel Johannes Floka dictus de Negotesth, alÿs absentibus, homo noster ad facies predictarum possessionum Igazo, Kriwina, et Mikwlest, vicinis et commetaneis eorundem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, Introducat memoratum Jacobum, et alios prescriptos in Dominium earundem, Statuatque easdem et idem eisdem, simul cum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, premisse nostre Donacionis titulo perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum, Contradictores vero, si qui fuerint, Euocet ipsos Contra annotatos Jacobum Emericum, Ladislaum et Johannem nostram personalem in presenciam, ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorundem reddituros, Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem, simul cum Contradictorum et Euocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et Commetaneorum, qui premisse Statucioni intererunt Nominibus, Terminumque assignatum, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis, Datum Bude

feria quinta proxima post festum Epiphaniarum Domini, Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo. Regni nostri Anno duodecimo, Coronacionis vero sexto. Nos igitur mandatis Regie Serenitatis in omnibus obedire cupientes, vt tenemur, vnacum Johanne Floka de Negotesth, Homine scilicet Regio predicto, unum ex nobis videlicet honorabilem Magistrum Mathiam de Doboka, Socium et Concanonicum nostrum, ad premissas Introduccionem et Statucionem faciendam, Nostro pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui tandem exinde ad Nos reuersi, Nobis concorditer retulerunt, Quod ipsi in festo beati Mathie Apostoli proxime preterito et alÿs diebus ad id aptis ac sufficientibus, ad facies predictarum Possessionum Igazo, Kriwina et Mikulest vocatarum in dicto Districtu Sebes existencium habitarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis, signanter Johanne et Nicolao de Muthnok, et Ladislao de Byzere, vt presentibus accedendo, Introduxissent memoratum Jacobum de Matskas, ac Emericum, Ladislaum et Johannem, filios eiusdem, in dominium earundem, Statuissentque easdem eisdem, simul cum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, premisse sue Regie Donationis Titulo, perpetuo possidendas, Nullo penitus Contradictore apparente, Tam in facie prescriptarum Possessionum, quam eciam expost, Coram nobis, legitimis diebus et horis expectantibus, In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes Literas Nostras Priuilegiales pendentis et authentici Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum per manus Magistri Johannis Lectoris, Socÿ et Concanonici nostri, quinto decimo die dicti Introduccionis et Statucionis prenotatarum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo supradicto Presentibus ibidem honorabilibus Dominis, Ambrosio Cantore, Stephano Custode Magistris: Martino de Zsombor, Altero Martino de Jenő, et Michaele de Kovátsi Ceterisque Canonicis fratribus nostris, in dei Ecclesia Regi sempiterno iugiter famulantibus.

(Huszti András másolata a tinkovai Macskási-család levéltárában, 889. szám.)

323.

1470. június 12-én.

Nos Jacobus Maczkas ac Johannes More, et Vasa Castellani Castri Sydowar Memorie commendamus per presentes quod nos in sede nostra Judiciaria vnacum Nobilibus comprouincialibus Sedis lugas sedissemus, ab vna parte Jacobus de Marga, parte vero altera Sandrinus Sysman, nostram veniens in presenciam, per eundem Jacobum extitit in hunc modum, quod ipse tempore Michaelis ac Stephani de Mothnok Banis Zewriniensibus, vnacum Sandrino fratre in Castro Zewriniensi fuissent Castellani, tunc dictus Sandrinus Syman (igy) de porcione sua prouentus eiusdem Castri triginta duos florenos Auri recepisset et abstulisset, qui quidem Sandrinus, coram nobis extitit in hunc modum, quod ipse de porcione eiusdem Jacobi plus non recepisset nisi viginti duos florenos Auri, hÿs auditis nos unacum dictorum Nobilibus conprouincialibus, disposuimus et ordinauimus, vt predictus Sandrinus Sysman, predicto Jacobo decem et Nouem florenos Auri soluere teneretur, Id ambe partes ad disposicionem et ordinacionem prefatorum Nobilium conprouincialium, contenti extiterunt, Nosque vnacum prenominatorum Nobilium comprouincialium pro sulucione dictorum florenorum Sandrino terminum asignamus, terminoque adueniente sepe dictus Sandrinus, prenotatos florenos Jacobo marga deponere non poterit, sed in tribus possessionibns porcionarÿs videlicet Bozyas, Ohaba, felsew Borzas, vocatas, eidem Jacobo marga, predictos florenos asignabat, hys visis et auditis Martinus Thewrsewk frater et consanguineus eiusdem Sandrini, contradixit, vt sepe nominate porciones possessionarie ipsum similiter concernerent sicuti Sandrinum Sysman, ad manus alienas prefatas porciones possessionarias intromittere non vellet, sed ipse, prenominatis florenis pro dictis porcionibus possessionarÿs videlicet Bozyas, Ohaba, felsew Borzas deponere vellet, ita dum et quando fratres eiusdem Martini Thewrsewk redimere vellent extunc Idem Martinus, dictas porciones possessionarias remittere debeat et teneatur, tunc sepedictus Marti-

nus decem et Nouem florenos coram nobis prenominato Jacobo marga plene et integraliter deposuit et soluit testimonio presencium mediante Datum in Sydowar feria tercia post festum penthecostes Anno domini Millesimo CCCC° Septuagesimo.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási-család ltárában, (?) csom., 883. darab. Szöveg alatt apró pecsét fehér viaszban. — Kiadtam Szörény vármegye oláh kerületei czímü értekezésemben.)

324.

C° dni Regis.

1471. február 12-én.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos propter fidelia seruicia, quo nobis fidelis noster Stephanus filius condam Dionisÿ de Muthnok, et Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone, ac condam Illustri principi domino Johanni de Hunyad Gubernatori eiusdem Regni nostri Genitori nostro carissimo felicis reminiscencie, in nonnullis exercituum contra Seuissimos Thurcos crucis christi persecutores motorum expedicionibus, pervigili cura et sollicitudine indefessa persone et rebus suis fortune casibus submittendo cum sui sanguinis effusione constanter exhibuit, presertim quod condam laad frater ciusdem Stephani carnalis in conflictu cum eisdem Turcis, prope mare habito pugnando interÿt, Quandam Siluam laznа vocatam, in districtu Karansebes habitam In cuius pacifico dominyo Idem Stephanus prefatum Dionisium patrem suum ex donacione dicti domini genitoris nostri perstitisse, seque persistere asserit eciam de presenti, Item totum et omne Jus nostrum Regium si quod in eadem Silua, qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis vÿs modis et racionibus concerneret Maiestatem, Simul cum aquis et alpibus ad eandem pertinentibus, sub suis veris metis et antiquis, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, Memorato Stephano de Muthnok et per eum Zeyk et Sandrino de eadem fratribus suis carnalibus, Ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, noue nostre donacionis titulo dedimus, donauimus et contulimus Immo damus donamus et conferimus, iure per-

petuo et irreuocabiliter tenendam possidendam pariter et habendam Saluo Jure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Quas in formam nostri priuilegy redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate, datum Bude feria tercia proxima ante festum beati Valentini martiris Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Regni nostri anno tredecimo, Coronacionis vero Septimo.

(Eredetije hártyán a gyulafehérvári káptalan levéltárában. Cista Zarandiensis Fascicul 2. No 70. Szöveg alatt a vörös viaszba nyomott pecsét már lehullott.)

325.

1471. deczember 21-én.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos qui diuina nobis suffragante clemencia sceptra gubernamus regalia, et eorum principatui aspice deo fideliter presedemus, cunctorumque nobis fidelium fidelitates et actus stennuos prouida consideracione, pensari, et ipsis proinde ex innata nobis liberalitate Regia condigno premio solemus elargirÿ, Recensentes, et in regalibus precordÿs reuoluentes, preclaras fidelitates, et laude digna obsequia fidelium nostrorum Magnifici Michaelis Orzag de Gwth, dicti Regni nostri Hungarie palatini, et Egregÿ Johannis Ongor de Nadasd Aulici nostri per eos Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone, nostreque maiestati sub locorum et temporum varietate iuxta ipsorum possibilitatis exigenciam exhibitis, et impensa, volentes eis propterea Regio occurrere cum fauore Castellum hodos appellatum simulcum Opido similiter hodos vocato, ac possessionibus Boldor, Thornyafalwa, Balÿasfalwa, Kapolna, Kerezthfalwa, Balasfalwa, Koporyas, Monczafalua, Zthanafalwa, Nandorthelek, Wÿdafalwa, Wÿkegh, Romanfalwa, Berendefalwa, Gosthefalwa, Braczafalwa, Salamonfalwa, Wÿfalw, Zekes, Zenas-Zeeg, Ibazo, Rwgacz, Kyshodos, Belebwr, Neglanosfalwa, Draganfalwa, vtrisque Chaba, Grwon, Barakerthweles, et Gwnczafalwa, cum pertinencÿs

in Themesiensi, ac medietates oppidj Zeer et possessionum Gew et Zegh, nec non possessiones Themerken, Magacz, Sap, Zenthandras cum pertinencÿs Zenthes, Zenthgyewrgh, Aÿnÿas, Kertwelyes in Chongradiensi, Necnon Geredkwtha, Deregheghaz, Beree, et Korhan similiter cum pertinencÿs in eodem Chongradiensi, Item Castellum Zewdy nuncupatum, cum oppido similiter Zewdy, ac opidum Zenthpal cum possessionibus Haromfÿwlw, dezk, Geleth, Kwlp, Menefÿw, Bÿke, Bodorlaka, et Ethwenablaka, cum pertinencÿs, Item opidum Machalaka, ac possessiones phyleptheleke, Elsewbethkwtha, Sÿmand, Erdeglyka, Haromolmos, Remethe, Bosthos, halmos et Bykes, similiter cum pertinencÿs ac Kaza, vtrasque Zabrany, Nyarrew, Cheralya, Kyshodos, Cherfalwa, hydegfew, Keer, et Arokÿ in Orodiensi, ac Kwthos cum pertinencÿs in Chanadiensi, item oppidum Agyagos cum pertinencÿs, Aliud oppidum Mylos cum districtu et eius pertinencÿs, Tercium oppidum Zewnyes cum possessionibus Erosmeg, Chÿthorowcz, alia Chythorowcz et Zoplakorwcz, cur pertinencÿs, Item opidum peterfalwa, ac possessiones Kozmafalwa, Galanfalwa, Warasfalwa, Howalfalwa, Zÿdanÿcza, vtrasque Nezebeer, Wegh et Ach cum pertinencÿs in de Crasso, Item opidum Borlod cum possessionibus prothozyncz, Bozyas et Zenthgyergh cum pertinencÿs in de Kewy Comitatibus existentes, et habitas, que alias condam Stephani fily pose de Zeer, prefuisse, sed per defectum seminis eiusdem, ad Sacram dicti Regni nostri Hungarie Coronam nostramque maiestatem iuxta antiquam et approbatam eiusdem Regni nostri consuetudinem rite et legittime deuoluta esse perhibentur, Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, Terris scilicet Arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis Campis fenetis Siluis Nemoribus Montibus vallibus vineis et vinearum promontorÿs, Aquis, fluuÿs, piscaturis piscinis, aquarumque decursibus, Molendinis et Molendinorum locis, Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo

vocitatis Ad eadem Castella, Oppida et possessiones de Jure spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, Memoratis Michaeli Orzag palatino et ladislao filio eiusdem, necnon Sigismundo et Emerico condam Johannis similiter Orzag, filÿs nepotibus scilicet ipsius Michaelis palatini, et laurencio filio Johannis Orzag fratris vterinj annotati palatini, quo ad vnam, Item Johanni Ongor de Nadasd, ac ladislao et Nicolao fratribus eiusdem carnalibus, quo ad aliam, directas et equales medietates, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, dedimus, donauimus et contulimus, ÿmmo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendas, possidendas, pariter et habendas. Saluo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Quas in formam nostri priuilegÿ redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate, datum Strigonÿ in festo beati Thome Apostoli Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, Regni nostri Anno quartodecimo, Coronacionis vero octauo.

(Mátyás király 1475. évi átiratából.)

326.

1471. deczember 21-én.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris Capitulo ecclesie Orodiensis, Salutem et graciam, Cum nos consideratis fidelitate et laudedignis obsequÿs fidelium nostrorum Magnifici Michaelis Orzag de Gwth dicti Regni nostri Hungarie palatini, et Egregÿ Johannis Wngor de Nadasd, Aulici nostri, per eos, Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone, nostreque maiestati, sub locorum et temporum varietate, iuxta eorum possibilitatis exigenciam exhibitis et impensis, volentes eis propterea regio occurrere cum fauore, Castellum hodos appellatum simulcum opido similiter hodos vocato, ac possessionibus Boldor, Thornÿafalwa, Balÿasfalwa, Capolna, Keresthfalwa, Balasfalwa, Koporyas, Monczafalwa, Ztanafalwa, Nandorthelek, Wydafalwa, Wykeegh,

Romanfalwa, Berendfalwa, Gosthefalwa, Brachafalwa, Salamonfalwa, Wyfalw, Zekes, Zenaszek, Ibazo, Rugach, Kyshodos, Belebwr, Neghlanosfalwa, draganfalwa, vtrisque Chaba, Grwon, Barakerthwelgh, et Gonczafalwa cum pertinencÿs in Themesiensi, ac medietates opidi Zeer possessionum Gew et Zeegh necnon possessiones Themerken, Magacz, Sap, Zenthandras cum pertinencÿs, Zenthes, Zenthgergh, Aÿnÿas, Kerthweles in Chongradiensi, necnon Geredkwtha, deregeghaz, Berche et Korthan similiter cum pertinencÿs in eodem Chongradiensi, Item Castellum Zewdy nuncupatum cum oppido similiter Zewdy, ac oppidum Zenthpal cum possessionibus haromfylw, deczk, Geled, Kewlp, Menesy, Byke, Bodorlaka et Wthwenablaka cum pertinencÿs, Item oppidum Machalaka, ac possessiones philepteleke, Elsewbethkwtha, Symand, Erdeghlyka, haromolmos, Remethe, Bosthos, halmos et Bykes, similiter cum pertinencÿs, ac Kasa vtrasque Zabrany, Nyarrew, Cheralya, Kyshodos, Cherfalwa, hydeghfew, Ker et Aroky In Orodiensi, ac Kwthos, cum pertinencÿs, in Chanadiensi, Item oppidum Agyagos cum pertinencÿs, Aliud oppidum Milos cum districtu et eius pertinencÿs, Tercium opidum Zewnes, cum possessionibus Erosmegh, Chitharowcz, Alia Chytharowcz et Zoplakorwcz, cum pertinencÿs, Item opidum petherfalwa, ac possessiones Kozmafalwa, Galanfalwa, Warasfalwa, Zÿdanÿcza, vtrasque Nezebeer, Wegh et Ach cum pertinencÿs in de Crasso, Item opidum Borlod cum possessionibus prothosÿncz, Bozyas et Zenthgergh cum pertinencÿs in de Kewy Comitatibus existentes et habitas, que alias condam Stephani fily pose de Zeer prefuisse, sed per defectum seminis eiusdem ad Sacram dicti Regni nostri Hungarie Coronam, nostramque maiestatem, Juxta antiquam et approbatam eiusdem Regni nostri consuetudinem rite et legittime deuoluta esse perhibentur, Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, sub suis veris metis et antiquis premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus,

Memoratis Michaeli Orzagh palatino, et ladislao filio eiusdem, necnon Sigismundo et Emerico condam Johannis similiter Orzagh filÿs Nepotibus videlicet ipsius Michaelis palatini et laurencio filio Johannis Orzagh fratris vterini annotatj palatini quo ad vnam, Item Johanni Wngor de Nadasd ac ladislao et Nicolao fratribus eiusdem carnalibus, quo ad aliam directas et equales medietates, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium, exinde confectarum, in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem per nostrum et vestrum homines, in dominium eorundem et earundem legitime facere introduci. Ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, Quo presente Georgius paruus de Zanthotelek, aut petrus Mezew, vel Thomas de Zenthlazlo, alÿs absentibus homo noster, de Curia nostra Regia ad Id specialiter transmissus, Ad facies dictorum Castellorum hodos et Zewdi appellatorum consequenterque prescriptorum opidorum et possessionum ad eadem Castella pertinencium, vicinis et commetaneis eorundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, Introducat prefatos Michaelem Orzagh palatinum, et Johannem Wngor ac alios prenominatos, in domynium eorundem et earundem Statuatque eadem et easdem, eisdem, simulcum cunctis ipsorum vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet premisse nostre donacionis titulo ipsis incumbentibus perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, Euocet eosdem contra annotatos Michaelem Orzagh palatinum, et Johannem Wngor, ac alios prenotatos nostram personalem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et Euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis, datum Strigonÿ in festo beati Thome Apostoli, Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo Regni nostri Anno quartodecimo, Coronacionis vero octauo.

(Mátyás király 1475. évi átiratából.)

327.

1472. április 5-én.

Capitulum ecclesie Orodiensis omnibus Christifidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatore, Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod nos litteras Introductorias et Statutorias Serenissimi principis domini Mathie dei gracia Regis Hungarie Bohemie etc. domini nostri naturalis, Summa cum reuerencia vt tenemur recepimus in hec verba. (Lásd Mátyás király 1471. évi igtatási parancsát 326. sz. alatt.) Nos igitur mandatis vestre Serenitatis in omnibus obedire cupientes vt tenemur vnacum prefato Thoma de Zenthlazlo homine vestre Serenitatis de Curia vestra regia ad Id specialiter transmisso vnum ex nobis, videlicet honorabilem Magistrum Georgium de Rabe, socium et concanonicum nostrum, ad premissas Introducionem et Statucionem faciendas, nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, Qui tandem ad nos reuersi nobis vniformiter retulerunt, Quod ipsi in dominica Ramispalmarum nunc proxime preterita, ac alÿs diebus ad Id aptis et sufficientibus ad facies dictorum Castellorum Hodos simulcum opido similiter hodos vocato, ac possessionum Boldor, Thornyafalwa, Balyasfalwa, Kapolna, Keresthfalwa, Balasfalwa, Coporÿas, Monczafalwa, Zthanafalwa, Nandortelek, Wydafalwa, Wykeegh, Romanfalwa, Berendfalwa, Gosthefalwa, Brachafalwa, Salamonfalwa, Wyfalw, Zekes, Zenaszegh, Ibazo, Kyshodos, Belebwr, Neglanosfalwa, draganfalwa, vtrisque Chaba, Grwon, Barakerthwelgh, et Gonczafalwa cum pertinencÿs ac medietates opidj Zeer et possessionum Gew et Zegh nec non possessionum Themerken, Magacz, Sap, Zenthandras, cum pertinencÿs, Zenthgyewrgh, Aÿnÿas, derekeghaz, Berche, et Chorthan similiter cum pertinencÿs, Item Castellum Zewdy nuncupatum sub opido similiter Zewdy, ac opidi Zenthpal, cum possessionibus haromfylw, deczk, Geled, Kewlp, Menesÿ, Bodorlaka, Item opidum Machalaka, ac possessiones philepthelek, Elsewbethkwtha, Symand, Erdeghlyka, haromolmos, Remethe, Bosthos, halmos et Bykes similiter cum pertinencÿs, ac Kasa,

vtrasque Zabrany, Nyarrew, Cheralya, Kyshodos, Cherfalwa, Hydeghfew, Keer, et Aroky, ac Kwthws cum pertinencÿs, Item opidum Agyagos cum pertinencÿs, Aliud opidum Milos cum districtu et eius pertinencÿs, Tercium opidum Zewnes cum possessionibus Erosmegh, Chytharowcz, alia Chitarowcz et Zoplakorwcz cum pertinencÿs, Item opidum Peterfalwa, ac possessiones Kozmafalwa, Galanfalwa, Warasfalwa, Howalfalwa, Zydanycha, vtrasque Nezeber, Wegh et Acz cum pertinencÿs, Item opidum Borlod cum possessionibus Prothozyncz, Bozyas[1]) et Zenthgergh cum pertinencÿs, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legittime conuocatis, signanter paulus Kaza Gerardus fekethew, Judices Gregorÿ Horwath, Gregorius Jako Judex Emerici de Zapolya, Michael Zantho Judex et officialis Stephani Romacza, Stephani farky et ladislai Tompa, Anthonius magnus philipus Zahad, venerabilis domini petrj Custodis ecclesie Albensis, petrus Mezew, lucas similiter Mezew Benedictus Bathyda, Andreas Wer officialis alter Andreas Zantho, Illustrissime domine Elizabeth, Genitricis Serenissimi principis domini Mathie Regis Hungarie etc. Johannes Brasso Reuerendi domini Johannis Episcopi ecclesie Chanadiensis, in personis eorundem, et presentibus accedendo, Memoratos Michaelem Orzagh palatinum et ladislaum filium eiusdem necnon Sigismundum et Emericum condam Johannis similiter Orzagh, filios, Nepotes videlicet ipsius Michaelis palatini et laurencium filium Johannis Orzagh, fratrem vterinum, annotati palatini, quo ad vnam, Item Johannem Wngor de Nadasd, ac Ladislaum et Nicolaum fratres eiusdem carnales, quo ad alia directas et equales medietates, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, in domynium eorundem et earundem statuissetque eadem et easdem, eisdem, Simulcum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencys quibuslibet premisse vestre donacionis titulo ipsis incumbentibus perpetuo possidendas, tenendas, fruendas, pariter et habendas nullo penitus contradictore inibi apparente, tam in faciebus dictorum Castellorum oppidorum et suaram pertinenciarum,

[1]) Vajjon nem a mai Báziás az Al-Dunánál?

quam eciam expost, coram nobis legittimis diebus et horis continuis ibidem perseuerando, Saluo semper Jure ecclesie nostre prefate. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras priuilegiales pendentis autenticj Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas, datum permanus Magistri Stephani de Kowazy lectoris socÿ et Concanonici nostri, Quintodecimo die diei Introduccionis et Statucionis prenotatarum. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, presentibus ibidem honorabilibus dominis Ambrosio Cantore, Stephano de Gyenthe Custode, Magistris Martino de Jenew, Michaele de Kowazy et ladislao de pankotha, Ceterisque Canonicis et fratribus nostris in dei ecclesia iugiter famulantibus.

(Mátyás király 1475. évi átiratából.)

328.

1473. június 28-án.

Capitulum Ecclesie Albensis Transyluanie, Memorie commendamus, quod Kopacz de Wad, ac Johannes Nicolaj de Nachas (így) nostram venientes in presenciam, exhibuerunt et presentauerunt Nobis quasdam Literas honorabilis Capituli ecclesie Orodiensis generaliter confectas, petentes nos debita cum instancia, vt easdem de verbo ad verbum literis nostris patentibus transscribi et transsumpmi faceremus, vberiorem futuram ipsorum ad cautelam, quarum tenor talis est.

(Lásd az orodi káptalan jelentését 1411. évről, 187. sz. alatt.)

Nos itaque iustis et legitimis peticionibus dictorum Kopaz de Wad et Johannis de M a t s k a s fauorabiliter inclinati prescriptas literas Capituli dicti Orodiensis priuilegialiter emanatas, presentibus literis nostris patentibus, de verbo ad verbum transscribi et transsumpmi facientes, sine diminucione et augmento aliquali, Jurium ipsorum vberiorem ad cautelam, (így — itt stilaris hézag van). Datum in vigilia festi beatorum Petri et Pauli Apostolorum, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo tercio.

(Huszti irata a Macskási-család levéltárában.)

329.

Commissio propria dni Regis.

1475. június 3-án.

Mathias dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex Omnibus christifidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris Salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod nostrum venientes in conspectum fideles nostri, Magnificus Michael Orzag de Gwth predicti nostri Hungarie palatinus, in sua, ac Ladislai fily, necnon laurencÿ Johannis similiter Orzag fratris vterini suorum, personis, et Egregius Johannes Ongor de Nadasd exhibuerunt et presentauerunt nobis quasdam binas litteras vnas nostras Cirographo proprio, ac secreto Sigillo nostris, quo vt Rex Hungarie vtimur, impressiue consignatas, quibus mediantibus Nos Castellum h o d o s appellatum simulcum opido similiter h o d o s vocato ac possessienibus ad eadem pertinentibus in Themesiensi, nec non medietates opidi Z e e r ac possessionum G e w et Z e g, ac alias possessiones ad idem et easdem pertinentes in Chongradiensi, Item Castellum Z e w d y nuncupatum, cum oppido similiter Z e w d y, ac alio opido Z e n t h p a l necnon possessionibus et villis ad eadem spectantibus, ac opidum M a c h a l a k a et certas possessiones ad Idem pertinentes in Orodiensi, nec non possessionem K w t h o s in Chanadiensi, Item opidum A g y a g o s cum pertinencÿs, aliud oppidum M y l o s cum districtu et eius pertinencÿs, Tercium opidum Z e w n y e s, cum possessionibus ad Idem pertinentibus, Item similiter opidum p e t h e r f a l w a, ac possessiones ad Idem spectantes, in de C r a s s o, nec non opidum B o r l o cum certis possessionibus ad ipsum opidum pertinentibus, in de K e w y Comitatibus existens et habitas, nonnullas eciam alias possessiones et villas inferius in tenore earundem conscriptas, que alias condam Stephani fily pose de Zeer predicta prefuissent, sed per defectum seminis eiusdem ad nos et Sacram Coronam Regni nostri deuoluta et condescense extitissent, Memoratis Michaeli Orzag palatino, ac ladislao filio

eiusdem et laurencio filio Johannis similiter Orzag, quo ad vnam, Item prefato Johanni Ongor de Nadasd, quo ad aliam, directas et equales medietates, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis In perpetuum dedisse et contulisse dinoscuntur, Alias vero Capituli ecclesie Orodiensis, super legitima statucione prescriptorum Castellorum oppidorum villarum possessionum ac vtilitatum et pertinenciarum eorundem modo simili prefatis Michaeli palatino et laurencio, Nec non Johanni Ongor, eorumque heredibus vniuersis, nullo contradictore apparente facta, cum pendenti Sigillo, emanatas, tenorum infrascriptorum, supplicans nobis humiliter, quatenus easdem litteras, et omnia in eis contenta, ratas gratas et accepta habere, litterisque nostris priuilegialibus, de verbo ad verbum inseri faciendo approbare, ipsis, eorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, Innouando perpetuo valituras confirmare dignaremur, Quarumquidem litterarum, prime videlicet nostre donacionalis tenor talis est.

(Lásd Mátyás király levelét 1471. évről, 325. sz. alatt.)

Alterius vero tenor Is est.

(Lásd az aradi káptalan jelentését 1472. április 5-ről, 327. sz. alatt.)

Nos igitur premissis supplicacionibus annotatorum Michaelis palatini et Johannis Ongor, per eos in ipsorum ac aliorum quorum supra nominibus, nostre modo premisso porrectis Maiestati, Regia benignitate exauditis et clementer admissis, prescriptas litteras non abrasas non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, presentibus litteris nostris priuilegialibus de verbo ad verbum, Sine diminucione et augmento aliquali insertas, quo ad omnes earum continencias, clausulas et articulos, Eatenus quatenus eedem rite et legittime existunt emanate viribus que earum veritas suffragatur acceptamus approbamus et ratificamus, easque et omnia in eis contenta pro prefatis Michaele orzag de Gwth predicti Regni nostri Hungarie palatino, ac ladislao filio eiusdem, et laurencio filio Johannis orzagh, necnon Johanni Ongor de Nadasd, ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis, Innouando perpetuo valituras confirmamus, presentis scripti patrocinio mediante, Saluis Juribus alienis, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales, pendentis

auttentici dupplicis Sigilli nostri munimine roboratas, datum per manus Reuerendissimi in Christo patris domini Gabrielis ecclesiarum Colocensis et Bachiensis Archiepiscopi, Aule nostre Summi Cancellarÿ, dilecti et fidelis nostri, Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, Tercio Nonas Junÿ, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. decimo octauo, Bohemie vero septimo, Venerabilibus in Christo patribus dominis Johanne Strigoniensi, et prefato Gabriele Colocensi Archiepiscopis, Summis Cancellarÿs nostris, fratre Gabriele Transiluanensi, Waradiensi sede vacante, Osualdo Zagrabiensi, Sigismundo electo Quinqueecclesiensi, Alberto Wesprimiensi, demetrio Jauriensi, Nicolao de Bathor Waciensi, Thoma Nitriensi, Johanne Chanadiensi, Benedicto Boznensi, Sigismundo de palocz Electo Sirimiensi, Nicolao Electo et confirmato Thininiensi, ecclesiarum Episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus, Item Magnificis prefato Michaele orzag, predicti Regni nostri Hungarie palatino, Blasio Magyar Wayuoda Transiluano, et Comite Siculorum, Stephano de Bathor Judice Curie nostre, Mathyus de Maroth Machouiensi, Johanne Ernst Regni Sclauonie, Banis, Stephano de peren Thauarnicorum, Georgio de Thwrocz pincernarum, Thoma farkas dapiferorum Emerico de palocz Agazonum nostrorum Regalium Magistris, Nicolao filio Bani de Alsolyndwa, Comitate posoniensi, Alÿsque compluribus regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

(Eredetije hártyán a budai kam. levéltárban, NRA. 332. csomag, 3. szám. Fehér-vörös selymen függ az igen épen megőrzött, két oldalon nyomott nagy pecsét.)

330.

1476. szeptember 4-én.

Prudentes et Circumspecti Amici nobis honorandi Salutem decenti cum honore Misimus ecce ad vestras Amicicias Is Nobilem Jacobum Machkas Castellanum Castri Sydowar In certis Rectis et legacionibus satis arduis v. A. referendis Id circo rogamus A. v. presentibus diligenter, quatenus dictis et relatibus annotati Jacobi Machkas In referendis fidem adhibere velitis creditiuam tamquam proprys colloqueremus assa-

tibus Ex Nagzarus feria quarta ante festum Natiuitatis virginis gloriose. Anno domini Millesimo quadringentesimo LXX sexto.

Dominicus Bethlen de Ikthar
vicewayuoda Transiluanensis etc. [1])

(*Kivül:* Prudentibus et Circumspectis Magistro Civium Judicique et Juratisciuibus Ciuitatis Cibiniensis Amicis honorandis.)

(Eredetije papiron a szász nemzeti szebeni levéltárban. II. 248. Zárlatán zöld viaszos pecsét.)

331.

1477. szeptember 7-én.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Orodiensis, Salutem et graciam, Dicitur Nobis Inpersonis Egregiorum Ladislai et Stephani de Lossoncz Quodcum circa festum Sancte Lucie virginis proxime transactum, duo Jobagiones ipsorum exponencium, In p a n k o t h a Opido eorum residentes Ad possessionem Bathor pro quibusdam eorum negocÿs Ire habuissent, Tunc Laurencius de ders Castellanus Castri G y w l a, transmissis et destinatis suis familiaribus armatis et potenciarÿs manibus in ipsos Jobagiones dictorum exponencium eosdemque de sua libera via Ad possessionem S a m o l k e z ÿ importantes omnibus eorum rebus et Bonis expoliari fecisset, alios vero duo Jabagiones eorundem In J e n e w commorantes, in eadem possessione similiter omnibus rebus priuarifecisset, Item tempore In eodem, Idem Castellanus quendam Johannem de M a d a r a z familiarem dictorum exponencium, Insua libera via captiuari et ad eandem possessionem, deduci ac omnibus suis Rebus expoliatum diris verberibus affecifecisset Ceterum Iterum alios duos Jobagiones ipsorum de possessione A l d o f a l w a, in eorum libera villa euntes captiuari, et captos ad dictam possessionem deduci et spoliari fecisset, et conseruaret captos, vsquemodo potencia mediante, circa festum Concepcionis gloriose virginis Marie proxime elapsum, Nicolaus de B e r e n d, Castellanus Castri S o l ÿ m o s ac Georgius de eadem Berend, Castellanus

[1]) Egy 1468. évi oklevélben is alvajdának neveztetik.

Castri Mezth, necnon frater Emericus abbas Ecclesie de Bwlch, transmissis et destinatis Ladislao et Nicolao Koczor de Radna, dominico de Wÿfalw, ac Ceteris ipsorum familiaribus armatis et potenciarÿs manibus, Ad possessionem eorundem exponencium Kewed vocatam, In Comitatu de Zarand habitam, Ibique Sex Jobagiones ipsorum captiuari et cum eorum rebus et bonis vniuersis, captos abducifecissent et conseruarent captos vsque modo, preterea prefatus Laurencius de ders, Missis et destinatis, vtrisque Johanne de Ewlweth, Ceterisque suis familiaribus, Ad possessionem Zederken vocatam, Ibique quendam petrum lees dictum qui porcos suos ad Sÿmand ad Nondinas tunc ibi celebratas, depellere voluisset, Nullis suis culpis exigentibus, captiuari et ad dictam possessionem, Abducifecisset, Ibique vnum bonum porcum, et vnum florenum auri abeodem aufferifecisset, potencia mediante, In preJudicium et dampnum ipsorum exponencium manifestum. Superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum Quo presente Johannes et Gregorius de Zÿlas aut Ladislaus et Sÿmon wadas, dicti de Kemeche sin Matheus de Zÿlas sew valentinus de Segh, Alÿs absentibus homo noster, Scita prius premissorum mera veritate, Memoratos Laurencium de ders Nicolaum de Berend, et Alios prenominatos, Contra antefatos exponentes, Ad octauas festi beati Georgy martiris nunc venturi, nostram personaliter Euocet in presenciam, racionem de premissis reddituros, litispendencia si qua foret inter ipsos non obstante, Insinuando Ibidem eisdem ut siue ipsi Octauis in predictis, Coram dicta nostra personali presencia compareant, siue non, eadem ad partis comparentis Instanciam Id faciet in premissis, quod dictauerit ordo Juris, Et posthec huiusmodi Inquisicionis Euocacionis et Insinuacionis seriem, Cum Euocatorum Nominibus Octauas ad predictas vt fuerit expedienda, eidem nostre personali presencie fideliter Rescribatis, Datum Bude In vigilia festi Natiuitatis domini, Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.

(Az aradi káptalan 1478. évi jelentéséből.)

332.

1478. február 17-én.

Serenissimo principi domino Mathie dei gracia Regi Hungarie Bohemie etc. domino eorum naturali, Capitulum Ecclesie Orodiensis Oracionum suffragia in domino deuotarum, perpetua cum fidelitate, vestra Nouerit Serenitas nos litteras vestras Inquisitorias Euocatorias et Insinuatorias, nobis preceptorie sonantes summa cum Reuerencia recepisse in hec verba.

(Lásd Mátyás király 1477. évi levelét 331. sz. alatt.)

Nos igitur mandatis vestre Serenitatis in omnibus obedire cupientes vt tenemur vnacum Ladislao wadas de Kemeche homine vestre Serenitatis predicto, vnum ex nobis videlicet honorabilem Magistrum Thomam de Zederken socium et con-Canonicum nostrum ad premissas Inquisicionem Euocacionem et Insinuacionem faciendam nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, Qui tandem exinde ad Nos reuersi, nobis concorditer retullerunt, Quod ipsi die dominica proxima post festum Beate dorothee virginis proxime preterita et alÿs diebus ad Id aptis et sufficientibus, In Comitatu de Zarand pariter procedendo, Scita prius premissorum mera veritate, Idem homo vestre Serenitatis presente prefato testimonio nostro, prefatos Laurencium dersÿ Castellanum Castri Gywla, de possessione p a l E l e s ÿ officiolatu videlicet suo, ac Nicolaum de Berend, Castellanum Castri Solÿmos, de possessione M e z t h oficiolata similiter suo, necnon fratrem Emericum Abbatem Ecclesie de B w l c h de possessione sua W y l a k, ac vtrumque Johannem de Ewlueth de prefata possessione p a l E w l e s e officiolatibus scilicet ipsorum, possessionibus in eisdem habitis, contra annotatos exponentes, ad octauas festi Beati Georgÿ martiris nunc venturi, vestram personaliter Euocasset in presenciam Racionem de premissis reddituros efficacem, Litis pendencia, si qua foret inter ipsos non obstante, Insinuando Ibidem Eisdem vt siue ipsi octauis in predictis coram eadem vestra personali presencia compareant sine non, eadem ad partis comparentis instanciam Id faciet in premissis quod Juri

videbitur expediri. Datum duodecimo die diei Inquisicionis Euocacionis et Insinuacionis prenotatarum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo octauo.

(Eredetije papiron a gr. Erdödy-család galgóczi levéltárában. Zárlatán pecsét maradványa. Ladula 98. fascicul. 19.)

333.

1478. május 30-án.

Serenissimo principi domino Mathie dei gracia Regi Hungarie Bohemie dalmachie Croachie etc. domino eorum naturali graciosissimo Capitulum Ecclesie Orodiensis Oracionum suffragia in domino deuotarum perpetua Cum fidelitate vestra nouerit Serenitas nos literas viri Magnifici domini Comitis Stephani de Bathor Judicis Curie vestre Serenitatis Inquisitorias Euocatorias et Insinuatorias nobis Amicabiliter directas cum honore recepisse in hec verba Amicis suis Reuerendis Capitulo ecclesie Orodiensis, Comes Stephanus de Bathor Judex Curie Serenissimi principis domini Mathie dei gracia Regis Hungarie Bohemie dalmachie Croachie etc. Amiciciam paratam cum honore dicitur nobis inpersona venerabilis et religiosi fratris Emerici Abbatis ecclesie de Bwlch Quomodo circa festum beati Andree apostoli proxime preteritum Magnifici Stephanus et ladislaus de lossonch missis et destinatis Stephano wayda Oswaldo literato et Nicolao de pisk Nobilibus alÿsque pluribus familiaribus et Jobagionibus ipsorum armatis et potenciarÿs manibus ad possessionem dicti exponentis Hwzna vocatam in Comitatu Orodiensi existentem, Ibique Thomam pernÿe dictum Jobagionem eiusdem exponentis de domo suo extrahendo nece miserabili interfecissent Alios vero duos Jobagiones similiter eiusdem exponentis Gregorium Thokocza farbas nuncupatos in possessione sua Gyabarfalwa in eodem Comitatu existente residentes eotunc in iamfata possessione Huzna repertos, nullis ipsorum causis et demeritis exigentibus captiuari, captosque vinculatos ad Castrum ipsorum deznye vocatum in Comitatu de Zarand existens abduci et deportari abductosque in eodem Castro ipsorum, mancipatos Incarceratos tenerifacerent eciam de pre-

senti potencia mediante Tempore eciam in predicto prefati Stephanus et Ladislaus de Lossoncz de territorio dicte possessionis Hwzna Centum et Quinquaginta porcos grassatos eiusdem exponentis proprios ad dictum Castrum ipsorum dezny e abigi et depelli nonnullos ex eisdem in vsum ipsorum conuertendo reliquos quo ipsorum placuisset voluntati fecissent potencia mediante In preiudicium dicti exponentis et dampnum valde magnum, Superquo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Sigismundus aut dominicus vel ladislaus, siue Johannes de Bak, sin Blasius Zenthmÿklosÿ de Elleffalwa sew Stephanus de Chalya nam Nicolaus Rawazdy de Azzonlaka namque ladislaus de Bessenew neue Blasius Symandÿ de Chenthe, cew Johannes Myko de eadem, quippe Sebastianus de Nag Bessenew, preterea Ladislaus Orros de Latorÿan, Alÿs absentibus homo Regius Scita prius premissorum mera veritate Annotatos Stephanum et ladislaum de Lossoncz ac alios predictos Contra annotatam exponentem ad Octouas festi beati Jacobi apostoli nunc venturi Regiam Euocet in presenciam Racionem de premissis reddituros efficacem litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante Insinuando ibidem eisdem vt siue ipsi octauis in predictis coram dicto domino nostro Rege compareant siue non Nos ad partis comparentis instanciam Id faciemus in premissis, quod Juri videbitur expediri Et posthec huiusmodi Inquisicionis Euocacionis et Insinuacionis seriem cum nominibus Euocatorum vt fuerit expedienda octauas ad predictas dicto domino nostro Regi fideliter Rescribatis, datum Bwde feria Sexta proxima post festum beatorum Thyburcÿ et vallerianÿ martirum Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo. Nos igitur Amicabilibus peticionibus prefati domini Comitis Stephani de Bathor Judiciscurie vestre Serenitatis Annuentes vt tenemur vnacum Stephano de Chalya homine vestre Serenitatis predicto pariter in dictis literis prefati domini Comitis Stephani de Bathor inter alios nominatim prescripto vnum ex nobis videlicet honorabilem Magistrum paulum Cantorem socium et con-Canonicum nostrum ad premissa peragenda nostro pro testi-

monio transmisimus fidedignum Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retullerunt Quod ipsi die dominico proximo ante festum beati vrbani pape proxime preteritum in Comitatu de Zarand pariter procedendo ab omnibus nobilibus et Ignobilibus dicti Comitatus hominibus A quibus decens et opportunum fuisset palam et occulte de ..... omnia premissa et omnium premissorum singula sic facta fuisse resciuissent quemadmodum predicto domino Comiti Stephano de Bathor dictum extitisset, et sicut tenor literarum eiusdem Judicis curie vestre Serenitatis per omnia contineret prescriptarum habitaque huiusmodi Inquisicione Idem homo vestre Serenitatis dicto testimonio nostro presente die in eadem Memoratos Stephanum et ladislaum de Lossoncz de Opido ipsorum p a n k o t h a predicto contra annotatum exponentem ad octauas festi beati Jacobi Apostoli nunc venturi vestram Regiam Euocasset in presenciam Racionem de premissis reddituros efficacem litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante Insinuandoque eisdem ibidem vt siue ipsi octauis in predictis coram vestra Regia maiestate compareant siue non eadem ad partis comparentis instanciam Id faciet in premissis quod Juri videbitur expediri Datum septimo die diei Inquisicionis et Insinuacionis prenotatorum Anno domini supradicto.

(Eredetije papiron a gr. Erdődy-család galgóczi levéltárában. Zárlatán pecsét. Régi signatura Cistula 49. fasc. 11. No 3.)

334.

1478. július 9-én.

Nos Johannes Erdő et Dominicus Bethlen Bani Zeurinyenses, Memorie commendamus Tenore presencium significantes, Quod Nobilis vir Jacobus de Matskas, nostram veniens personalem in presenciam, Nobis significare curauit in hunc modum: Quodquia pristinis diebus filia cuiusdam Zacharie de Matskas, fratris scilicet sui Condiuisionalis, per seuissimos Turcas, Capta et abducta fuerat. Quam nobilem puellam genitrix eiusdem videlicet, Relicta ipsius quondam Zacharie redimere cupiens, vniuersas porciones suas possessionarias, in pos-

sessionibus Matskas predicta, ac Csuta, Tövis, Tinkowa, et Perlö vocatis, omnino in Districtu de Karansebes existentes habitas, Egregio quondam Michaeli de Muthnok pro viginti florenis Auri impignorauerat, cum cunctis earum vtilitatibus. Quas quidem porciones possessionarias, Jam quondam egregius Michael de Muthnok, et per eum Domina Angalit Relicta eiusdem, a multis Temporibus tenuisse dinoscebantur, eisdemque vsos fuisse..... videbantur. Voluitque ipse Nobilis Jacobus de Matskas, quod predicte Porciones possessionarie per exteras manus de Cetero non teneantur. Ipsam Nobilem Dominam ad Tollendos predictos viginti florenos, et Remittendas predictas Porciones possessionarias Coram nobis ammonuit. Que quidem Domina Angalith, talismodi Ammonicionibus in predictum Nobilem Jacobum de Matskas factis, beneuole consenciens, predictos viginti florenos Auri, leuando et tollendo, ipsas Porciones possessionarias, annotato Nobili Jacobo de Matskas plenarie et effectiue remisit, Coram nobis, manus suas ex ipsis penitus excipiens, harum nostrarum literarum Testimonio mediante. Ex Karansebes feria quinta proxima ante festum Beate Margarethe Virginis Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Octauo.

(Huszti András egyszerű másolata a tinkovai Macskási-család levéltárában, 889. szám.)

335.

1478. október 20-án.

Elisabeth Relicta Magnifici condam Johannis Pongracz de Dengeleg Waÿuode Transsiluani etc. Circumspectis et prouidis Judicibus Juratisque Ciuibus ac toti communitati Suburbÿ Castri nostri Sÿdowar Waralÿa vocatj, presentibus et futurÿs, presencium noticiam habituris nobis dilectis Salutem cum dilectione. Noueritis nos, ex fassione vniuersorum Nobilium, districtus lwgas, ad litteratoria mandata nostra, tacto per eosdem corporaliter dominice crucis signo Juramentis ipsorum depositis, facta, percepisse, Quomodo possessio Nobilis Jacobj Machkasÿ Castellani dictj castri nostri Sÿdowar perlew vocata, in dicto districtu lwgas habita, et Suburbium Castrj nostri Sÿdowar warallÿa vocatum, Tenuta et metas nunquam mixte et sub

vno limite habuerunt, Sed possessio perlew pro se distinctim ab inicio Tenuta et metas habuit. Vnde et nos volumus, vt sicutj ipsi Nobiles predictj districtus factum annotate possessionis perlew, fide ipsorum deo debita mediante reperierunt, et fassi extiterunt, ita, et eo ordine, eciam imposterum futuris semper temporibus habeatur, Quapropter vobis harum serie firmiter precipientes mandamus, aliud habere nolentes, quatenus, visis presentibus a modo imposterum antefatam possessionem perlew, et eiusdem Inhabitatores contra Jura ipsorum prenarrata, In nullo impedire et turbare, quemadmodum antecedenter turbare solebatis, aut quouismodo eosdem cohartare presumatis, nec sitis ausi modo aliquali Secus non facturj presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum in Castro nostro Dÿod feria tercia proxima post festum Beati luce Ewangeliste Anno domini 1478.

Comissio domine waÿuodisse.

(Eredetije papiron — zöld viaszba nyomott pecsétjének csak helye látszik — a tinkovai Macskási-család levéltárában, Kolosvártt Fasc. 20. No 636.)

336.

1478. október 26-án.

Serenissimo principi domino et domino Mathie dei gracia Regi Hungarie Bohemie etc. domino eorum naturali, Capitulum ecclesie Chanadiensis Oracionum suffragia deuotarum perpetuacum fidelitate, vestra nouerit Serenitas, nos literas v. s. nobis directas, summacum reuerencia recepisse in hec verba, Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris Capitulo ecclesie Chanadiensis, Salutem et graciam, Exponitur nobis in persona Nobilis Ladislai Themeskezy de Jenew[1]), Quomodo circa festum penthecostes proxime preteritum, Nobilis Johannes literatus de Bekenfalwa ex voluntate et consilio Ambrosy et Stephani fratrum suorum de eadem Jenew, Maximam quantitatem terrarum arabilium eiusdem exponencium plusquam ad centum Jugera se extendencium, Intra veras metas prefate possessionis Jenew in

[1]) Az aradmegyei Kis-Jenő értendő. Határában van Bököny nevű forduló, mely az egykori Bekenfalva emlékét fentartja.

Comitatu Chanadiensi existentis a parte possessionis Bekenfalwa predicte adiacentis, per Albertum Zew, Stephanum Kwn Laurencium similiter Kwn Alexium Kathona, Georgium consimiliter Kathona Stephanum Sos Ambrozium Zep. Blasium Magnum. Clementem Chwtha. Emericum Zew, Johannem Warga et Mathiam Magnum Jobagiones suos in prefata possessione Bekenfalwa commorantes, pro se ipso minusiuste et indebite viaque Juris sine omni occupari fecisset, occupatosque teneret et conseruaret eciam de presenti potencia mediante. In preiudicium dicti exponentis valde magnum, Superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, Quo presente Stephanus Hanga de Thaad aut Blasius Lowaz vel Andreas pyspek seu Michael Kwn seu Jacobus siue Stephanus, de eadem Thaad, neue Gaspar de Weresmarth, nam Stephanus Chethe de fyldeak, namque Oswaldus panczel de eadem, cev Michael Bessenyew de Salank Alÿs absentibus homo noster scita prius premissorum mera veritate ad prefatum Johannem literatum de Bekenfalwa accedendo amoneat eundem dicatque et committat eidem verbo nostro Regio, vt ipse pretactam particulam terrarum arabilium dicti exponentis, ab eodem vt dicitur per ipsum indebite occupatam Juxta statuta decreti et disposiciones prelatorum, Baronum, Regnique nostri Nobilium vniuersorum Bude vnanimi voto, editi et stabilitas, Infra triginta duorum dierum spacia a die huiusmodi amonicionis exinde factam computando pacifice remittere, ac de dampnis illatis condignam satisfaccionem impendere debeat et teneatur, qui si fecerit bene quidem, Alioquin Euocet eundem et alios prescriptos ad quintumdecimum diem prescripti Tricesimi secundi diei Contra annotatum exponentem nostram personalem in presenciam Racionem de premissis redditurum efficacem, litispendencia si qua foret inter ipsos non obstante, prescriptosque Jobagiones eiusdem Johannis literati, eidem statuere committendo, Insinuando ibidem eisdem vt siue ipsi termino in predicto, coram dicta nostra personali presencia compareant, Idem eciam Johannes literatus antefatos suos Jobagiones statuat siue non, Eadem ad partis competentis Instanciam Id faciet in premissis quod Juris

videbitur expediri Et posthec huiusmodi Inquisicionis Amonicionis Euocacionis et Insinuacionis seriem cum Euocatorum et Statuere commissorum nominibus vt fuerit expediens terminum ad prescriptum eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis, Datum Bude in festo beati Luce Ewangeliste Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo. Nos igitur mandatis v. s. semper obedire cupientes vt tenemur, vnacum Blasio lowas, homine vestre Serenitatis prescripto, vnum ex nobis videlicet honorabilem Magistrum ladislaum de p e t h n e h a z a, socium et concanonicum nostrum ad premissas Inquisicionem amonicionem euocacionem et Insinuacionem faciendam nostro pro testimonio misimus fidedignum, Qui demum exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, Quomodo ipsi feria sexta proxima post festum vndecim Milia virginum proxime preteritum, Scita prius premissorum mera veritate ad prefatum Johannem literatum accedendo, amonuissent eundem, dixissentque et commisissent eidem verbo nostro Regio, vt ipse prefatam particulam terre Infra Triginta duorum dierum spacia a die prescripti amonicionis ipsius computando, prefato ladislao exponenti remittere et de dampnis eidem illatis satisfaccionem impendere debeat et teneatur, Qui facere recusasset, Ideo idem homo v. s. dicto testimonio nostro presente, eodem die iamfatum Johannem literatum de possessione sua possessionaria B e k e n f a l w a habite Contra antefatum ladislaum T h e m e s k e z y de J e n e w, ad quintumdecimum diem dicti Tricesimi secundi diei vestram personalem euocassent in presenciam, Racionem de premissis redditurum efficacem litispendencia inter ipsos habita non obstante, prefatosque Jobagiones suos eidem statuere committendo, Insinuando ibidem eidem vt siue ipse termino in predicto coram dicta vestra personali presencia compareat, pretactosque Jobagiones suos statuat siue non, Eadem ad partis comparentis Instanciam idfaciet inpremissis quod Juri videbitur expediri. Datum quarto die diei Amonicionis et Insinuacionis predictarum, Anno domini supradicto.

(*Kivül*: Personali presencie Regie Maiestatis Pro Nobili ladislao Themeskezy de Jenew Contra Johannem literatum de Bekenfalwa et

alios Intra nominatos ad terminum Intrascriptum Inquisicionis Amonicionis, Euocacionis et Insinuacionis Relacio.)

(Eredetije papiron Csicseri Antal úr levéltárában, Csicser-en, Ungh megyében.)

337.

1479. április 17-én.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. memorie commendamus Tenore presencium quibus expedit vniuersis significantes, quod Magnificus fidelis noster Job de Gara coram nobis personaliter constitutus, animo deliberato sponteque ac manifeste est confessus in hunc modum, Quomodo ipse pro quibusdam suis arduis necessitatibus ipsum de presenti cogentibus disponendo presertim vero quia ipse Job de Gara in octauis festi beati Michaelis Archangeli proxime celebratis contra et adversus Reuerendum dominum Nicolaum Episcopum Ecclesie Waciensis in quadam causa contra ipsum Job de Gara adiudicata Juris ordine mediante aggrauatus et vsque ad occupacionem bonorum suorum extitisset convictus ex eoque ipse Job de Gara nostre maiestati quandam summam florenorum in proximo soluere debebit, quedam sua Castella Zadÿa et Waradÿa in Orodiensi ac Sarad in Themesiensi. Item opidum Zadÿa az Totales possessiones Thÿs felsekapolnas Alsokapolnas Bogorfalwa Zwmarÿnfalwa Balthanagra Chernee Zabolath Keczefalwa Alsothalmagh felsethalmag Weresmarth Zygethfew Selle et Maryan in dicto Orodiensi ad dictum castellum Zadya pertinentes. Item similiter opidum Waradÿa nec non possessiones Nagkewesd Kyskewesd Zylas dombawycza Gywlathÿ Thÿs Kapolnasgywla Brwkan Megyesth Kakaro Banya Silesthe Mwsa Lwpefalwa Wlma Chaba polyana Zarwassag felsesekas Alsosekas Symanocz Brathasthynathya Sclathyna felsemwsa halalos Wama Werthethke Wylmesth Alsobrwma pernyfalwa Stherkowannya Ryncsor Thysfaza Wlmafalwa Galsa Awas Zombro Czygwl Themesesth Gozewmÿa Zawasim Ohaba et Kewes vocatas in eodem Orodiensi ad predictum Castellum Waradÿa, preterea similiter possessiones dorosma Banfalwa Gyekentho et Zenthmyhal in Chongradiensi, Item

modosimili Opidum Sarad nex non possessiones Chenew Zephel fywfalwa Iwanfalwa Wyzes Alsobathy felsebathy Leweles Bekatho darwas Chebeth Ethwe pÿskÿ Nadasd Kerthwelÿes et Kÿrwÿzassa ad prenominatum Castellum Sarad in predicto Themesiensi ac possessiones Zenthmÿklos et Aban in Chanadiensi ceterum opidum Weczel nec non possessiones Weczelthew hydegfa Balamer Kalemar et herman appellatas et medietatem possessionis Nemethy vocate in de hwnÿad parcium scilicet Transilvanarum Comitatibus existentes habitas et adiacentes Simulcum cunctis ipsorum Castellorum opidorum possessionumque et porcionum possessionariarum vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet arabilibus cultis et incultis Agris pratis campis pascuis fenetis siluis nemoribus virgultis montibus vallibus vineis et vinearum promontoriis Aquis fluuÿs piscinis piscaturis aquarumque decursibus. Generaliter vero quarumlibet vtilitatum integritatibus quouis nomine vocitatis Adipsa Castella opida possessiones et porciones possessionarias de Jure spectancium et pertinere debencium, sub eisdem veris metis et antiquis limitibus quibus idem Job de Gara et sui predecessores ab antiquo tenuissent et possedissent pariter cum patronatibus Ecclesiarum et Tributis in eisdem opidis et possessionibus vel altera earum exigi solitis Magnifico Nicolao Banfy de Lÿndwa Comiti nostro posoniensi et Jacobo Banfy fratri suo carnali ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis tum pro fraternali amore et complacencÿs amicabilibus per ipsum Nicolaum Banfy sibi in plerisque negocÿs suis exhibitis et infuturum exhibendis Tum vero pro quatuor Millibus florenorum auri puri veri et iusti ponderis vendidisset ascripsisset et perpetuasset Imo vendidit ascripsit et perpetuavit coram nobis. Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas nil Juris nil ve proprietatis et dominÿ pro se et suis heredibus, castellis oppidis possessionibus et porcionibus possessionariis in predictis reseruando Sed totum Jus omne ve Juris et dominÿ proprietatem quod et quam ipse et sui predecessores in eisdem qualemcunque hactenus habuissent aut se infuturum habere sperarent in prefatos Nicolaum et Jacobum Banfy ipsorumque posteros vniuersos transtulisset pleno Jure. Tali

tamen condicione interposita quod si diuino disponente Judicio cuius nutu cuncta gubernantur, memoratos Nicolaum et Jacobum Banfy ab hac luce absque heredum solacio migrare contigerit extunc prenominata bona prefati Job de Gara Castella scilicet oppida possessionesque et porciones possessionarie ad eadem et easdem spectancia solum vigore presencium mediante rursus et iterum in prenominatum Job de Gara et suos heredes vniuersos condescendi et deuolui deberent eo facto, harum nostrarum quibus sigillum nostrum autenticum est appensum, testimonio et vigore literarum mediante. Datum Bude Sabbato proximo infra octauas festi pasce domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo Septuagesimo nono. Regnorum nostrorum Anno hungarie etc. vigesimo secundo Bohemie vero decimo.

(Mátyás király 1483. évi átiratából, 342. sz. alatt.)

338.

1479. július 21-én.

Capitulum Ecclesie Albensis, omnibus Christifidelibus presentibus et futuris presencium noticiam habituris Salutem in salutis largitore Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas Introductorias et Statutorias Serenissimi principis domini Mathie dei gracia Regis hungarie Bohemie etc. domini nostri graciosissimi nobis preceptorie loquentes summo cum honore recepimus in hec verba Mathias dei gracia Rex hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo Ecclesie Albensis. Salutem et graciam, dicitur nobis in persona Magnifici fidelis nostri Nicolai Banfy de Lyndwa Comitis nostri posoniensis ac Egregÿ Jacobi Banfy fratris eiusdem carnalis, quomodo ipsi in dominium eiusdem castelli oppidique Waradÿa vocati ac Tributi inibi exigi soliti Item possessionum Naghkewesd Kyskewesd Zylas dombawycza Gywlathew Thÿwÿs kapolnasgÿwla Brÿakaÿ Nyegesth kakaro Banya Sylysthe Mwsa Lwpefalwa Wlma Chaba polÿna Zarwasag fewlszekas Alszekas Symanowcz Brathesth Brathasÿnathÿa Slathyna felsemwsa halalos Wama Werthethke Wylmesth Alsobrwma felsebrwma pernyefalwa Sterkowanya Rewesor

Thyzafalwa Wÿllenfalwa Galsa Awas Zombro Czÿpol Themesesth Gozawamÿa Zawasÿn Ohaba et Kewes vocatarum omnino in Comitatu Orodiensi adiacencium ad prefatum Castellum oppidumque Waradÿa ab antiquo pertinencium Item in domynium alterius Castelli Oppidique Zadÿa appellati ac Tributi ibidem similiter exigi soliti nec non possessionum felsekapolnas Alsokapolnas Thÿwÿs Bogwrÿefalwa Zwmarynfalwa Balthanegre Chernel ohaba Zaldobagh Gethefalwa Alsothalmonÿa Weresmarth Zÿgethfew Marÿan Tributique ibidem exigi solitis ac Selle et felsethalmonÿa appellatarum ad predictum Castellum oppidumque Z a d ÿ a ab antiquo spectancium modosimili in predicto Comitatu Orodiensi adiacencium ipsos exponentes ex legitima donacione fassioneque Magnifici Job de Gara titulo perpetuitatis pleno iure concernentes legittime vellent introire Super quo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Johannes pathochÿ de Iregd vel acacius de Kezÿ aut Johannes de Bak sin Blasius de Zenthmÿklos sew Nicolaus Sÿmonfÿ de Ellefalwa siue Nicolaus Rawazdy de Azzonlaka newe Ladislaus Bessenyew de Z e n t h d e m e t h e r Alÿs absentibus homo noster ad facies prescriptorum castellorum oppidorumque Zadÿa et Waradÿa vocatorum ac Tributorum inibi exigi solitorum consequenterque possessionum prenominatarum ad eadem castella oppidaque ab antiquo spectancium et pertinere debencium omnino in pretacto comitatu Orodiensi adiacencium vicinis et commetaneis eorumdem ac earumdem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo introducat prefatos exponentes in domÿnium eorundem et earumdem statuatque et committat eadem et easdem simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet ad eadem et easdem legittime spectantibus prefatis exponentibus ipsorumque heredibus vniuersis premisso perpetuitatis titulo ipsis incumbente possidendas et habendas, Si non fuerit contradictorum, contradictores vero si qui fuerint euocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem inpresenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros. Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem, cum contradictorum et Euo-

catorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato vt fuerit expediendus eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria secunda infra octauas festi sacratissimi Corporis Christi Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Nos igitur mandatis ipsius domini nostri Regis obedire volentes vt tenemur vnacum prenominatis Acacio de Kezy homine suo Regio nostrum hominem videlicet honorabilem magistrum Michaelem de Alba socium et concanonicum nostrum ad premissam statucionem peragendam nostro pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis vniformiter retulerunt. Quomodo ipsi in festo visitacionis beate Marie Virginis proxime preterito ac alÿs diebus immediate sequentibus ad id aptis et sufficientibus primo ad facies prescriptorum Castelli oppidique Waradÿa vocati ac Tributi inibi exigi soliti. Item possessionum Naghkewesd Kyskewesd Zÿlas dombawÿcza Gywlathew Thÿwÿs kapolnasgywla Brÿakan Nyegyesth Kakaro Banÿa Sÿlÿsthe Mwsa Lwpefalwa [1]) Wlma ohaba polÿna Zarwasagh felsezekas Alsozekas Simanocz Brathest Brathasynathÿa Zlathÿna fewlsemwsa halalos Wama Werthethke Wylynesth Alsobrwma felsebrwma pernyefalwa Stherkowanÿa Rewesor Thyzafalwa Wyllenfalwa Galsa Awas Zombro Czygwl Themesesth Gozawÿmja Zawasÿn ohaba et Kewes vocatarum omnino in Comitatu Orodiensi adiacencium ad prefatum castellum oppidumque Waradÿa ab antiquo pertinencium deinde alterius castelli opidique Zadÿa appellati ac Tributi ibidem similiter exigi soliti nec non possessionum felsekapolnas Thÿwÿs Bwgwryefalwa Zwmarynfalwa Balthanegre Chernel Ohaba Zaldobagh Gethefalwa Alsothalmonya Weresmarth Zygethfew Marÿan Tributique ibidem exigi soliti ac Selle et felsethalmonÿa appellatarum ad predictum Castellum opidumque Zadÿa ab antiquo spectancium modo simili in predicto comitatu Orodiensi adiacencium vicinis et commetaneis eorumdem et earumdem videlicet venerabili et Religioso fratre Emerico Abbate de B w c h ac Nobilibus Thoma de fornas Matheo

[1]) Ma Lupest.

Kardws de Belmegyer castellanis et officialibus Egregÿ Sebastiani Abran et Benedicti fratris eiusdem de Gerla in oppido Kapronczа constitutis Benedicto Bekes de Endred Stephano et Gregorio Mako de Makofalwa, Alberto literato de farkdya et Michaele de Bwswan inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo, prefatus homo Regius dicto nostro testimonio presente introduxisset prefatos Magnificum Nicolaum Banfy de Lyndwa et Egregium Jacobum fratrem eiusdem carnalem in domynium eorumdem et earumdem statuissetque et comisisset eadem et easdem simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad eadem et easdem legittime spectantibus eisdem ipsorumque heredibus vniuersis premisso perpetuitatis titulo ipsis incumbente possidendas et habendas nullo tamen penitus contradictore apparente legittimis tamen diebus iuxta Regni consuetudinem in faciebus eorumdem moram trahendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales pendentis et autenticj Sigilli nostri maioris munimine roboratas eisdem duximus concedendas, datum vigesimo die dieÿ introduccionis et Statucionis predictarum. Anno domini supradicto. Venerabili ac honorabilibus viris dominis domino preposito domino et prelato nostro Gregorio de Bathÿa Lectore. Nicolao decretorum doctore Electo et confirmato Tininiensi Cantore petro de Sarÿ Custode Egidio de Alba et Stephano de Nagh Thwr decanis ecclesie nostre pretacte existentibus.

(Mátyás király 1483. évi leveléből 342. sz. alatt.)

339.

1479. deczember 12-én.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium Significantes quibus expedit vniuersis Quod nos debitum habentes respectum ad fidelia seruicia fidelis nostri Egregÿ Francisci de Harazthy Bani nostri Zewreniensis per eum Maiestati nostre exhibita et Corone possessiones Serged, Kwlduesth, Bwthÿn, Zela, Benedekesth, Hegeres et vtraque Bÿnÿs In Comitatu Themesiensi in districtu Lugas, aliaque vniuersa bona et possessio-

nes porcionesque possessionarias Nobilis condam Georgÿ Swgar in dicta Serged vbiuis et in quibuscunque Comitatibus Regni nostri existentes et habitas, que per defectum seminis eiusdem condam Georgÿ ad nos, consequenterque collacionem nostram Juxta antiquam et approbatam dicti Regni nostri Hungarie consuetudinem rite et legittime deuoluta esse perhibentur et condescense. Simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet Arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis fenetis campis Siluis nemoribus, Montibus vallibus vineis vinearumque promontorÿs Aquis fluuÿs piscinis piscaturis Aquarumque decursibus Molendinis molendinorumque locis. Generaliter vero quarumlibet vtilitatem et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis sub ipsarum veris metis et antiquis premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus Memorato Francisco de Harazthy suisque heredibus et posteritatibus vniuersis de consensu et beneplacita voluntate Serenissime domine Beatricis Regine consortis nostre carissime dedimus donauimus et contulimus. Immo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irreuocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas. Saluo Jure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas in formam nostri priuilegÿ redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude die dominico proximo post Festum Concepcionis beate Marie virginis Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo Nono Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno vigesimo secundo Bohemie vero vndecimo.

Relacio Vrbani prepositi
Thesaurary Regÿ.

(Eredetije hártyán a gr. Forgách-család levéltárában. Szöveg alatt nagy pecséttel.)

340.

1480. május 11-én.

Nos Capitulum ecclesie Chanadiensis Memorie commendamus perpresentes Quod Nos literas Serenissimi principis et domini domini Mathie dei gracia Regis hungarie Bohemie etc. omni cum Reuerencia recepimus in hec verba Mathias dei

gracia Rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris Capitulo ecclesie Chanadiensis Salutem et graciam, dicitur nobis in persona fidelis nostri egregÿ francisci de harazth Bani nostri Zewreniensis Quomodo ipse in dominyum possessionum Serked, Kwldwesth, Bwchinfalwa, Zehla, Benedechezth hegyeres felsewbynys, et alsobynÿs in Comitatu Themesiensi et districtu Lwgas habitarum Ipsum nostre donacionis titulo concernencium legittime vellet introire. Superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo Mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimoni fidedignum quo presente petrus dees de Themesel, aut Georgius Rades de Welchesdfalwa, vel Stephanus Cherbÿch de Newrÿnche sin Michael de Mothnok sew Georgius Gwlya de Krÿwÿna, Alÿs absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Serked, Kwldwesth, Bwchinfalwa, Zehla, Benedechezth, Hegyeres, felsewbynys, et Alsobynÿs vocatarum vicinis et commetaneis earundem vniuersis Inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introducat prefatum franciscum de harazth in dominÿum earundem possessionum, statuatque easdem eidem simulcum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet premisse nostre donacionis titulo eidem Incumbente perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint euocet eosdem contra annotatum franciscum de harazth Banum, nostram personalem in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros, et posthec huiusmodi Introduccionis et statucionis seriem, cum contradictorum et euocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premisse statucioni intererunt Nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria tercia proxima post dominicam Quasimodo geniti Anno domini Millesimo Quadringentesimo octuagesimo. Nos igitur Mandatis eiusdem domini nostri Regis semper obedire cupientes, vt tenemur, vnacum Georgio Gywla de Krywina homine Regio predicto, vnum ex nobis videlicet honorabilem dominum Lodouicum Custodem socium et concanonicum nostrum ad premissam statucionem faciendam, nostro pro testimonio misimus fidedignum Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt Quod

Idem homo Regius dicto testimonio nostro presente, feria quinta proxima post festum beati Georgy martiris proxime preteritum, ad facies dictarum possessionum Serked, Kwldwesth, Bwchynfalwa, Zehla, Hegyeres, felsewbynys et alsobynys vocatarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis Inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introduxisset prefatum franciscum de harazth in dominyum earundem possessionum statuissetque easdem eidem simulcum cunctis earundeń vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet premisse donacionis titulo eidem Incumbente perpetue possidendas. Nullo contradictore apparente Tam in facie dictarum possessionum, quam nostri in presencia legittimis diebus et horis expectando, testimonio presencium mediante. Datum quinto decimo die diei Introduccionis et statucionis predictarum. Anno domini supradicto.

(A csanádi káptalan 1504. évi átiratából a Forgách-cs. ltárában.)

341.

1482. deczember 28-án.

Nos Capitulum Ecclesie Orodiensis Memorie commendamus perpresentes Quod Benedictus et Andreas Besaan dicti de B e l ÿ n c z Coram nobis personaliter constituti Idem Andreas Oneribus prolium condam Stephani similiter Besaan consanguineorum suorum in subscriptis super se assumptis per eosdem sponte confessum extitit in hunc modum Quodlicet ipsi de bonis ac porcionibus et Juribus possessionarÿs condam Philippi de Hollod, fratris ipsorum condiuisionalis, certas dotes et Respraphernales, Nobili domine Fides vocate, consorti ipsius condam philippi, pro quartalicÿs legittime extradari debuerint, Tamen infra idem tempus, quousque . . . . . eidem domine, de predictis dote et Rebus paraphernalibus eisdem Juxta Regni consuetudinem prouenire debentibus, plenariam et integram solucionem Ac s(atis)faccionem Impendere possent et valerent, directas et equales quartas partes porcionum possessionariorum, In possessionibus infrascriptis Triginta tres scilicet sessiones Jobagionales hoc modo Quod in possessione Z a b a d f a l w sex, in quarum vna Nicolaus vÿsi in altera Nicolaus Negwl, Petrus Bartha, Georgius Maro Michael Olah, et in

sexta sessione quidam Ignotus Jobagio alias inhabitassent et residenciam fecissent, Item in possessione Belÿncz, Baan Mylas prodassa, alter Mylas, lepkyth, Item in possessione Bozas Nicolaus zazthuph, Franciscus Kukÿth, Sthanchwl Byro, Stephanus Kuryaak, Item in possestione Myhalfalwa (Greg)orius Ghew, ÿwcho Szwmarin, Item in possessione Sethethelek Johannes Sÿsman, Item possessione Hollod Mu.....kenez, Mÿza, Gerla, Item in possessione Wyfalw Michael Zthoÿa Mytho Ilÿa, Saÿa, Item in possessione (N)agforgach, Hogwnewÿth Sthoyan, Thomas Bathÿa, Gregorius Jakus, Item in possessione Kysforgach Chwnka duma, Item in possessione fwthfalwa, Radwl, Georgius Marko, Item possessione Brasso Paulus Kechkes, Iwan Sthana pridem inhabitassent et commorati fuissent Simul cum omnibus earundem porcionum vtilitatibus et pertinencÿs Terris scilicet arabilibus cultis et incultis pratis fenilibus campis pascuis siluis spinetis Nemoribus aquis fluuÿs aquarumque decursibus ac molendinorum locis, et generaliter omnium vtilitatum Integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem porciones possessionarÿas de Jure spectantibus et pertinere debentibus, prefate domine fides extradedissent, ac possidendas, fruendas tenendas et habendas assignassent sequestrassent et commisissent, ÿmmo extradederunt, assignarunt, sequestrarunt et commiserunt nostro in conspectu, Assummentes Nichilominus prelibati Benedictus et Andreas Besaan, memoratam dominam fides in pacifico dominÿo dictarum porcionum possessionariarum, contra quoslibet causidicos actores et legittime impetitores conseruare et protegere proprÿs ipsorum Laboribus et expensis, Casu vero quo ipsi in aliqua predictarum porcionum possessionariarum sew sessionum antefatarum pacifice conseruare nequirent, aut non curarent quoquomodo, extunc Antelata domina fides, solum vigore presencium mediante, tot et tantas sessiones in alÿs ipsorum porcionibus possessionarÿs habitas occupandi, et prefato Jure tenendi vtendi et possidendi plenariam et omnimodam habeat potestatis facultatem. Datum in festo Beatorum Innocentum martirum Anno domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo secundo.

(Eredetije foszlányos és likas papiron a gr. Erdödy-család galgóczi levéltárában. Hátán pecsét. Ladula 96. fasc. 28. No 9.)

342.

1483. február 26-án.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Memorie Commendamus tenore presencium Significantes quibus expedit vniuersis. Quod fidelis noster Magnificus Nicolaus Banfy de Lyndwa comes posoniensis nostrum veniens in conspectum exhibuit et presentavit nobis quasdam duas literas vnas nostras sub sigillo nostro minori quo in Judicÿs vtimur in pargameno patenter confectas quibus mediantibus Magnificus condam Job de Gara quibusdam suis arduis necessitatibus ipsum vrgentem in eisdem literis nostris declaratis disponendo quedam sua castella Zadya et Waradÿa in Orodiensi ac Sarad in Themesiensi, Item oppidum Zadÿa ac Totales possessiones Thÿs fewlsewkapolnas, Alsokapolnas Bogorfalwa Zwmarynfalwa Balthanagra Chernec Zalobath Keczefalwa Alsothalmagh felsethalmagh Weresmarth Zygethfew Selle et Maryan in dicto Orodiensi ad dictum Castellum Zadÿa pertinentes, Item similiter opidum Waradÿa nec non possessiones Naghkewesd Kyskewesd Zÿlas dombawycza, Gywlathy Thÿs Kapolnasgyula Brwkan Megyesth Kakaro Banya Sylesthe Mwsa Lwpefalwa Wlma Chaba polyana Zarwassag [1]) felsewsekas Alsosekas Sÿmanowcz Brathasthynathya Sclathÿna felsemwsa Halalos [2]) Wama [3]) Werthethke Wylmesth Alsobanya pernyfalwa Stherkowanya Ryncsor Thysfaza Wlmafalwa Galsa Awas Zwmbro Czygwl Themesesth Gozewmÿa Zwasÿm Ohaba et Kewes vocatas in eodem Orodiensi ad predictum Castellum Waradÿa, preterea similiter possessiones dorosma Banfalwa Gyekentho et Zenthmyhal in Chongradiensi, Item modo simili opidum Sarad nec non possessiones Chenew Zephel fywfalwa Iwanfalwa Wyzes Alsobathy felsebathy Leweles Bekathow darwas Chebeth Ethwe pÿskÿ Nadasd et Kyrwyzasa ad prenominatum Castellum

[1]) Ma Szorosság. — [2]) Ma Halalis a Maros mellett. — [3]) Ma Vinnyesty.

Sarad in predicto Themesiensi ac possessiones Zenthmÿklos et Aban in Chanadiensi, ceterum opidum Weczel nec non possessiones Weczelthew hydegfa Balamer Kalemar et herman appellatas et medietatem possessionis Nemethy vocate in de Hwnyad parcium scilicet Transilvanarum Comitatibus existentes habitas et adjacentes simulcum cunctis ipsorum Castellorum opidorum possessionumque et porcionum possessionariarum vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet sub certis condicionibus et articulis inferius in Tenore earundem literarum nostrarum clarius expressis, memorato Nicolao Banfy ac Jacobo similiter Banfy fratri suo carnali pro quatuor milibus florenorum auri in pérpetuum vendidisse et ascripsisse dinoscitur. Alteras vero Capituli ecclesie Albensis super legittima statucione exinde facta sub sigillo eiusdem priuilegialiter emanatas. Tenorum infrascriptorum, supplicans maiestati nostre idem Nicolaus Banfy suo ac dicti fratris sui nominibus, vt easdem literas ratas gratas et acceptas habere literisque nostris sub nostro sigillo maiori privilegialiter emanante de verbo ad verbum inseri et inscribi faceremus, premissisque vendicioni ascripcioni et perpetuacioni nostrum Regium consensum prebere dignaremur pariter et assensum. Quarumquidem literarum primarum nostrarum videlicet Tenor talis est.

(Lásd Mátyás király 1479. évi levelét 337. sz. alatt.)

Alterarum vero videlicet dicti capituli Tenor est.

(Lásd az aradi káptalan 1479. évi jelentését 338. sz. alatt.)

Nos igitur supplicacionem memorati Nicolai Banfy per eum nostre modo premisso porrecta Maiestatj Regia benignitate exaudita et clementer admissa, prescriptas litteras nostras et annotatj capituli Albensis non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas presentibus litteris nostris de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas eatenus quatenus eedem rite et legittime existunt emanate viribusque earum veritas suffragatur quo ad omnes earum continencias clausulas et articulos acceptamus approbamus et ratificamus premissisque vendicioni ascripcioni et perpetuacioni ac omnibus et singulis alÿs in tenoribus earundem litterarum superiorum contentis nostrum Regium consensum prebuimus Imo prebemus benevolum pariter et assensum Et nichilomi-

nus attentis et consideratis fidelitate et fidelibus servicÿs ipsius Nicolai Banfy per eum Sacre Regni nostri predicti corone consequenterque Maiestatj nostre sub locorum et temporum varietate cum summa fidelitatis constancia exhibitis et impensis. Totum et omne Jus nostrum Regium si quod in eisdem castellis opidis villis possessionibus porcionibus que et Juribus possessionariis nec non Tributis qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis vÿs modis et racionibus concernerent Maiestatem Simulcum cunctis eorumdem ipsarumque vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis campis fenetis siluis nemoribus montibus vallibus vineis et vinearum promontoriis. Aquis fluuÿs piscinis piscaturis aquarumque decursibus molendinis et molendinorum locis generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis sub veris metis et antiquis existentibus memorato Nicolao Banfy et Jacobo fratri suo ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis de consensu et beneplacita voluntate Illustrissime domine Beatricis Regine consortis nostre carissime dedimus donavimus et contulimus Imo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irrevocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum saluo iure alieno, Harum nostrarum Secreto Sigillo nostro quo vt Rex Hungarie vtimur impendenti consignatarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Thata feria quarta proxima ante dominicam Oculj. Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo tercio Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno vigesimo sexto, Bohemie vero quarto decimo.

Ad R°-nem Tho de Erdewd
ppti Tituliensis.

(Eredetije nagy alakú hártyán, igen jó olvasású, a budai kamarai levéltárban, NRA 591. csomag, 4. szám, [1]) — a függő pecsét már nem létezik.)

[1]) E csomagnak minden egyéb okleveleit a horvátok elvitték, — csak ez az egy maradt meg.

343.

C° propria domini Regis.

1487. február 9-én.

Nos Mathias dei gracia Hungarie, Bohemie etc. Rex, Duxque Austrie, Memorie commendamus Tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos attentis et consideratis fidelitate et fidelibus seruicÿs fidelis nostri Egregÿ Mathie fily Magnifici condam Johannis pangracz, Waywode etc. per eum imprimis sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone, deindeque Maiestati nostre cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, predium Zepmezew vocatum in districtu lwgas habitum, quod alias Nobilis condam Johannis dobrotha de eadem Zepmezew prefuisse, sed per mortem et defectum seminis eiusdem, ad nos consequenterque collacionem nostram iuxta antiquam et approbatam dicti Regni nostri Hungarie consuetudinem rite et legittime deuolutum esse perhibetur Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet arabilibus cultis et incultis Agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, Siluis, Nemoribus, Montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorÿs, Aquis, fluuÿs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, Molendinis, molendinorumque locis et generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis, et antiquis, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, Memorato Mathie filio condam Johannis pangracz, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, de consensu et beneplacita voluntate Illustrissime domine Beatricis Regine consortis nostre carissime, dedimus, donauimus, et contulimus, ymmo damus donamus et conferrimus, Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum, Saluo Jure alieno, harum nostrarum quibus propter absenciam maioris Secreti Sigilli nostri annularis Secretum Sigillum nostrum est impressum, vigore et testimonio literarum mediante, Quas in formam nostri priuilegy redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate, Datum sub Castro nostro Australi lyechtenwerd in festo beate Apolonie virginis, Anno domini Millesimo Quadringentesimo

octogesimo septimo Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. vigesimo nono, Bohemie vero decimo octauo.

(Eredetije papiron a budai kam. levéltárában, NRA. 1526. csom., 43. szám. Szöveg alatt gyűrűs pecsét.)

344.

1488. június 24-én.

Nos Capitulum ecclesie Orodiensis Memorie commendamus Quod Nobilis Gregorius Zewlesy de B a a k a coram nobis personaliter constitutus sponte confessus est in hunc modum Quod ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum ad presens sumpme vrgentem euitandis, omnes et totales porciones suas possessionarias in possessionibus p a l o g d in Themesiensi, w ÿ s s a l d, B o l d o r, Item A z w a g h in Crassouiensi Comitatibus existentibus habitas, ipsum de Jure concernentes, Simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet arabilibus (az utolsó szótagokban vakarás látható) cultis et incultis pratis fenetis campis pascuis siluis nemoribus spinetis virgultis aquis fluuÿs aquarumque decursibus, et generaliter omnium vtilitatum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de Jure spectatibus et pertinere debentibus Egregio Emerico de d o l c z suisque heredibus et posteritatibus vniuersis pro Quinquaginta florenis auri puri hungaricalibus veri et Justi ponderis vt dixit plene et effectiue iam persolutis et leuatis Infra tempus redempcionis pignori obligasset, Imo impignorauit et obligauit nostro inconspectu talimodo vt dum et quando temporum in cuentu Idem Gregorius Zelessy aut sui heredes easdem porciones possessionarias redimere voluerint extunc prelibatus Emericus de d o l c z aut sui heredes prius rehabitis huiusmodj Quinquaginta florenorum auri quantitatibus Salua rerum omni estimacione exclusa, easdem remittere et designare debeant et teneantur difficultate absque omni Assumens nichilominus Jam dictus Gregorius Zelessy Memoratum Emericum de d o l c z et suos heredes contra quoslibet Impetitores ac causidicos legittimos et actores protegere tueri ac defensare proprÿs suis laboribus fatigÿs et expensis harum nostrarum vigore et testimo-

nio litterarum mediante. Datum in festo Beati Natiuitatis Johannis Baptiste Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo.

(Eredetije papiron a budai kam. levéltárban, NRA 1657. csom., 39. szám. A hátlapon monyorú pecsét nyoma.)

345.

C° propria domini Regis.

1488. augusztus 5-én.

Nos Mathias Dei gracia Hungarie Bohemie etc. Rex, Duxque Austrie Memorie Commendamus Tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod pro parte et in persona fidelis nostri Egregy Gregory filÿ condam Emerici de Harazthy exhibite sunt nobis et presentate Quedam litere nostre fassionales in pergameno priuilegialiter confecte, Quibus mediantibus Fidelis noster Egregius Franciscus de eadem Harazthy, Banus Zewriniensis frater eiusdem, ipsum Gregorium in partem et Socium hereditatis et dominÿ Castelli Zehla vocati ac possessionum Kwldofalwa, Hegyeres, Alsobÿnes, felsew Bynes, Benedekfalwa, Bwthÿn ac predÿ Serked vocatarum omnino in districtu de Lwgas existencium habitarum assumsisse aduocasse et admisisse easdemque cum ipso Gregorio suisque heredibus et posteritatibus vniuersis modo et ordine ac condicionibus clausulisque et articulis in eisdem litteris nostris contentis participasse dinoscitur Tenoris infrascripti, Supplicatum Itaque extitit Maiestati nostre pro parte eiusdem Gregorÿ Harazthy, vt prescriptas litteras nostras fassionales et omnia in eisdem contenta Ratas gratas et accepta habentes, litterisque nostris priuilegialibus inseri et inscribi facientes ac prescriptis Assumcioni Adopcioni Aduocacioni Admissionique et participacioni ac omnibus et singulis Alÿs in Tenore earundem literarum nostrarum contentis nostrum Regium Consensum prebere dignaremur pariter et assensum. Quarumquidem litterarum Tenor Is est: Nos Mathias dei gracia Hungarie Bohemie etc. Rex, duxque Austrie Memorie commendamus tenore presencium Significantes quibus expedit vniuersis: Quod fidelis noster Magnificicus Franciscus de Harazthy, Banus noster Zewreniensis Coram nostra Maiestate

personaliter constitutus sponte et deliberata voluntate confessus est in huncmodum, Quodcum inter eum et Egregium Gregorium filium condam Emerici de eadem Harazthy vltra illam fraternitatis et Consanguineitatis necessitudinem, qua lege ipsa nature sunt coniuncti, multe eciam complacencie multi fauores multa denique beneficia memoria dignissima mutuo intercedant, Considerasset non esse alienum ab humanitatis racione bonorum temporis et fortune sue illum fore participem: quem deus atque natura sibi et Sanguinis fecit idemptitate coniunctum, et multa beneficiorum vicissitudine peperit colligatum, Proinde quemadmodum certorum eciam aliorum bonorum suorum possessio pari atque equali Juris racione ineos a parentibus descendisset, Ita eciam illa que nostra Regia munificencia propter suorum seruiciorum merita superaddidit commune esse cum eo perpetuo quodam et immortali consanguineitatis et fraternitatis amore: volens eundem in partem sociumque hereditatis et dominÿ Castelli Zehla vocati ac possessionum Kwldofalwa, Hegyeres, Also Bÿnes, felsew Bÿnes, Benedekfalwa, Bwchÿn ac predÿ Serked vocati omnino in districtu de Lwgas existencium et habi*tis*, que et quas Franciscus ipse a nostra Maiestate per fidelia seruicia sua nobis et Regno nostro gratissima extitit consecutus Adoptasset Aduocasset atque Admisisset, eademque et easdem cum ipso Gregorio suisque heredibus et posteritatibus vniuersis omni eo Jure quo sibi virtute donacionis nostre aut Alio quocunque titulo eadem et eedem attinent, paritercum cunctis suis pertinencÿs et vtilitatibus quibuslibet equo Jure participasset Talimodo vt si forsitan eorum alterutrum temporum in processu diuina disposicione absque liberorum heredumque superviua posteritate ex hac vita contingeret demigrare: Extunc Castellum ac possessiones et predium huiusmodi in partem superviuam heredesque suos et posteritates premisso Jure fraternitatis et Consanguineitatis Ac vi et vigore presencium literarum nostrarum mediante consendi (így) deriuari et redundari debeant penitus et in toto, ymmo coram nostra Maiestate Adoptauit Aduocauit Admisit et participauit. Harum nostrarum, quibus Secretum Sigillum nostrum quo vt Rex Hungarie vtimur est appensum; vigore et testimonio litterarum medi-

ante. Datum Wienne Ciuitate nostra australi feria quarta proxima ante festum Natiuitatis Beati Johannis Baptiste Anno domini Millesimo quadringentesimo Octvagesimo octauo. Nos Igitur huiusmodi Supplicacionibus pro parte prefati Gregory Harazthy Maiestati nostre modo quo supra porrectis: Regia benignitate exauditis clementer et admissis, prescriptas literas nostras fassionales non abrasas non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas presentibusque litteris nostris priuilegialibus de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas, Eatenus quatenus eedem rite et legittime existunt emanate, viribusque earum veritas suffragatur, Ratas gratas et accepta habendo, premissis Assumcioni Adopcioni Aduocacioni, admissionique et participacioni, necnon omnibus alys et singulis, In Tenore earundem litterarum nostrarum contentis, Nostrum Regium Consensum prebuimus prebemusque beniuolum pariter et assensum, Et Nichilominus antentis (így) et consideratis fidelitate et fidelibus Seruicÿs eiusdem Gregory Harazthy, per eum Maiestati nostre Juxta sue possibilitatis exigenciam exhibitis et impensis, Totum et omne Jus nostrum Regium, si quod in prescriptis Castello Zehla ac possessionibus Kwldofalwa Hegyeres Also Bÿnes felsew Bynes Benedekfalwa Bwthÿn ac predio S e r k e d qualitercunque haberemus aut idem et eedem nostram ex quibuscunque causis vÿs modis et racionibus concernerent Maiestatem. Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet Arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis Campis fenetis Siluis Nemoribus Montibus vallibus vineis vinearumque promontorÿs Aquis fluuÿs piscinis piscaturis aquarumque decursibus Molendinis et Molendinorum locis Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, Sub suis veris metis et antiquis existentibus Memorato Gregorio Harazthy suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, dedimus, donauimus et contulimus: Immo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas: Saluo Jure alieno. Harum nostrarum, quibus Secretum Sigillum nostrum quo vt Rex Hungarie vtimur est appensum, vigore et testimonio litterarum mediante Datum Wienne Ciuitate nostra Au-

strali quinto die mensis Augusti, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Octvagesimo octauo Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno Tricesimo primo, Bohemie vero vigesimo.

(Eredetije hártyán a gr. Forgách-család levéltárában. Vörös-zöld selymen függő ép pecséttel.)

346.

1489. június 25-én.

Mathias dei gracia Hungarie Bohemieque Rex necnon Austrie Dux etc. fidelibus nostris Magnificis ac Egregÿs, Bano et Vice Bano, Castri nostri Zereniensis (nec non Juratis Electis et Judicibus nobilium) [1]) districtus de Caransebes. Salutem et graciam. Exponitur Maiestati nostre inpersona fidelis nostri, Nobilis Mathie de Berzowa. Quomodo superioribus temporibus. Nobiles Paulus et Nicolaus Nyakazo, fratres scilicet condiuisionales ipsius Exponentis Nescitur quibus respectibus, omnes Jobagiones eiusdem exponentis, in porcione sua possessionaria, in iamfata possessione Berzowa commorantes, minusiuste et indebite ac preter omnem processum et viam Juris pro se ipsis occupassent occupatosque tenerent eciam de presenti In preiudicium ipsius exponentis et damnum manifestum, Vnde supplicatum extitit Maiestati nostre in persona eiusdem dicti exponentis, vt ei circa premissa, de remedio providere dignaremur opportuno, Etquia Nos huiusmodi actus potenciarÿ per quempiam Regnicolarum nostrorum patratas simpliciter pertransire nolumus, Mandamus. Idcirco fidelitatibus vestris, harum serie firmiter quatenus acceptis presentibus, vocatis vestri in presenciam, ad vnum certum et breuem terminum predictis vtrisque partibus, auditisque earundem proposicionibus, allegacionibus et Responsis, admissis eciam probabilibus et euidentibus documentis in facto prescripte illicite et indebite occupacionis prescriptorum Jobagionum partes inter easdem Judicium et Justiciam facere debeatis, adeo Ne prefatus exponens pro abnegata sibi iusticia ad Maiestatem nostram decetero refugere cogatur. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude feria

[1]) A zárjel közti szavak az eredetiben ki vannak törölve.

quinta proxima post festum Natiuitatis beati Johannis Baptiste. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Octvagesimo Nono. Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno Tricesimo Secundo, Bohemie vero vigesimo primo.

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan levéltárában Cista Zarandiensis. Fasciul 2. No 42.)

347.

1493. deczember 8-án.

Nos Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis Quod nos attendentes et considerantes fidelitatem et seruicia fidelis nostri Magnifici Mathie pongrach de dengeleg, que ipse Sacre imprimis huius Regni nostri hungarie Corone et deinde Maiestati nostre, cum summa fidelitatis constancia pro locorum et temporum varietate ex(hib)uit et impendit, possessionem B a n k f a l w a vocatam in Comitatu Themesiensi habitam, que alias condam Nicolai Bank (dicti) prefuerat, per mortem et defectum seminis eiusdem condam Nicolai, ad sacram dicti Regni nostri Hungarie Coronam Consequenterque collacionem nostram Regiam iuxta antiquam et approbatam dicti Regni nostri Hungarie consuetudinem et legem deuoluta esse peribetur et redacta Simulcum cunctis eiusdem vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, puta Terris arabilibus cultis et incultis agris pratis pascuis campis fenetis Siluis Nemoribus Montibus vallibus vineis vinearumque (promontorÿs) aquis fluuÿs piscinis piscaturis a(quarumque) de (cursibus Molendinis) et eorundem locis generaliter vero . . . . . pertinenciarumque suarum . . . . . sub suis veris metis (. . . . . premissis sic) vt perfertur stantibus et se habentibus (Memorato Mathie pongra)ch de dengeleg ipsiusque heredibus (et posteritatibus) vniuersis dedimus donauimus et contulimus ymo damus, donamus et conferimus Jure perpetuo et irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam Saluo Jure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante Quas in formam nostri priuilegÿ redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate, Datum

Bude (in festo Concepcionis) Beate Marie Virginis Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo tercio Regnorum nostrorum Hungarie (etc. anno) quarto Bohemie vero vigesimo tercio.

Wladislaus Rex manu propria.

Ad Relacionem Magnifici
petri Gereb de Wyngarth
Magistri curie Regie Maiestatis etc.

(*Kivül*, egykorú írással: Ad Castrum S y d o w a r pertinens.)

(Eredetije hártyán a budai kam. levéltárban, NRA 1526. csomag, 49. szám. Penész által elmállott, és e miatt sok helyen olvashatlan oklevél.)

348.

1493. deczember 8-án.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Chanadiensis. Salutem et graciam. Cum nos attendentes et considerantes fidelitatem et seruicia fidelis nostri Magnifici Mathie pongrach de dengeleg que ipse Sacre imprimis huius Regni nostri Hungarie Corone et deinde Maiestati nostre cum summa fidelitatis constancia pro locorum et temporum varietate exhibuit et impendit possessionem B a n k f a l w a vocatam In Comitatu Themesiensi habitam, que alias condam Nicolai Bank dicti prefuerat, per mortem et defectum seminis eiusdem condam Nicolai ad Sacram dicti Regni nostri Hungarie Coronam consequenterque Collacionem nostram Regiam iuxta antiquam et approbatam dicti Regni nostri Hungarie consuetudinem et legem deuoluta esse perhibetur et redacta Simulcum cunctis eiusdem vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus Memorato Mathie pongrach suisque heredibus et posteritatibus vniuersis vigore aliarum literarum nostrarum in perpetuum contulerimus velimusque eundem in dominyum eiusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus Quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, Quo presente Georgius Gala de H o m o r a g y a,

vel Petrachko de Ewthalmi, aut Sandrinus Sismay [1]) de lygethews, siue Georgius Chwlya [2]) de Kirywyna vel Georgius de eadem, aut Petrus de Zlathÿna, alÿs absentibus homo noster ad facies dicte possessionis Bankfalwa vicinis et commetaneis vniuersis Inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, Introducat prefatum Mathiam in dominium eiusdem, Statuatque eandem eidem premisse nostre donacionis titulo sibi incumbenti perpetuo possidendam. Si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint Euocet eosdem contra annotatum Mathiam pongrach ad terminum competentem nostram personalem in presenciam, Racionem contradiccionis eorum reddituros, Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis Seriem, cum Contradictorum et Euocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premisse Statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, vt fuerit expedienda, dicte nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude In festo Concepcionis Beate Marie virginis Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo tercio, Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno quarto. Bohemie vero Vigesimo tercio.

(A csanádi káptalan 1494. évi átiratából.)

349.

1494. október 28-án.

Serenissimo principi et domino domino Wladislao Hungarie et Bohemie etc. Regi domino eorum naturali et graciosissimo Capitulum ecclesie Chanadiensis, Oracionum suffragia deuotarum perpetua cum fidelitate, vestra nouerit Serenitas nos literas eiusdem Introductorias et Statutorias nobis preceptorie loquentes summa cum Reuerencia recepisse in hec verba.

(Lásd Ulászló igtatási parancsát Pongrácz Mátyás részére 1493. évről 348. szám alatt.)

Nos igitur mandatis v. S. semper obedire cupientes ut tenemur, vnacum nobili Petrachko de Ewthalmÿ, homine

[1]) Helyesebb: Sisman. — [2]) Egy 1480. évi levélben ismételve: Gywla.

vestre Serenitatis inter alios nominatim conscripto. Discretum Magistrum ladislaum Canonicum Collegiate Ecclesie Sancti Saluatoris Chanadini fundate ad premissas Introduccionem et Statucionem faciendam nostro pro testimonio misimus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt. Quod cum Idem homo v. S. dicto testimonio nostro presente. In festo decem Milium militum martirum proxime preterito ad faciem dicte possessionis B a n k f a l w a predicte, vicinis et commetaneis vniuersis, Et signanter Martino Kenez In Laurencÿ Orzag domini sui et Nobili Jacobo Zekel in sua et nobilium filiorum dees, dauid et christophori, ac Johanne fodor de N e w r e n c h a In Francisci de Harazth domini sui, personis, Inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo antefatum Mathiam pongrach In dominium prefate possessionis B a n k f a l w a vocate Introducere ac eandem, eidem, premisse vestre donacionis titulo perpetuo possidendam statuere voluisset, Tunc antefatus Johannes fodor, In prescripti Francisci de Harazth domini sui persona, Introduccioni et Statucioni premissis, contradiccionis velamine obuiasset, Ob hoc Idem homo vestre Serenitatis presente testimonio nostro antefato. Ibidem et eodem die annotatum Franciscum de dicta Harazth contra Memoratum exponentem ad octauas festi Beati Michaelis archangeli nunc venturi vestram personalem euocasset in presenciam Racionem contradiccionis redditurum, Datum Octauo die diei contradiccionis et euocacionis prenotatarum. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Quarto.

(*Kívül:* Personali presencie Regie Maiestatis pro Magnifico Mathia pongrach de dengeleg contra Egregium Franciscum de Harazth ad octauas festi Beati Michaelis Archangeli nunc venturi Contradiccionis Relacio. — Alább: Transmissa est presens causa ad peticionem actoris in presenciam palatinalem per me Magistrum ladislaum de doroghaza.)

(Eredetije papiron a budai kam. levéltárban, NRA. 1527. csomag. 1. szám. Kívül a pecsét nyomával.)

350.

1495. november 19-én.

Nos Capitulum Ecclesie Orodiensis Memorie commendamus per presentes Quod Dauid Desy de Themeskez onera

et quelibet grauamina Cristoferi Georgy et Michaelis fratrum suorum carnalium super se assummendo, coram nobis personaliter constitutus sponte confessus est et retulit in hunc modum Quod ipse ad presens necessitate compulsus predium ipsorum G e o d e f a l w a in districtu de L w g a s existens habitum cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet Terris scilicet Arabilibus cultis et Incultis agris pratis campis fenetis Siluis nemoribus Montibus vallibus aquis Riuulis fluuÿs piscinis piscaturis Sagenis Gargustris et earundem Locis et generaliter cunctarum vtilitatum Integritatibus ad eundem de Jure et ab antiquo spectancium et pertinere debencium petro Bosory de (Z . . . . . e Moga?) de Kysendrewd ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis pro Quadraginta florenis auri, vt dixit ab eisdem iam receptis et Leuatis pignori obligasset Immo obligauit et Impignorauit coram nobis tali modo Quod quandocunque ipse facultas redimendi suppetet extunc ydem petrus et Lucas rehabitis huiusmodi Quadraginta florenis auri prescriptum predium cum prenotatis vtilitatibus eisdem sine omni litigio et difficultate remittere et resignare debeant et teneantur, Assummendo nichilominus prefatos petrum et Lucam in pacifico domynio prescripti predÿ et vtilitatum eiusdem Infra tempus redempcionis contra quoslibet legittimos impetitores (üres hely) proprÿs suis Laboribus et expensis protegere tueri et conseruare Quod si non curaret aut quomodocunque recusaret extunc In totalem porcionem ipsorum possessionariam In possessione G a w o s d y a in eodem districtu existente habitam vigore solummodo harum literarum nostrarum occupandi condescendendi tenendi et possidendi habeant potestatem et facultatem et tamdiv vtendi et fruendi quousque de prescriptis Quadraginta florenis eisdem satisfactum fuerit quo ad plenum ad quod se sponte obligauit nostro in conspectu harum Literarum nostrarum vigore et testimonio presencium mediante Datum In festo Beate Elizabeth vidue Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo quinto.

(Eredetije hártyán Sólyom-Fekete Ferencz úr gyüjteményében Déván. Függő pecsét nyomaival.)

351.

1496. június 28-án.

Amicis suis Reuerendis Capitulo ecclesie Budensis, Stephanus de Zapolya Comes perpetuus terre Scepusiensis Regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum, amiciciam paratam cum honore, dicitur nobis in personis Nobilium magistri Michaelis Curie Regie Notary ac Nicolai filiorum Nobilis Nicolai Orzag de R w d y n c z ex condam nobili domina Anna Mathnychana dicta filia utputa condam Johannis Bogdan de Mothnok ac Johannis fily condam dionisy, fily prefati Johannis Bogdan. Necnon Stephani et Petri filiorum condam Michaelis farkas de eadem Mothnok fratris vtputa carnalis pretacti Johannis Bogdan Quomodo ipsi in dominium directe et equalis medietatis totalis possessionis G y e p e w alio nomine P r e z a k a dicte, in districtu de Sebes existentis habite, ipsos exponentes certo Juris titulo concernentis, legittime vellent introire. Superquo amiciciam vestram presentibus petimus diligenter Quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Andreas plesko, vel Johannes aut Sandrinus de predicta Mothnok, sin alter Sandrinus Sisman, siue Georgius de M a r g a alys absentibus homo noster, ad faciem predicte possessionis G y e p e w alio nomine p r e z a k a consequenterque directe et equalis medietatis eiusdem possessionis vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legittime conuocatis et presensibus accedendo, Introducat prefatos exponentes Indominium eiusdem medietatis dicte possessionis Statuatque eandem eisdem simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencys quibuslibet, premisso iuris titulo eisdem Incumbenti perpetuo possidende Si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint euocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem nostram In presenciam Racionem contradiccionis eorum reddituros, et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem, cum contradictorum et euocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum Qui premisse statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato vt fuerit expediens nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude in pro-

festo deposicionis Beati Regis Ladislai, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo sexto.

(*Kivül*: Amicis suis Reuerendis Capitulo ecclesie Budensis, pro nobilibus Magistro Michaele de Mothnok Curie Regie Notario ac alÿs intrascriptis Introductoria et Statutoria.)

(Eredetije papiron a Macskási-család levéltárában, 838. sz. alatt. Kivül a pecsét nyomával.)

352.

1497. május 26-án.

Nos Josa de Som Comes Themesiensis et parcium Regni Hungarie Inferiorum generalis Capitaneus etc. Memorie commendamus per presentes, quibus expedit vniuersis, Quodlicet superiori Anno in possessione Egregy Michaelis Kendeffy de Malomwÿz Bodogazzonfolwa vocata, in Comitatu hwnyadiensi existente, et habita, prefatus Michael Kendeffy super quibusdam Jobagionibus Magnifici domini Mathie Pangracz, In oppido L w g a s commorantibus, Tributum seu Telonium exigi fecerit, et propter inde, tandem Castellani de Haczak asserentes, ipsum Telonium, non ad Michaelem Kendeffy sed ad oppidum Haczak, consequenterque dominum ipsorum Illustrem scilicet dominum Johannem Coruinum ducem Oppauie etc. pertinere, certas Res et Bona prefatorum Jobagionum dicti domini Mathie, receperint et abstulerint, Exeoque ÿdem Jobagiones domini Mathie Pangracz certos Jobagiones prefati domini ducis, in loco communi arestarifecerint, prefatj vero Castellani de Haczak, et Hwnyad, nobis idipsum taliter declarauerunt, Quod huiusmodi arestacio, super Jobagiones domini ipsorum minusiuste et Indebite facta esset, Quoniam ipsi prefatas Res Jobagionum domini Mathie pangracz, Ex eo, quod ipsi Telonium illi cui non debuissent et ad quem de Telonio ipse Nichil pertineret, persoluissent, pro Transgressione Telonÿ domini ducis predicti, in predicto oppido Haczak exigi solitj, Juste et legittime recepissent, Nosque ad huiusmodi declaracionem ipsorum predictum Arestum super Jobagionibus domini ducis, factum relaxari, et ipsis Jobagionibus domini Mathie, dampna ipsorum de bonis prefati Michaelis Kendeffy, requirere commiserimus, et tandem hÿs diebus, ÿdem Jobagiones domini

Mathie, certos, Equos et pecudes Jobagionum dicti Michaelis Kendeffy, ad oppidum K a r a n, propter inde tanquam ad locum communem, pro aresto adduxerint, Tamen habita huiusmodi arestacione annotatus Michael Kendeffy personaliter ad nostram veniens in presenciam, Exhibuit nobis Efficaces literas et literalia Instrumenta optime declarancia, Quod prefatum Telonium, non ad oppidum Haczak, sed ad predictam possessionem suam Bodogazzonfalwa, aliter Warallya nuncupatam, semper et ab antiquo pertinuisset et pertineret de presenti, Sed Serenissimus condam dominus Mathias Rex illud Telonium ab eodem, ab predictum oppidum Haczak occupasset, et tandem Serenissimus princeps, dominus Wladislaus modernus Rex noster graciosissimus, prefatum Telonium eidem Michaeli Kendeffy per Magistros prothonotarios et Justiciarios huius Regni, pleno Jure readiudicari et restitui fecisset, Ideo Nos visa omnj Justicia et Immunitate annotati Michaelis Kendeffy, super ipso Telonio habita, predictum arestum in oppido Karan factum, simpliciter relaxari, et predictis Jobagionibus domini Mathie pangracz pro dampnis ipsorum per predictos Castellanos, illatis, de bonis prefati domini ducis arestare debere commisimus, In quorum testimonium annotato Michaeli Kendeffy, presentes litteras nostras concessimus ad cautelam, Datum In Themeswar feria sexta proxima post festum Sancti Vrbani pape Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Septimo.

(Eredetije negyediv papiron nyilt alakban, a Kendeffy-család iratai közt. Szöveg alatt fehér viaszszal papirba nyomott gyűrűs pecsét. — Hátlapon cyrill betükkel egy sornyi jegyzet. — Közli: Sólyom-Fekete Ferencz.)

353.

1499. augusztus 8-án.

Nos Jacobus Gerlÿstheÿ et Petrus Tharnok de Machkas Bani Zewrinienses, Damus pro memoria quibus expedit vniuersis, Quod venientes nostri in presenciam Nobiles viri Nicolaus et Johannes alb: et alter Johannes dogaan de Z o r i l e n c z: ab vna: necnon Nobilis vir Georgius Gaman de B y z e r e: nomine et in persona Nobilis domine Dorothee filie condam Nobilis philipi Halgas dicti de prefata Z o r i l e n c z:

consortis scilicet sue carissime partibus ab altera: et per annotatos Nobiles Nicolaum et Johannem alb: et alterum Johannem dogaan supradictos: coram nobis oraculo viuenocis: spontaneaque voluntate fassum extitit et relatum in hunc modum: Quod quia prefate Nobili domine dorothee filie annotati Nobilis condam philipi Halgas: consorti scilicet prefati Nobilis Georgy gaman tempore sue Maritacionis: nulla dos nulleque nupciales honores de porcione possessionaria eiusdem annotati condam Nobilis philipi Halgas dicti: in possessione Zorilencz habite: extradate et restitute fuissent, omnino in districtu de Comÿath: et sub Banatu Zewriniensi existentis: tamen certi probi Nobiles viri videlicet Ladislaus Floka: et alter Ladislaus Rakouicza per easdem vtrasque partes: ad id adoptati et electi conferentes sic reinuenissent: Quod eidem Nobili domine Dorothee: omnes dotes et honores nupciales cum viginti florenis auri disponere potuissent iuxta ritum volachie: super quo idem contenti fuissent quia vero ipsi fratres fieri viderentur: annotati condam Nobilis philipi Halgas: et porcio possessionaria eiusdem: in ipsos Nicolaum et Johannem Dogaan supradictos: propter defectum seminis Masculini Sexus annotati philipi in prefatam possessionem Zorilencz appellatam, habitam, descendisse videtur: tamen ipsi nunc propter nimiam paupertatem prefatos viginti florenos vnde persoluere non haberent: et neque possent: obhoc ipsi totalem porcionem possessionariam annotati condam Nobilis philipi Halgas in eadem possessione Zorilencz supradicta, habitam, cum cunctis eiusdem porcionis vtilitatibus quouis nominis vocabulo vocitatis: ad eandem de Jure pertinere debentem: eidem annotate Nobili domine dorothee pro predictis XX. florenis auri: infra tempus redempcionis sue: titulo pignoris obligassent: ymmo dederunt et impignorarunt coram nobis tenendam vtendam pariter et habendam: nullo penitus contradictore apparente: vigore et testimonio literarum nostrarum mediante: Datum in Karansebes feria quinta proxima ante festum Beati laurencÿ martiris anno domini M° quadringentesimo Nonagesimo Nono.

(Eredetije a Sombory-család levéltárában. Szöveg alatt pecsét nyoma.)

354.

1503. november 23-án.

Nos Jacobus Gerlÿsthey et Barnabas Belaÿ Bani Zewrinienses: Damus pro Memoria quod Nobilis vir Gabre filius Nobilis condam Bogdan de Kalugyeren: coram nobis personaliter constitutus: per modum protestacionis significare curauit in huncmodum: Quod quadam ineuitabili conpulsus necessitate cogitur ad euitandam talem suam necessitatem: vt omnes suas porciones possessionarias in possessionibus Kalugyeren predicta: necnon Magoyesth: Rekyczе et Ztremtura appellatis omnino in districtu de Comÿath: et sub Banatu Zewriniensi habitas existentibus, quod certa aliqua quantitate pecunie: titulo pignoris obliget: infra tempus redempcionis sue: qua protestacione facta: postmodum in tribus sedibus Judicarÿs iuxta ritum volachie: idem Nobilis Gabre vniuersos vicinos et commetaneos suos: signanter vero Nobilem dominam Martham filiam Nobilis condam Thome de remethe: ac vniuersos heredes prefati Nobilis condam Thome de Remethe coram nobis ammonuit ac alexit: vt si volunt ipsi: vel alter eorum porciones possessionarias eiusdem Nobilis Gabre in possessionibus supranotatis habitas: extunc easdem erga se pignoris titulo recipiant, et eos; magisque alios ad recipiendum et tenendum contenunt: testimonio literarum nostrarum mediante. Datis in Karansebes feria quinta proxima post festum beate Elizabeth anno domini Millesimo Quadringentesimo tercio.

Coram ipso Jacobo Gerlÿsthey.

(Eredetije papiron a Sombory-család levéltárában. Szöveg alatt Gerlysthey gyürüs pecsétje zöld viaszban.)

355.

1504. július 1-én.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Albensis Transsiluane Salutem et graciam, Cum nos attentis et consideratis fidelitate

et fidelibus servicÿs fidelis nostri Egregÿ Barnabe de Bela Bani nostri Zewriniensis per eum imprimis Sacre huius Regni nostri Hungarie corone et deinde Maiestati nostre pro locorum et temporum diuersitate cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, vniuersa bona et possessiones porcionesque et quelibet Jura possessionaria in comitatu Hwnyadiensi ac alias vbiuis et in quibuscunque comitatibus parcium Regni nostri Transsiluanarum existencia et habitas. Que Nobilis Johannis Arka de domsos prefuissent. Sed ex eo quod idem Johannes hÿs superioribus diebus quosdam duos Egipciacos siue pharahones: quos wlgari sermone czyganos vocant: racione cuiusdam furtj captiuari et cum vno illorum alteri oculos eruere fecisse dicitur, Ad nos consequenterque collacionem nostram Regiam iuxta antiquam et approbatam eiusdem Regni nostri Hungarie consuetudinem rite et legittime deuoluta esse perhibentur et redacta, Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, Memorato Barnabe de Bela, et per eum Johanni similiter de Bela fratri suo vterino, ac Ladislao de Folth ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis aliarum literarum nostrarum donacionalium superinde confectarum in perpetuum contulerimus: velimusque eosdem in dominium eorundem et earundem per nostrum et vestrum homines legittime facere Introducj: Superquo fidelitati vestre Harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum: Quo presente Blasius de Kemend, aut Johannes Bakoch de Klokothywa, siue Demetrius Chazar, vel Georgius Zacharias de Pesthes aut Benedictus pesthesÿ siue Ambrosius similiter pesthesÿ vel Demetrius Kopaz de Wad: aut Dionisius Izthrÿgÿ, Alÿs absentibus homo noster ad facies prescriptorum vniuersorum bonorum possessionum porcionumque et quorumlibet Jurium possessionariorum vbiuis in dictis Comitatibus parcium Regni nostri Transsiluanarum habitarum: vicinis et commetaneis eorundem et earundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo: Introducat prefatos Barnabam de Bela et alios predictos in dominium eorundem et earundem, Statuatque eadem et easdem eisdem premisse nostre

donacionis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas. Si non fuerit contradictum: Contradictores vero si qui fuerint euocet eosdem contra annotatos Barnabam de Bela et alios prescriptos ad terminum competentem Wayuode nostri Transsiluani in presenciam racionem contradiccionis eorundem reddituros, Et posthec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et euocatorum si qui fuerint: vicinorumque et commetaneorum qui premisse Statucioni intererunt ac possessionum porcionumque et quorumlibet Jurium possessionariorum inibi statuendarum nominibus terminoque assignato vt fuerit expediens, eidem Wayuode nostro suomodo rescribatis, Datum Bude in vigilia visitacionis beatissime Marie Virginis Anno domini Millesimo Quingentesimo quarto, Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno quartodecimo, Bohemie vero Tricesimo tercio.

(*Kivül:* Fidelibus nostris Capitulo Ecclesie Albensis Transsiluane, pro Egregio Barnaba de Bela Bano nostro Zewriniensi, et alys introscriptis Introductoria et Statutoria.)

(Hátán a végrehajtási jelentés igy szól: Execucio facta est feria tercia in die Transfiguracionis domini in porcione in dampsos habita, Item in possessiones Hosdo Bonyla Ohaba Mwranfalwa vocatas et alia ad eandem dampsos pertinentibus, contradiccio ibidem in dampsos, eodem die per Barnabam Fekethe de Losad in persona Johannis Arka Veronice sororis eiusdem carnalis Anko sororis sue fratruelis. Item Johannis Ongor Nicolai Ongor de Nadasd, Item per Andream Mwrsina in sua et Georgÿ fratris sui carnalis personis, Item execucio non est de bonis Dionisÿ de Zenthgyergh racione iuris capitularis, Homo Regius Demetrius Kopaz de Wad, Capitularis Michael capellanus de Ozd.)

(Az erdélyi káptalan octauo die diei execucionis prenotate jelenti, hogy midőn Belai Barnabást, testvérét Jánost és Folthi Lászlót, Hosdo, Bonyla, Muranyfalva és más Hunyad megyei és Hátszeg kerületbeli birtokokba igtatni akarák, Losadi Fekethe Barnabás, Arka János Veronica, Anko emlitett Arka János nővérei, Nádasdi Ongor János és Miklós, Mursina András de Rekethyz és Mursina György az igtatásnak ellenmondtak, kiket is azért a káptalan a vajda elé idézett ad octauas festi Epiphaniarum domini nunc venturi. De a káptalan maga részéről is jogokat tartott fenn Zentgyergh, Valya Zachal, és Ohaba Hunyad megyei birtokokra nézve, a melyek t. i. Geréb László kalocsai érsek, az előtt erdélyi prelatus által némi feltételek alatt, Domsosi Arka Lászlónak és fia Arka Jánosnak átengedtettek.)

(Eredetije papiron a gyulafehérvári káptalan itárában. Cista II. Hunyad, 5. csom., 48. szám. Zárlatán veres pecsét nyomával.)

356.

1504. július 18-án.

Gerlistyei Jakab és Macskási Tárnok Péter szörényi bánok, Akzini, Kziny és Var, máskép Mezfalu szörénymegyei falvak ügyében, mely elzálogosított falvakért Margai György 400 arany forintnyi váltságpénzt kér rakoviczai Pribék Lászlótól, biráskodnak.

(Eredetije hártyán a m. tud. Akadémia oklevelei közt. Közli: Lugosi József a M. Tört. Tár I. köt. 177. l.

357.

1504. augusztus 15-én.

Nos Capitulum ecclesie Chanadiensis Memorie commendamus per presentes, Quod Nos literas Serenissimi principis et domini domini Wladislai dei gracia Regis Hungarie Bohemie etc. domini nostri graciosissimi requisitorias nobis preceptorie loquentes et directas summacum honore recepimus in hec verba, Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris Capitulo ecclesie Chanadiensis Salutem et graciam exponitur nobis in persona fidelis nostri Egregÿ francisci de harazth Quomodo quedam litere vestre Introductorie et statutorie factum Totalium porcionum possessionariarum eiusdem exponentis in possessionibus Serked Kwldwesth, Bwchynfalwa, Zehla, Benedechezth, hegyeres, felsewbÿnÿs et alsobynÿs vocatis in Comitatu Themesiensi existentibus habitarum Tangencium et concernencium, ab ipso exponente casualiter forent alienate et deperdite, Quarum paria in vestra Sacristia sew conseruatorio ecclesie vestre more solito haberentur, quibus Idem exponens pro sustentacione Jurium suorum summe esset necessarius (így), fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipiendo Mandamus, quatenus receptis presentibus et premissis suomodo se habentibus paria prescriptarum literarum

vestrarum Introductoriarum et statutoriarum factum prescriptarum porcionum possessionariarum vt dicitur tangencium et concernencium in dicta vestra Sacristia sew conseruatorio dicte ecclesie vestre diligenter requiri reinuenirifaciatis, requisitarumque et reinuentarum tenorem in Transscripto literarum vestrarum eidem exponenti Jurium suorum ad cautelam, modis omnibus extradare et emanari facere debeatis, et teneamini, Cauendo tamen ne fraus aut dolus hac in parte eueniat aliqualis. Secus non facturi. Datum Bude feria sexta proxima post festum advincula beati petri apostoli. Anno domini Millesimo Quingentesimo quarto. Vnde nos Mandatis prefati domini nostri Regis in omnibus obedire volentes vt tenemur visisque ipsis literis eiusdem domini Regis requisitorÿs mox et statim prescriptas literas Introductorias et statutorias factum, Totalium possessionum Serked, Kwldwesth, Bwchynfalwa, Zehla, Benedechezth, Hegyeres, felsowbÿnÿs et alsobÿnÿs in dicto Comitatu Themesiensi existencium tangentes in Sacristia sew conseruatorio ecclesie nostre predicte more solito repositas diligenter requiri et re Inueniri fecimus. Quarumquidem literarum requisitarum et re inuentarum Tenor talis est.

(Lásd a csanádi káptalan 1480. évi jelentését a fenebbi falvakban történt beigtatásról 340. sz. a.)

Nos itaque tenorem prescriptarum literarum Introductoriarum et statutoriarum modo premisso requisitarum, de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali transsummi et transscribi fecimus, prefatoque francisco de harazth sui Juris ad cautelam communi Justicia suadente duximus concedendas. Datum in festo assumpcionis gloriosissime virginis Marie. Anno domini Millesimo Quingentesimo quarto.

(Eredetije a gr. Forgách-család levéltárában. Zárlatán pecsét.)

358.

1505. június 9-én.

Capitulum ecclesie Orodiensis omnibus cristifidelibus presentibus pariter et futuris Harum Noticiam habituris Salutem in salutis largitore ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire

Quod Nobilis Gabre filius Nobilis condam Bogdan de Kalwgheren personaliter coram nobis constitutus oraculo viuenocis ac spontanea sua uoluntate fassus est in huncmodum Quod quia Ipse nunc quadam nimia et ineuitabili compulsus necessitate directas et equales medietates possessionum Kalwgheren supradicte, Necnon Magoyesth Ac Rekycze et quartam partem possessionis Ztremtura appellatarum omnino in districtu de Komyath sub Banatu Zewriniensi habitas et existentes, Cum cunctis earundem utilitatibus et pertinencÿs puta terris arabilibus cultis et incultis fenetis pratis Campis pascuis Rubetis Nemoribus Saltis virgultis vineis vinearumque promontorÿs Aquis piscinis fluuÿs aquarumque decursibus Molendinis ac Molendinorum locis et generaliter omnium utilitatum integritatibus quouis nominis uocabulo uocitatis ad easdem deiure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus eundem Nobilem Gabre iure hereditario concernentibus, in quarum pacifico dominio idem Nobilis Gabre hucusque extitisset essent que eciam de presenti Nobili Georgio ghaman de Byzere et per eum domine dorothe consorti Necnon Johanni Nicolao et Andre filÿs et domine Katherine filie prolibus scilicet eiusdem Georgy Gaman pro Trecentis [1]) florenis auri plene iam persolutis et leuatis infra tempus redemcionis Titulo pignoris obligasset et impignorasset Talimodo vt dum et quando eidem Nobili Gabre aut filÿs fratribusque et consanguineis vniuersis facultas redimendi suppeterit, extunc rehabitis primum dictis Trecentis florenis auri ipse Georgius ghaman eidem Gabre uel filÿs et fratribus suis rel*a*gata quauis difficultate omnique via iuris easdem porcjones cum earundem vtilitatibus predictis libere et pacifice remittere debeat et teneatur. In cuius memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis et autentici Sigilli nostri Munimine roboratas duximus concedendas, datum per manus Magistri Martini de Gywla lectoris et concanonici nostri Ad mandatum nostrum feria secunda proxima ante festum Beati Barnabe apostoli Anno domini Millesimo Quingentesimo quinto presentibus ibidem honorabilibus dominis Michaele Cantore

[1]) A szörényi bánok levelében 200 arany forintról van szó.

de Somlyo: Dyonisio de Symand Custode Magistris Johanne de Pankotha paulo de Kenderes Francisco de Somlyo et Georgio de Belawar, Ceterisque fratribus et Concanonicis nostris in prefata dei ecclesia Regi sempiterno iugiter famulantibus et deuote.

(Eredetije hártyán a Sombory-család levéltárában. Kék czérnán csüng a káptalani pecsét.)

359.

1505. október 22-én.

Nos Emericus Thewrek de Ennyng et Stephanus Isthwanffy de Kyssazzonfalwa, Recognoscimus per presentes Quod Egregius Johannes Bÿklÿ de Bÿkol, Castrum Illustrissimi et generosi domini nostri, domini Johannis Corvini lÿpthouie ducis, ac Regnorum Dalmacie Croacie et Sclauonie Bani. Hwnyad vocatum, in partibus Transiluanie habitum, simulcum Castellis Haczak, Morsÿna et Monosthor, ac Oppidis, villis et vniuersis pertinencÿs, et prouentibus, item alpibus Pethed, que alias per condam dominum Stephanum de Bathor Wayuodam Transiluanie, a Castro Hwnyad alienate et per Johannem Bÿklÿ pretactum, maximis cum laboribus, fatigÿs et expensis, iterum ad castrum prefatum reapplicate extiterant, ac Auricambio fr . . . . . Thelonÿs, honoribus Comittatus, viarum stacionibus versus Transalpinam, generaliter vero vniuersis et quibuslibet pertinencÿs eiusdem castri, quibus videlicet suas ad manus preoccupauerant, manibus nostris, restituit et resignauit, satisfaciendus fidei, honori et humanitati suis, domino nostro, ac inter nos, Juxta tenores et continencias literarum Spectabilis et Magnifici domini Comitis petri Comitis de Sancto Georgio et de Bozÿn, Judicis Curie Regie maiestatis, necnon Wayuode Transyluani, composicionalium et obligatoriarum, in oppido Dees, se se mutuo, emanatarum, datis, Vnde nos eundem Johannem Bÿklÿ, ac fratres et familiares suos, vigore literarum pretacti domini nostri, super plenaria auctoritate nobis in hac parte attributa, concessarum, Tam super resignacione Castri, Castellorum, Machinarum Bombardarum . . . . . nec non victualium prouen-

tuum et pertinenciarum quarumlibet quam eciam rerum eiusdem domini nostri restitucione, quittum reddimus et per omnia absolutum, promittentes eidem in fide nostra christiana, ac honore et humanitate nostris mediante, nunquam eundem Johannem Bÿklÿ, et ad eum quomodocunque pertinencium pretextu conseruacionis castri et castellorum ac auri cambÿ ferri... arum et proventuum quorumlibet qualitercunque percepcione verbo vel facto in Judicio vel extra inquietari, ac perturbari facere, quouis quesito colore, addito eciam Quod si causaliter quod deus auertat, prefatus dominus noster dux medio tempore ex hac luce migrasset, et si pretextu conseruacionis prouentuum percepcionis Resignacionis castri et castellorum ac pertinenciarum ipsorum eundem Johannem Bÿklÿ in Judicio vel extra, inquietarent aut perturbarent, vndecunque aut quomodocunque, extunc Nos sub fide, ac honore et humanitate premissis, honorem et Jura eiusdem Johannis Bÿklÿ viribus totis et expensis, vbique et coram quouis Judice, tueri teneamur et defendere, harum nostrarum sigillis et Cirographÿs nostris, consignatarum, vigore et testimonio literarum mediante, Datum in Castro Hwnÿad Sequenti die festi beatorum vndecim Milium virginum, Anno domini Millesimo Quingentesimo quinto.

Emericus Thewrek de Ennÿg propria manu.
Stephanus Isthwanffÿ de Kyssazzonfalwa propria manu.

(Egykorú fogalmazat, több törlésekkel, a budai kam. levéltárban, NRA 8. csomag, 85. szám.)

360.

1506. október 31-én.

II. Ulászló király gersei Pethö János, György és Ferenczneknek a zödi kastélyt, Machalaka, Zabran és Kasa f. Aradmegyében, Szer és Szentgyörgy f. Csongrádmegyében, Hodos f. Temesmegyében, Mágocs és Kutas f. Csanádmegyében, Barlad f. Kevemegyében, valamint Agyagos és Ménes falut Krassómegyében adományozza. (Hazai Okmánytár V. köt. 366. l.) Ez adományt a király megerösíti 1507. évben.

361.

1507. április 11-én.

II. Ulászló király, gersei Pethö János, György és Ferencz kérelmére, a zödi katélyra, a kevemegyei Barlad, a krassómegyei Agyagos és Ménes és más tartozandóságokra vonatkozó okleveleket átírja, és megerösíti.

(Hazai Okmánytár V. köt. 397—403. l.)

362.

1509. márczius 20-án.

Ego Johannes Bekews Castellanus Castri Hwnyad ac Castellorum Monosthor, Morsÿna et Haczak, Recognosco per presentes, Quod quia Ill^mi^ principes domini Georgius Marchio Brandemburgensis etc. ac domina Beatrix de Frangepan Conthoralis eiusdem domini mei graciosissimi Castrum ipsorum Hwnyad Castellaque Monosthor, Morsyna et Haczak vocata, cum suis omnibus et singulis Machinis ingenÿs et pertinencÿs, ad manus meas durante beneplacito ipsorum dederunt et in officium contulerant, vnde ego cupiens ipsos Ill^mos^ dominos, dominum Georgium et dominam Beatricem, dominos meos graciosissimos, de et super restitucione dictorum Castri Hwnyad, ac Castellorum Monostor, Morsyna et Haczak vocatorum, simulcum pertinencÿs cerciores reddere, promitto fide mea Christiana.

(A többi tartalom hasonló Folthi László, hunyadi, morsinai és monostori várnagy 1511. évi reversalisával 368. sz. a.)

Datum in dicto Castro Hunyadh feria tercia proxima post dominicam Letare: Anno domini Millesimo Quingentesimo Nono.

(Eredetije a bajor kir. levéltárban. Acta Brandenburgica. CCIV. Nürnbergi csomag. Szöveg alatt gyürüs pecsét.)

363.

1510. május 10-én.

Ego Dan de Zachal Castellanus Castri Sydowar, nec non Castelli Lugas etc. Recognosco per presentes, Quod

Ill^mus Princeps dominus Georgius dei gracia Marchio Brandenburgensis Stetiniensis, pomeranie, Cassuborum ac Slauorum dux Burggrauius Nurembergensis, Rusie princeps etc. Castrum suum S i d o w a r, necnon Castellum L u g a s, cum oppido suo Lugas cum omnibus et singulis Machinis et pertinencÿs suis ad manus meas, durante beneplacito suo quo ad mediam partem dedit, et in officium contulit, vnde ego cupiens ipsum Ill^mum dominum dominum Georgium, dominum meum graciosissimum de et super restitucione dictorum Castri S y d o w a r necnon Castelli L u g a s cum oppido suo L u g a s vocato, simulcum pertinencÿs eorundem cerciorem reddere, promitto fide mea christiana etc.

(Következik a várnagyok reversalisa az akkori formula szerint.)

Datum in Castro Hwnyadh, feria sexta proxima preterita post festum Beati Stanislai Episcopi et martiris inter octauas Ascensionis domini Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo decimo.

(Eredetije a bajor kir. állami levéltárban. Brandenburgica CCVI. csomag.)

364.

1510. május 30-án.

Nos Franciscus prepositus et Conuentus Ecclesie Beate Marie virginis de Sagh Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod Egregius Franciscus de Harazth Comes Comitatus Orodiensis personaliter coram nobis constitutus sponte et libere confessus est in hunc modum, Quod quia ipse Franciscus prolibus careret masculinis, bonaque et Jura possessionaria sua infrascripta in maiori sui parte Jus Masculinum dumtaxat concernerent, et ob hoc idem Franciscus uolens vt generose domine Anna Egregy Michaelis de pakos Bani Zereniensis, et Katherina Egregy Sigismundi de Lewa, consortes, filie scilicet sue ex generosa condam domina Sophia filia olim Ladislai doczy procreate Sub edibus latitarent alienis, easdem dominas Annam et Katherinam filias scilicet suas in eisdem bonis puta In totalibus Castello Wasarhel alio nomine pathkocz vocato ac porcionibus possessionarÿs in possessionibus Bokorfalwa, Radowazela

Babsa Borzos walsyncz Ratkowcz Bobothyn Zlawÿncz gwrgudia klenowcz Hozzÿa, Swlyncz fagymagh, dragothÿncz Mykolocz, Agwasarhel, opprysynccz Roÿlÿncz fagymag dragothyncz Bothosfalwa bandia Nyerges ohabycza menies, Kwthyna Balasfalwa Moskwa gywla Mayssafalwa felsewbalyncz alsowbalyncz panewÿa Zlawyncz gyerthanos et Rekethyes in Themesiensi, Item Totalibus castello Zalha ac possessionibus Hozywpatak felsewbynes, alsowbynes megyeres serked in districtu de Lwgas ac porcionibus possessionarÿs in possessionibus kwldofalwa kwlboest alio nomine lwgas ac predÿs bankfalwa et balÿncz in de Lwgas predicto Item similiter totalibus Castro Challya ac possessionibus Belsewchallya, kylsewchallya Jazpeel et predio pongracz necnon porcionibus possessionarÿs in possessionibus panad Kerezthwr Kowazy Rew (így Kew helyett) gyarak in orodiensi, preterea totalibus Castello palÿlese ac possessione almazegh, Item in porcionibus possessionarÿs in possessionibus Toffaya gergelforroÿa in eodem orodiensi ac Harazth Zenthdÿenes erd berky Kapozthasmegyer ac possessionibus Zazhalom in pesthiensi et agaseghaz in albensi sedis Solth, Item in porcionibus possessionarÿs in possessionibus Sarfew karthocz kyssarlo necnon Castello ywanfalwa kathlo Solmos rekasacz Melchefalwa Sebesfok Zenthlelek in Nitriensi (nem igaz, hanem Themesiensi), Item totalibus castro Sagowÿna ac possessionibus koprÿwno Swmethyacz Chernelibreg krayanczy werhoczÿ werlikawaz Benedyczkozelo in de posga et Naghgwthor vocatis in de posoniensi Comitatibus existentibus habitis alÿs eciam cunctis villis possessionibus predÿs porcionibusque et Juribus possessionarÿs in futurum qualitercumque quantocumque et per quemcumque modum per prefatum Franciscum de Harazth requirendis et inueniendis necnon Tributis, Thelonÿs tam in aquis quam eciam in terris in pre allegatis opidis villis possessionibus et porcionibus possessionarÿs et quibusuis Juribus possessionarÿs ac tenutis et territorÿs earundem quantocunque qualitercumque et vbicumque tam de presenti exigi solitis quam eciam in futurum exigendis in filios prefecisset Masculinos, Immo prefecit coram nobis hoc modo, Quod si diuino nutu eundem Franciscum de Harazth absque heredum solacio Masculini sexus ab

hac luce decedere contingeret, extunc prescripta Castella Castra oppida villeque et possessiones ac predia porcionesque eciam et quelibet Jura possessionaria ad eadem spectancia in prefatas dominas annam et Katherinam ipsarumque heredes et, posteritates, vtriusque sexus vniuersos natis vel nascentibus imperpetuum deuolui deberent et redundari eo facto, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum feria Quinta proxima post festum sancte Trinitatis Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo.

(Eredetije papiron a gróf Forgách-család levéltárában; hátán pecséttel.)

365.

1510. október 16-án.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidebilus nostris Capitulo Ecclesie Budensis, Salutem et graciam. Cum nos illi fassioni et prefeccioni Quam fidelis noster Egregius franciscus de Harazth Comes Comitatus Orodiensis, de Totalibus Castello Wasarhel alionomine Pathkocz vocato ac porcionibus possessionarÿs In possessionibus Bokorfalwa, Radowazela, Babsa, Borzos, Walsyncz, Rakowcz, Bobothÿn, Zlawÿncz, Gwrgadia, Klenowcz, Hozzÿa, Swlÿncz, fagÿmagh Dragothÿncz, Mykolocz, Agwasarhel, Oppryÿsÿncz, Roÿlyncz, fagyÿmag, Dragothÿncz, Bothosfalwa, Bandÿa, Nÿerges, Ohabÿcza, Menÿes, Kwthÿna, Balasfalwa, Moskwa, Gÿwla, Maÿsafalwa, felsewbalÿncz, Alsobalÿncz, Pamwÿa, Zlawÿncz, Gyerthÿanos et Rekethÿes in Themesiensi, Item de Totalibus Castello Zalha, ac possessioniqus Hozÿwpathak, felsewbÿnes, Alsobÿnes, Megÿeres, Serked, in districtu de Lwgas, ac de porcionibus possessionarÿs in possessionibus kwldofalwa, kwlboesth, alionomine lwgas, ac predÿs Bankfalwa et Balyncz in de Lwgas predicto, Item similiter totalibus Castro Challÿa ac possessionibus BelseChallÿa, kÿlsewChallÿa, Jaazpeel, et predio Pongracz, Necnon porcionibus possessionarÿs in possessionibus Panad, kerezthwr, kowazÿ, Rew, Gÿarak, In Orodiensi, preterea de totalibus Castello Palylese, ac possessione Almazeg, Item de porcionibus possessionarÿs in possessionibus Thofaya Gergelforroya in eodem Orodiensi, ac Harazth Zenthdyenes, Erd, Berkÿ, kapozthasmegyer, ac possessionibus Zazhalom

in Pesthiensi, et Agaseghhaz in Albensi Sedis Solth, Item de porcionibus possessionarÿs in possessionibus Sarfew, karthocz, kÿssarlo, Necnon Castello Iwanfalwa, [1]) kothlo, Solmos, Rekasacz, Melchefalwa, Sebesfok, Zenthlelek in Nitriensi (így!), Item de totalibus Castro Sagowyna ac possessionibus koprÿwno, Swmethyacz, Chernelÿbreg, kraÿanczÿ, Werhoczÿ, Werlykawaz, Benedichkozolo in de posega et Nagh Gwthor vocatis in posoniensi Comitatibus existentibus habitis, alÿs eciam cunctis villis, possessionibus predÿs porcionibusque et Juribus possessionarÿs, Infuturum Qualitercumque, Quandocumque et per Quemcumque modum per prefatum franciscum de harazth acquirendis et Inueniendis, Necnon tributis Theloneis tam in aquis quam eciam in terris in preallegatis Oppidis villis, possessionibus et porcionibus possessionarÿs, et quibusuis Juribus possessionarÿs ac tenutis et Territorÿs earundem Quandocumque Qualitercumque et vbicumque tam depresenti exigisolitis quam eciam in futurum exigendis, mediantibus certis literis fassionalibus Conuentus ecclesie de Sag exinde confectis ac ex causis et racionibus in eisdem literis fassionalibus Clarius specificatis et denotatis, Generosis dominabus Anne Egregiorum Michaelis de pakos Bani Castri nostri Zewriniensis, et Katherine Sigismundi de Lewa consortibus, filiabus scilicet eiusdem Francisci de dicta Harazth, ipsarumque heredibus et posteritatibus vtriusque sexus vniuersis Imperpetuum fecisse dinoscitur, vigore aliarum literarum nostrarum exinde confectarum nostrum Regium et graciosum Consensum prebuerimus, Totumque et omne Jus nostrum Regium, Si quod in prescriptis Castellis Castris Oppido villis et Quibusuis Juribus possessionarÿs Qualitercunque haberemus aut Eadem nostram ex Quibuscunque Causis vÿs modis et racionibus concernerent Maiestatem, Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs Quibuslibet Memoratis dominabus Anne et Katherine fllibus (így) antefati Francisci de dicta Harazth earundemque heredibus et posteritatibus vtriusque Sexus uniuersis Imperpetuum contu-

[1]) Kimaradtak ezen szavak: et porcionibus possessionarÿs in possessionibus (de ezek Ferdinand király 1560. évi átiratában sem fordulnak elő).

lerimus velimusque easdem in domynium eorundem et earundem per nostrum et vestrum homines nomine dicti Juris nostri Regÿ in eisdem habiti, legittime facere Introducj Superquo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo committimus et Mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, Quo presente Raphael de paczalay vel Benedictus de Izdra, aut Sigismundus de Gyewrk, sin Bartholomeus Bezan de Zabadfalw seu Emericus de Bozar, sine Nicolaus literatus de dresnek Neue Martinus de Bassan Alys Absentibus homo noster de Curia nostra Regia ad id specialiter transmissus ad facies prescriptorum Totalium Castelli Wasarhel, alionomine pathkocz vocati ac porcionum et quorumlibet Jurium possessionariorum prefati Francisci de dicta Harazth preallegatorum vicinis et commetaneis eorundem et earundem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo Introducat prefatas dominas Annam et Katherinam in domynium eorundem et earundem, Statuatque eadem et easdem eisdem, earundemque heredibus et posteritatibus vtriusque Sexus vniuersis, Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs prescriptis, premisso Jure ipsis Incumbente perpetuo possidendas, Si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint Euocet eosdem contra Annotatas dominas Annam et Katherinam ad terminum competentem, In Curiam nostram Regiam, nostram scilicet personalem in presenciam, racionem contradiccionis eorundem reddituros efficacem, Et posthec huiusmodi Introduccionis et statucionis seriem, cum contradictorum et euocatorum si Qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse Statucioni Intererunt nominibus terminoque Assignato vt fuerit expedienda eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum In Ciuitate nostra Thyrnauiensi in festo Beati Galli confessoris Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno vigesimo primo, Bohemie vero Quadragesimo primo.

(A budai káptalan 1511. évi átiratából. Lásd 367. sz. a.)

366.

1511. május 11-én.

Amicis suis Reuerendis Capitulo Ecclesie Orodiensis Emericus de peren Comes perpetuus Comitatus Abawywariensis Regni Hungarie palatinus et Judex Comanorum amiciciam paratam cum honore, dicitur nobis in persona Illustrissimi domini Georgy Marchionis Brandenburgensis, Quod cum prouidi Nicolaus ansa Judex Stephanus dragotha et Elena Relicta condam Michaelis Zylagy Jobagiones ipsius exponentis in porcione sua possessionaria in possessione Morsina in Comitatu Themesiensi existente habita commorantes Jeme proxime preterita Boues et alias pecudes eorum ad circumvicinas villas et possessiones predicte possessionis adiacentes fesdanfalwa et Weche nuncupatas, propter carenciam et penuriam frui, causa nutriendi dedissent et pelissent, et cum Inde circa festum Beati valentini martiris proxime preteritum, ÿdem Jobagiones eosdem Boues et alias pecudes ad domum ipsorum depelli et reduci habuissent extunc Nobiles Paulus Thywadar de Olah Endred Petrus annusa de eadem et Georgius Busurj de Zwrdok ex speciali comissione et Instigacione Nobilium dominarum Barbare Relicte condam luce Moga de eadem Olah Endred, ac Katherine ipsius pauli et Elene dicti petri consortis filiarum videlicet dicte domine Barbare, assumptis secum prouidis Negoy Stephano demetrio et petro dynya Tripsa et petrasko Bogda Nesta et Sthanchwl Mosok Ladislao et Sthoyka Blidar Moystha. Sthanchwl Zenda Petro Zenda Iwanka, dancha, Johanne Trawa, Marco et petro Mosok Philippo Sysmay Stheff Kochoba Marco et Mykla Belotha Marco Blidar dan Hachagan Jankwl plesa Michaele Mywch Iwanÿ Mywch Sthan Hachagan Thodor Topo Joua et Thodor Belotha et Stan pap Jobagionibus ipsorum pauli petri et domine Barbare in possessione eorum Olahendred dicta commorantibus armatis et potenciarÿs manibus in prefatos Jobagiones ipsius exponentis hostiliter Irruissent et ab eisdem Boues electos et meliores viginti e medio aliarum pecorum elegissent et recepissent, ac quosdam

ex eisdem mactassent et in vsus suos conuertissent, alios vero quo ipsorum placuisset voluntati fecissent, Preterea prefati paulus Thywadar et petrus annisa Jeme similiter proxime preterita, assumptis secum prescriptis Jobagionibus similiter de speciali commissione et Instigacione prefatarum dominarum armatis et potenciarÿs manibus ad Siluam ipsius exponentis Intra veras metas dicte porcionis sue possessionarie, in dicta possessione Morsina habitam et adiacentem Irruissent Ibique maximam partem ipsius Silue dissecari et ligna succisa quo ipsorum placuisset voluntati asportare fecissent, hÿs minime contenti Ipso in eodem tempore Glandines in dicta Silua procreatas cum porcis eorum consummi, ac Tabernacula pastorum Illic porcos Jobagionum dicti exponentis pascendum Ignis voragine consummi et eosdem pastores atrocissime verberare et de ipsa Silua expuli fecissent, Insuper cum prefatus Nicolaus ansa Judex in dicta Morsina ad videnda et conspicienda prescripta dampna cum nonnullis suis Juratis et conciuibus Iuisset prefatus paulus Thywadar In ipsos hostiliter Irruendo duos ex eis puta Thoma fekethe et Costha Wladh crudeliter vsque ad Sanguinis effusionem percuti et wlnerari fecisset eosdem semiuiuos relinquendo, alios vero diuersis wlnerum plagis afficiendo, equum ipsius Thome fekethe in dicta Morsina commorantis aufferri fecisset, Ceterum Tempore in prescripto prefatus paulus Thywadar prouidum Nicolaum Nagh Jobagionem dicti exponentis in possessione Balazera commorantem preter omnem viam Juris wlnerari, wlneratumque capi et in captiuitate tamdiu quo sue placuisset voluntati detinere fecisset potencia mediante in preiudicium et dampnum dicti exponentis valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Michael Nagh de Rogosan aut lodouicus dragwlya de Senthes seu petrus Thywadar de Iswaricha siue Andreas Stanicza de Waragya alys absentibus homo noster scita prius premissorum mera veritate Memoratos paulum Thywadar petrum anusa et Georgium Busurj necnon prefatas dominas Barbaram Katherinam et Elenam iuxta contenta generalis noui decreti superinde editi et stabiliti ad Tricesimum secundum diem diei

euocacionis huiusmodi extunc fiende computando, nostram euocet in presenciam Racionem de premissis reddituros efficacem litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, dictos eciam Jobagiones eisdem statuere committendo Insinuando ibidem eisdem quod siue ipso termino in predicto coram nobis compareant prescriptosque Jobagiones ipsorum statuant siue non, Nos ad partis comparentis Instanciam Id faciemus in premissis quod Juris videbitur expediri et post hec huiusmodi Inquisicionis Euocacionis et Insinuacionis seriem cum Euocatorum Insinuatorum et Statutorum commissorum nominibus terminum ad predictum vt fuerit expedienda nobis amicabiliter rescribatis, datum Bude die dominica proxima post festum apparicionis Beati Michaelis archangeli Anno domini Millesimo Quingentesimo vndecimo.

(*Kivül:* Amicis suis Reuerendis Capitulo Ecclesie Orodiensis pro Illustrissimo domino Georgio Marchione Brandenburgensi Contra nobilem Paulum Thywadar de Olah Endred et alios Intrascriptos Inquisitoria Euocatoria et Insinuatoria.)

(Eredetije papiron a budai kam. levéltárban, NRA. 1527. csomag, 26. szám. Vörös pecsétnek, mely a levelet összekapcsolta, nyomával.)

367.

1511. június 14-én.

Nos Capitulum Ecclesie Budensis Memorie Commendamus Tenore Presencium Significantes Quibus Expedit vniuersis. Quod Nos Literas Serenissimi principis ac domini domini Wladislai dei gracia Regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri graciosissimi, Introductorias et Statutorias Nobis directas reuerencia qua decuit recepimus in hec verba.

(Lásd II. Ulászló király 1510. évi levelét 365. sz. a.)

Nos Itaque Mandatis prefati domini nostri Regis in omnibus Obedientes vt tenemur, vnacum prenominato Nicolao literato de dresnek homine suo regio de Curia sua regia ad id specialiter transmisso, nostrum hominem videlicet honorabilem Magistrum Georgium de rabad [1]) socium et concanonicum

[1]) Az átiratban Labad, — az egyszerü másolatban Zabad vagy Jabad.

nostrum ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis conformiter retulerunt, Quod ipsi primo feria tercia videlicet in profesto Beati Gregory pape, ad facies possessionis Sarfew, de hinc feria quinta Immediate sequente Castelli Iwanfalwa, Consequenterque porcionum possessionariorum In eisdem possessione et Castello habitarum In predicto nitriensi, Expost die dominica Oculi, porcionis possessionarie in Harazth, ac possessionis Zazhalom in pesthiensi, deinde feria Quarta proxima post festum annunciacionis Beatissime Marie virginis possessionis Agas Eghaz In Albensi Sedis Solth, Tandem feria secunda proxima post dominicam Judica, Castri Challya in Orodiensi, demum feria Sexta proxima ante dominicam Ramis palmarum Castelli palylese in eodem Orodiensi, Tandem in festo Beati Marcj Ewangeliste alterius Castelli Wasarhelalio nomine pathkocz in Themesiensi, Item in festo Inuencionis Sancte Crucis tercÿ Castelli Zalha in districtu de Lwgas, postremo vero et vltimo videlicet feria secunda proxima ante festum ascensionis domini diebus scilicet post sese sequentibus proxime preteritis, Castri Sagowyna vocatorum predictorum, in de posega, Comitatibus pretactis existencium et habitorum vicinis et commetaneis eorundem et earundem, Sed et aliarum possessionum porcionumque possessionariarum pretitulatarum vniuersis Inibi legittime conuocatis, et presertim Nobili Johanne et Nicolao de Septhencz Blasio de Rekasfalwa Raphaele de Maythÿn Johanne de Rohod altero Johanne Lÿpthaÿ et Raphaele de doworan prescriptorum Castelli Iwanfalwa, necnon possessionum Sarffew, karthocz, kÿssarlo, kothlo, Solmos, Rekasacz, melczefalwa, Sebesfok et Zenthlelek, Nicolao de Eben, Blasio Borsway, Thome de Wan Gregorio farkas de Rada, Benedicto de Nagh Rew petro Chazar de Bwgh, Gregorio de pakon, paulo pakonÿ de Rada, Francisco (pan) de Kawarÿna, et Emerico peczethes de palotha antedictarum possessionum harazth, Bekasmeger Zenthdyenes Zazhalom Erd et Berky Johanni Cheley de Mayoshaza altero Johanne Mathyas Ladislao de eadem Mayoshaza et Emerico Thewrewk de paah prenominate possessionis agaseghhaz, Ladislão Challyay, Am-

brosio Johanne et Clemente de Seeg, Francisco doczy de Zadorlaka, Stephano Bessenyey de Kowachhaza Stephano Kewnthewr de Iwanhaza, Gregorio wamos, Nicolao Sarosÿ de Iwanhaza eadem, Andrea Waÿdaffÿ de Gyarmath, Johanne Zenth Thamasy de erdewkereky, Johanne Zokolÿ de Challya, Blasio Thorombÿthas, Gregorio Kwchar de eadem Challÿa, Balthasar fekethe de Bak, Michaele Nicolao Gregorio de eadem Bak, pretactorum Castri Challÿa et Castelli palÿlese, Sed et possessionum Belsew Challya, kylsewchallÿa, Jazpeel, panad, kerezthwr, kowazy, kew,[1]) Gyarak, Almazeg, Thofaya, Gergelforroÿa, et predÿ pongracz, Sandrino Sÿsman de Bozÿas Andrea (petro) Sthanÿsa dictis de Waradÿa christofero desÿ de Themesen (igy) Johanne Thewrewk de krychowa, altero Johanne Czÿko de Baasth, petro Thywadar, Nicolao de Chÿrkÿche, petro, Emerico Georgio de Bosor Nicolao de krÿchowa, Michaele Belotha et Bartholomeo Besan Castellano Castelli posakasthelÿa, in persona Generose domine dorothee Relicte condam Bartholomei pathochÿ de Kechkemeth, pretitulatorum Castelli Wasarhel alio nomine pathkocz, ac Castelli Zalha, necnon possessionum Bokorfalwa, Radowazela, Babsa, Borzas, Walsÿncz, Rakowcz, Bobothÿn, Zlawÿncz, Gwrgadÿa, klenowcz, Hozzÿa, Swlÿncz, fagymagh, dragothyncz, Mÿkolocz, agwasarhel, oppryÿsÿncz, Roylyncz, fagymag, dragothyncz, Bothofalwa, Bandÿa, Nyerges, Ohabÿcza, Menyes, kwthyna, Balasfalwa, Gywla, Maysafalwa, felsewbalyncz, alsobalyncz, pamwÿa, Zlawÿncz, Gyerthyanos, Rekethÿes, Hozywpathak, felsewbynes, alsobynes, Megyeres, Serked, kwldofalwa, kwldoesth alio nomine Lwgas, ac prediorum Bankfalwa et Balyncz, Item Emerico Waraczky de farkashegh, Johanne de dresnek, Andrea de Zthersenocz, Johanne lewkews de dresnek, paulo Bÿlÿchyg de eadem Czernek, Blasio Nowak de Lwkachewche et Mathia Ozthrosych Memoratorum Castri Sagowyna, et possessionum Koprywno, Swmethyacz, Chernelybreg, Krayanczy, Werhoczy, Werlykawaz, et Benedÿchkozolo vocatorum et apellatarum alÿs eciam quampluribus Nobilibus et Ignobilibus presentibus accessissent, Idemque homo dicti domini Regis

[1]) A sághi convent 1510. évi levelében is: Rew.

annotato testimonio nostro presente diebus in pretactis Introduxisset prefatas dominam Annam et Katherinam In domynium eorundem et earundem, puta Totalium Castrorum Challya et Sagowÿna, necnon Castellorum Wasarhel alio nomine pathkocz, palylese, et Zalha, ac possessionum Hozzywpathak, felsewbynes, alsobynes, Megyeres, Serked, Belsęwchallÿa, Kylsewchallÿa, Jazpeel, predy pongracz, Zazhalom, agaseghhaz, Koprywno, Swmethÿacz, Chernelybreg, krayanczÿ, Werhoczÿ, Werlykawaz et Benedÿchkozolo Item porcionum possessionariarum, In Castello Iwanfalwa, ac possessionibus Bokorfalwa, Radowazela, Babsa, Borzos, Walsÿncz, Rakowcz, Bobothÿn, Zlawÿncz, Gwrgadÿa, Klenowcz, Hozzÿa, Swlyncz, fagymagh, dragothyncz, Mykolocz, agwasarhely, Opprysÿncz, Roÿlÿncz, fagymag, dragothÿncz, Bothofalwa, Bandÿa, Nyerges, Ohabÿcza, Menÿes, Kwthÿna, Balasfalwa, Moskwa, Gwla, Maysafalwa, felsebalyncz, alsobalyncz, pamwÿa, Zlawÿncz, Gyerthyanos, Rekethyes, kwldofalwa, kwlboesth alio nomine Lwgas, panad, Kerezthwr, Kowazÿ, Kew, Gyarak, Thofaya, Gergelforroya, Harazth, Zenthdyenes, Erd, Berky, Kapozthasmegyer, Sarfew, Karthocz, Kyssarlo, Kothlo, Solmos, Rekasacz, Melchefalva, Sebesfok et Zenthlelek, In predÿs quoque Bankfalwa et Balyncz, predictis habitarum, Statuissetque eadem et easdem eisdem, earundemque heredibus et posteritatibus vtriusque Sexus vniuersis, Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencÿs quibuslibet prescriptis, premisso Jure ipsis Incumbente, perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore apparente, legittimis diebus et horis In facie eorundem, vði supra permanendo, In Cuius Rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales, pendentis Sigilli nostri munimine Roboratas ad fassionem predicti domini nostri Regis, et nostri hominum, duximus concedendas. Datum vigesimo die diei vltimarum Introduccionis et Statucionis prescriptarum Anno domini Millesimo Quingentesimo vndecimo.

(Eredetije hártyán a gr. Esterházy-család zólyomi ágának pozsonyi levéltárában, gr. Esterházy Dániel kezénél. Legújabb időben a nemz. Múzeum birtokába került. A vörös-sárga-barna selyemről csüngött pecsét elveszett. Ez oklevelet átírta Ferdinánd király 1560. évben, az átirat meg van a gr. Forgách-család levéltárában, az eredetitől lényegtelen betü-

változással különbözik. Egyszerű másolata meg van a budai kam. levéltárban, NRA. 950. csomag, 26. szám.)

368.

1511. deczember 20-án.

Ego Ladislaus de Folth Castellanus Castri Hwnyad, necnon Castellorum Morsyna, Monosthor et Haczak, Recognosco per presentes, Quod quia Ill^mus Princeps, dominus Georgius Marchio Brandenburgensis etc. Castrum suum Hwnyad, Castellaque Morsyna, Monosthor et Haczak vocata cum suis omnibus et Singulis Machinis, Ingenÿs et pertinencÿs ad manus meas, durante benaplacito suo, quo ad mediam partem, dedit et In officium contullit, vnde ego cupiens ipsum Ill^mum dominum, dominum Georgium, dominum meum Graciosum, de et super restitucione, dictorum Castri Hwnyad et Castellorum Morsina, Monosthor et Haczak vocatorum simulcum pertinencÿs eorundem cerciorem reddere, promito fide mea christiana nec non honore et humanitate meis mediantibus, Quod quandocumque ipse Ill^mus dominus Georgius Marchio etc. predictum Castrum Hwnyad Castellaque Morsina, Monosthor et Haczak, vocata, cum omnibus et singulis machinis Ingenÿs et pertinencÿs eorundem, partem scilicet meam, rehabere et de manibus meis amouere voluerit, Ego extunc prorsus, excusacione, partacione, cauillacione, ad Inuencione, subterfugioque, quibusuis alÿs occasionibus et dificultatibus semotis. Jamfatum Castrum, atque Castella cum pertinencÿs suis, eidem Ill^mo domino Georgio, aut cui ipse de facie ad faciem mandauerit, et dum presentes literas meas in specie et cum hoc alias literas ipsius superinde expeditorias, mihi assignauerit, statim ipsum Castrum, atque Castella cum pertinencÿs suis, vt premissum est, partem meam, eidem Ill^mo domino Georgio Integre et plenarie dare restituere et resignare debeam, et ad hoc ipsum faciendum firmiter sim obligatus, Si autem Ill^mus dominus, de hoc dominio aliquo recederet, extunc quemcumque idem in persona sua constituerit, eidem modo premisso, dictum Castrum, et ipsa Castella resignare debeam et sim obligatus, preterea omnes vicecastellanos, pedites et

quosuis alios familiares meos in eisdem Castro, et Castellis ac pertinencÿs eorundem pro tempore constituendis, ad ipsum fideliter obseruandum, adiurarefacere debeam, Si vero casu contingenti me in hoc medio, ab hac luce decedere contingerit, extunc vnus vicecastellanorum meorum in dictis Castro et Castellis ..... et Securam custodiam Tenere alter vero in sua ac socÿ suui personis, cum plena Informacione et Auctoritate erga Ill^{mum} dominum vbicumque tunc deo duce constitutus fuerit ire et proficisci debeant, et consimiliter cuicumque Idem Illm^{mus} dominus Georgius Marchio Brandemburgensis etc. huiusmodi Castrum et Castella vnacum Machinis, Ingenis, et pertinencÿs, eorundem dare et plenarie, administrare facie ad faciem mandauerit, Idem Castrum et eadem Castella resignare debeat et teneatur, cum effectu, Et quociens cumque Ill^{mus} dominus Georgius Marchio Brandemburgensis dominus meus Graciosissimus ad Castrum vel Castella, Intrare voluerit, cum tot quot voluerit hominibus semper Ingrediendi liberam habeat potestatis facultatem Casv vero quod deus auertat, quo eundem Ill^{mum} dominum Georgium Marchionem, ab hoc seculo decedere contingeret, extunc prefata Castrum et Castella vnacum omnibus Machionis (így) Ingenis et pertinencÿs earundem ad manus heredum, ipsius dare et resignare, debeam et sim obligatus cum effectu, vt tamen literas meas In specie reddere, et mihi restituere debeat et teneatur, Si autem, easdem mihi reddere et restituere non posset, extunc literas suas superinde expeditorias mihi dare et expeditum facere debeat, dictique vicecastellani mei, et pedites, ac alÿ familiares, mei ad hoc ipsum, faciendum, sint obligati et firmiter astricti, harum mearum vigore et testimonio literarum mediante, datum In dicto Castro Hwnyad Sabato In vigilia scilicet Beati Thome Apostoli Anno Millesimo Quingentesimo vndecimo.

(Eredetije a bajor kir. levéltárban. Acta Brandenburgica CCIV. Nürnbergi csomag. Szöveg alatt gyürüs pecsét.)

369.

1513. deczember 28-án.

Ego petrus pathochy de Iregd Castellanus Castri Hwnyad, Recognosco per presentes, Quod quia Ill^{mus} princeps, et

dominus dominus Georgius dei gracia Marchio Brandemburgensis Stetiniensis, pomeranensis Cassubiensis ac Sclauorum dux, Burggrauius Nurembergensis Rugieque princeps Castrum suum Hwnyad et Castella Morsyna, Monosthor et Hachachk cum omnibus et singulis Machinÿs, Ingenÿs et pertinencÿs eorundem, ad manus meas durante beneplacito sue Ill^ma^ dominacionis, dedit et in officium contulit, vnde ego cupiens Ill^mam^ dominacionem suam de et super restitucione Castri Hwnyad et Castelli Morsyna, Monosthor et Hachak.

(A többi tartalom hasonló Folthi László hunyadi várnagy 1511. évi reversalisával.)

Datum in Ciuitate Gwla feria quarta proxima post Natiuitates christi Anno domini Millesimo quingentesimo tredecimo.

(Eredetije a bajor kir. levéltárban. Acta Brandenburgica CCIV. Nürnbergi csomag. Szöveg alatt gyűrűs pecsét.)

370.

1514.

Racio percepcionis Akonum.

De oppido Morsina ex Akone provenerunt cub. XXIIII. Sextalia XXXVII. faciendo.

De districtu Ikes provenerunt Sextalia I^c^ LX facientes cub. I^c^ VI.

De pertinencÿs Thewrd sunt percepti et provenerunt cub. LVIIII. Sextalia LXXXVIIII. faciendo.

De pertinencÿs Monosthor vnacum oppido provenerunt cub. XXXVII. Sextalia LVI. faciendo.

De pertinencÿs Bosor unacum oppido provenerunt ab hominibus XXXI. cub. XXI. Sextalia faciendo.

De pertinencÿs Sugdya ex eodem Akone provenerunt cub. XXII.

De Molendino Morsinaÿ provenerunt Sextalia LXIII. cub. XXXXII. faciendo.

Milium vero cub. X.

De Molendino Monosthorÿ provenerunt Tritici cub. XLVIII.

Milium vero cub. VII.

Percepcio Bladorum.

De oppido Morsina provenerunt Sextalia XXXVI. faciendo cub. XXIIII.

De districtu Ikees provenerunt Avene cub. I^{c} VI.

De pertinencÿs Thewrd sunt presentate Avene cub. XXXVIII.

De pertinencÿs Bosor sunt presentate Avene cub. XXI.

De pertinencÿs Sugdya sunt percepti et presentate Avene cub. XXII.

Exitus Tritici.

Ad albos panes pistandos dum fuerint in Hunyad Sigismundus literatus cum Skaricza ac alias Myskolczÿ et iterum Alias Skarycza dati cub. XX.

stb. stb.

Racio percepcionis porcorum.

De pertinencÿs Castelli Morsina provenerunt porci LXXXXIII.

De pertinencÿs Castelli Monosthor provenerunt LXXI. porci etc. etc.

Exitus. Ex hÿs supradictis porcis sunt mortui e deperditi in deserto de Crasso porci LXVII.

(Eredeti feljegyzés, a bajor kir. levéltárban. Acta Brandenburgica. CCIV. Nürnbergi csomag. — Az 1514. és 1516. évi számadás egymásba vegyítve és *egy* füzetet képezve fordul elő.)

371.

1514.

Registrum et Racio super proventus et proventuum percepciones Castri Hwnyad, A festo beati Georgÿ martiris vsque festum Circumcisionis domini.

(Kivonatilag.)

De pertinencÿs Castelli Morsina et de districtu Ikees percepti sunt fl. I^{c} XXXIIIII.

De districtu Thewrd ex eadem taxa extraordinaria percepti et presentati sunt fl. LXXX.

De oppido Marsina ex eadem taxa extraordinaria percepti sunt fl. XXXIII.

De pertinencÿs Castelli Monosthor ex eadem taxa in tota sunt percepti et presentati fl. Ic XXII.

De districtu Ikees ex censu Penthecostes sunt percepti et presentati fl. IIII.

De pertinencÿs Thewrd ex eodem censu sunt percepti et presentati fl. II.

De pertinencÿs Castelli Morsina et ex pertinencÿs Ikees et Thewrd ex redempcione porcorum sunt percepti et presentati fl. VIIII.

De pertinencÿs Castelli Monostor de eadem redempcione porcorum sunt percepti et presentati fl. III. d. XXIIII.

Racio percepcionis Census Sancti Martini Episcopi.

De oppido Morsina qui similiter sigillatim absque Aurifossoribus et olliparibus pro eodem Censu S. Martini medio obligantur ab hominibus XXXVII. sunt exacti fl. XVIIII.

De districtu Ikees ex eodem Censu S. Martini ab hominibus Ic LXVI. provenerunt et percepti sunt fl. LXXXIII.

De pertinencÿs Thewrd ex eodem Censu S. Martini sunt presentati ab hominibus LXXXX. fl. XLV.

De pertinencÿs Castelli Monosthor et primo de eodem oppido Monosthor ab hominibus V. sunt percepti fl. III.

De pertinencÿs Monosthor ex eodem Censu S. Martini ab hominibus LIIII. sunt presentati fl. XXVII.

De oppido Bosor ex Censu S. Martini Episcopi ab hominibus VI. sunt percepti fl. III.

De pertinencÿs Bosor ex eodem Censu S. Martini sunt percepti ab hominibus XXV. fl. XIII.

De pertinencÿs Sugdya . . . . . ab hominibus XXXV. provenerunt et percepti sunt fl. XVIII.

(A müncheni országos levéltárból.)

372.

1515. márczius 10-én.

Johannes de Zapolya Comes perpetuus terre Scepusiensis Wayuoda Transyluanus et Siculorum Comes Necnon capitaneus generalis Regiemaiestatis etc. Egregÿs Nicolao H a g h-

massy Bano nostro Scewerinensi Necnon Georgio Margay et Job Machkassy [1]) „vel eo absente vicegerenti suo, Salutem et fauorem, Exponitur Nobis In persona Nobilis Nicolai Machÿoy, quomodo ipse Racione et pretextu certorum Negociorum Nobilem Nicolaum Gerlesthey vestri Inpresenciam In causam conuenire et a vobis Judicium et Justiciam habere vellet que cum Nemini debeat abnegari propterea Requirimus vos et Nihilominus harum serie Regia In persona firmiter committimus, quatenus agnitis presentibus, In vno certo et Breui termino sedis vestre Judiciarie eisdem ambabus partibus In vestri conuocatis presenciam, auditisque parcium earundem proposicionibus. Allegacionibus et responsis, admissis eciam quibusuis probabilibus documentis Juxta Jura parcium partes inter easdem absque vlla prorogacione Merum, et Rectum Judicium facere et Impendere debeatis et si qua parcium de huiusmodi vestro Judicio contentare noluerit extunc vos causam huiusmodi simulcum tota serie ipsius vestre ad-Judicacionis et processibus exinde secutis, ad sedem nostram superiorem More alias consueto Transmittere Modis omnibus debeatis et teneamini, secus non facturi, Datum in Lwgas Sabbato proximo ante dominicam oculi Anno domini Millesimo Quingentesimo decimoquinto.

(Eredetije papiron a tinkovai Macskási-család levéltárában, (?) csomag, 888. szám.)

373.

Racio percepcionis Akonum.

Anno 1516. de quo nondum est racio data.

De pertinencÿs interiori Castri Hwnyad ab hominibus IIc XXIIII provenerunt Tritici cubuli IIc XXIIII.

De oppido Marsina provenerunt et sunt percepti Sextalia XXXVII qui cub. XX.IIII faciunt cub. Hwnyadien.

De districtu Ikees provenerunt et sunt percepti Tritici Sextalia cub. Ic VI.

---

[1]) Ujabb kéz azt irta a levél hátára: Job Matskássy videtur fuisse Banus. De az oklevelek nem ismernek ily nevü bánt.

I^{c} LX. qui faciunt (ez alkalmasint a gabonának pénz értékét képviseli.)

De pertinencÿs Thewrd provenerunt Sesthar vel Sextalia LXXXVIIII cub. LV.IIII facientes.

De pertinencÿs Monosthor simulcum oppido provenerunt et presentati sunt Sextalia cub. XXXVII. LVI. faciendo.

De districtu Bosor vnacum oppido sunt percepti Sextarii Tritici XXXI faciendo cub. XXI.

De pertinencÿs Sugdÿa sunt presentati Tritici ab hominibus XXXII faciendo cub. XXII.

De Allodio Zenthkyrali provenerunt et percepti sunt cub. LXXX.

De Molendino Magno Hwnyadiensi provenerunt cub. I^{c} XX.

Milium provenit cub. X.

De Molendino paruo quod currit sub ponte Castri cub. XL provenerunt Tritici.

Milium prouerit cub. IIII.

De Molendino Morsinaÿ provenerunt Tritici Sextalia cub. LIIIj. — LXXX faciendo.

Milium de eodem Molendino cub. X provenit.

De Molendino Monosthorÿ provenerunt Tritici cub. LX.

Milium eodem Molendino provenit cub. VI.

Percepcio Bladorum.

De percepcione Interiori Castri ex Akone provenerunt cub. II^{c} Auene XXIIII.

De oppido Morsina ex eodem Akone provenerunt cub. XXIIIII. — Auene (nincs kitöltve).

De districtu Ikes provenerunt Auene cub. I^{c} VI.

De pertinencÿs Thewrd provenerunt et percepti sunt cub. L.VIIII. Auene — —

De pertinencÿs Monosthor vnacum oppidum oppido provenerunt Auene cub. XXXVII.

De pertinencÿs Bosor vnacum oppido provenerunt Auene cub. XXIIII.

De pertinencÿs Sugdÿa prouenerunt ex Akone cub. XXII. Auene — —

(A többit kihagyván.)

Exitus Tritici.

Ad Castella Monosthor et Morsina ex quo Rumor Thurcorum erat pro victualibus et ad vsum meum quociens illuc ambulavi in facto Ill^mi domini expositi sunt Tritici cub. XL.

Racio percepcionis porcorum.

De pertinencÿs Castelli Marsina a Jobagionibus Ill^mi d^ni gra^mi provenerunt porci LIII.

De pertinencÿs Castelli Monosthor Ill^mi d^ni gra^mi provenerunt porci LX.VII.

De Alpibus et Siluis glandinosis Castellorum Marsina et Monosthor provenerunt porci I^c XX.VIIII.

Exitus porcorum.

Ill^mo principi et d^no gra^mo misi versus Gywlam porcos I^c

Castellani Castri Hwnyad in sortem Salariorum dat porci I^c

Fratribus de observancia in Hwnyad commorantes dati in elemosinam porci IIII.

(A müncheni országos levéltárból.)

374.

Év nélkül. (1514—1516 közt.)

Monyorosd habet Jobagiones XVIII.
Gawosdÿwara X.

Sequntur Pertinencie Exteriores Castri Hunyad scilicet Morsyna et Monosthor cum suis attinencÿs.

Item primum Castellum Morsina —
Eius oppidum habet Jobagiones LXXXII.

Sequitur numerus Jobagionum et Pertinenciarum Castelli Morsyna et primum.

Branesth habet Jobagiones XI.

Wadwl	VI.	Balozÿna . . .	V.
Chokanesth . . .	IIII.	Loncka Rywly . .	II.
Swpanesth . . .	V.	Goychesth . . .	XIIII.
Wngli	Ij.	Romonesth . . .	XVIIII.
Goycesth	VIII.	Kunkul	III.
Plesesth	I.		

Nandresth habet Jobagiones VI.

Gozupaz	IIII.	Homosthya	XXI.
Kraynytesth . . .	XXV.	Zlanesth	VII.
Wdwarhel	XXII.	Krywyna also . . .	XI.
Pleyen	VII.	felsew Krywyna . .	I.
Tryfesth	IIII.	Moldesth	V.
Banyafalw	V.	felsew Tharnÿcza . .	X.
Thoplycza	V.	Petroza	XV.
Prantaza	II.	Balesth	VI.
Negrylesth	VIII.	Karlycze	VIIII.
Ztoynesth	II.	Mardesth	XII.

Sequuntur nunc pertinencÿe Thewrd.

Cheremÿda	IIII.
Zolth	XVI.
Prodanesth	XXV.

Thothfalw habet Jobagiones VI.

Gladnÿcza	V.	Agtherd	X.
Banyafalw	XVII.	Igaz	X.
Dragzynesth . . .	V.	Romonesth	III.
Mathnyk	XII.	Hewgesth	IIII.
Boglyesth	III.	Brekchesth	IIII.

Item Oppidum Gladna XV.

Oppidum Monosthor XXXI.

Sequitur districtus Castelli Monosthor.

Balesth habet Jobagiones	V.	*Hohodol*	IIII.
Remethe	VII.	Prodanesth	VII.
Thoplycza	VIIII.	Thyhomeresth . . .	III.
Thopla	X.	Dubesth	XI.
Ohaka	VII.	Othmaresth	V.

Zarnosth habet Jobagiones . . V.
Wyses . . . . . XIII.
Padurany . . . . . X.

Sequntur pertinencie B o s o r.

Zygeth	VII.	Paganesth	V.
Kaporlo	VI.	Barnafalwa	II.
Zederÿes	VIIII.	Peperÿgh	IIII.
Bandesth	II.	Monyorodÿa . . .	VII.
Kythesth	IIII.	felsew Dragoyesth .	IIII.
Dragoyesth	IIII.	Drynowa	V.
Bothnesth	V.	felsew Zaraz . . .	III.
Zaraz	IIII.	Mochÿr	III.
Lewrdje	V.	felsew Bwkwecz . .	VIIII.
Fagacze	III.	Also Bwkwecz . . .	III.

Item Oppidum Bosor habet Jobagiones XXXI.

Sequuntur pertinencie S u g d ÿ a.

Pomosthenÿ . . .	V.	Thamadÿa	XI.
Radesth	III.	Also Jerchenyk . .	VIII.
Lewkwsesth . . .	VIIII.		
Swgdye	XI.	felsew Jerchenyk . .	IX.
Ztharnyk	X.	Othe	V.

Summa Summarum possessionum ad Castrum Hunyad attinencium.

Oppida . . . . . VI.
Possessiones . . . I^{c} XXII.

Summa Summarum omnium Jobagionum.

I^{M} VI^{c} XLII.

De Taxa regia domino Ill^{mo} semper redunt ad suam partem de Castellis Morsina et Monosthor fl. V^{c}
de Hunyad vero fl. II^{c}

A bajor kir. álladalmi ltárból. Brandenburgica CCV. csomag.)

375.

Év nélkül. (XVI. század eleje.)

Registrum super tres provincias Cum quibus tenentur per circulum anni. Primo de B o s o r ad diem natalem d^{ni} qualibet villa tenetur vnam azimam et vnam scapulam, et

scapulam, et qualibet villa vnum vehiculum de ferro Item ad diem sancti Georgÿ qualibet villa tenetur denarios XVI. et unam azimam ac sex oua qualibet villa. Item ad diemSt. martini quilibet homo flor. 1. et akones: Item quum porcos dicat de vigintiquinque vnum porcum et si Si (így) est infra vigintiquinque liber est redemi quemlibet porcum cum denarÿs duobus Kenez autem Si haberet Centum porcos dat tantum vnum porcum vel Si nisi decem haberet adhuc dat vnum porcum In pertinencÿs Bosor.

In pertinencÿs Monostor ad diem natalem d^{ni} quilibet homo tenetur vnam azimam et vnam asaturam sed Kenez non tenetur quia ipse introducit ad Castellum: et qualibet villa vnam pintam vini per quos solidos ambulat et vnum denarium pro ceruisio penes pintam vini item vnum sestar auene de qualibet villa villa (így) et penes auenam vnam azimam et de duobus villis vnam scapulam penes auenam: Item qualibet villa vnum vehiculum ligna et super ligna vnum Hwmerale de ferro et tota provincia lardum medium.

Item ad diem pasce quilibet homo vnam azimam et tres oua et vnam pintam vini et vnum denarium pro cerevisio penes pintam vini.

Item ad festum St. Georgÿ qualibet villa vnum sestar auene et penes auenam vnam azimam et de duobus villis vnam scapulam, et de qualibet villa denarios XXXIII. et ad diem ascensionis vnum edum castratum.

Item ad diem St. martini akones et flor. medium, Item quilibet homo Cortex ligni wlgo lwb siue Keregh Item quum porcos dicant Si centum porcos haberet dat vnum porcum et si decem haberet aduc dant vnum sed quod est infra decem redemit cum d. II. quemlibet porcum.

Item in pertinencÿs Sugya ad diem natalem d^{ni} tenentur quilibet homo vnum fauem et vnam asaturam vel scapul*um* et vnam pintam vini et auene sestari qualibet villa: et penes auenam vnam azimam de villa et de duobus villis vnam Scapulam, et tota provincia vnam d . . . mam vel medium lardum. Item vnum vehiculum ligna et vnum hwmerale de ferro super ligna.

Item ad diem pasce quilibet homo vnum panem quin-

que oua et vnam pintam vini ad diem St. Georgÿ et denarios XXXIII. qualibet villa: et quilibet Kenez denarios VIII. penes illos triginta tres denarios.

Item auene sestar vnum qualibet villa et penes avenam due ville panes duos et vnam scapulam, et tota provincia vnum edum Castratum.

Item ad festum S. martini akones et flor. medium, porcos vero ita est Jus dicarum Sicut in pertinencÿs monostor: Item quilibet homo vnum Cortex siue Keregh.

Item omnes tres prouincie tenentur falcare fenum et introducere et omnes labores qui sunt necessarÿ ad Castellum monostor.

Item fassio nobilium Juxta animam ipsorum Coram me Johanne et Vincencio socio meo In hunc modum, quod iste tres pertinencie olim tenebantur ad festum S. Georgÿ quilibet homo flor. medium ad festum ascensionis d^ni^ qualibet provincia Boues quattuor ad festum St. martini flor. medium quilibet homo et akones triticÿ sestar duo auene sestar duo sed eciam eo tunc Illegitime tenebantur me sibi sic fuerunt fuerunt (így) missi Iterum ad vnum sestar tritici et ad vnum auene etc.

Item quicquid d^ni^ super ipsos imposuerunt semper omnia soluerunt.

(Egykorú feljegyzés, a bajor kir. álladalmi levéltárban. Brandenburgica. CCV. csomag.)

376.

Év nélkül.

Pertinencia Monosthor.

Blazest.

Budsa Péter	fl. I½.
Barcza mihal	fl. I½.
Mikwl janus	d. XXXV.

Remethe.

Othe andra	fl. I. d. LXXV.
Baycha-balynth	fl. II. d. XXV.
Bene péter	fl. I. d. XXV.
Gere	d. XXXV.
Both	fl. I. d. XXV.
Rozthe georg	— d. L.

Thoplicza.

Baly	— — —
Agoston	fl. I. d. XXV.
Steffan	fl. II. d. XXV.
Mathias	d. LXXV.
Mikwl	fl. I.
gergel	fl. I. d. XXV.
frenc	fl. I½.

BIBLIOTECA CENTRALĂ REGIONALĂ TIMIȘOARA Nr. de inv.

Thopla.

gywrka fl. I. d. XXV.
philip fl. II.
reczegonia fl. I¹/₂.
Iwa fl. I.
thop... michael d. LXXV.
dragola thoma fl. I. d. XX.
mathiassonie fl. I.
paul d. XXV.
Balas fl. I.

Ohaba.

danchwl fl. I.
Sandor d. L.
Laczko woya fl. III.
Lazaronia d. L.
Janko fl. I. d. XXV.
Mirchonie fl. I.
gawrilla fl. I¹/₂.

Zohodol.

Farkas fl. I.
Zemere fl. II.
Marisestÿ fl. II¹/₂.

Prodinesth.

paulisestÿ fl. I¹/₂.
Iwa fl. I¹/₂ d. XXV.
groze Jana fl. I.¹/₂
bogdan d. L.

Thehomeresth.

Boÿth mikola fl. III¹/₂.
laczko d. L.
Mika fl. j.

Dobesth.

Miche fl. I¹/₂.
Ambrus fl. I.
braicz fl. I.
Horgothestÿ fl. III.
Stepanesthÿ fl. I. d. XXV.
Mika fl. I. d. XXV.
Iwan fl. I.
Lwpsestÿ fl. I¹/₂. d. XXV.
Iwban Ztepan fl. I.

Othmaresth.

Katha Janus fl. I.
Braiza fl. I.
Mark francz fl. III.
Milesty fl. III¹/₂.
peika fl. I.

Zernesty.

Zthanchwl d. L.
farkas fl. I. d. XXV.
grÿa Iwan fl. I¹/₂.
fawr fl. I. d. XXV.
dona d. XXV.

Wÿzes.

fethul fl. I¹/₂.
Lwkach fl. I¹/₂.
Iche mihal fl. I.
Illyes fl. I.
thoma petr d. LXXV.
Marko fl. I.
Marthestÿ fl. I¹/₂
Mihal d. LXXV.
Mikolestÿ fl. III.
tripsesty fl. I. d. XXX.
Steya fl. I.
Roman Janus fl. I. d. XXV.
beya Zthankul fl. I.

Paduran.

Rathich Iwan fl. II¹/₂.
trippa fl. I.
Wynche fl. I.
Mila Janus fl. II.

Zylaÿ peter fl. I. d. XXV.
gywrgisor fl. $I^1/_2$.
Mathias d. L.
Rayo Janus fl. I.
Michael d. L.
Monosthor opidum fl. XXV.

Pertinencia Swgdÿa.

Pomosthen.

Illye míklos fl. $I^1/_2$.
Zthanchwl d. LX.
Lucach fl. I.
Anthal fl. $II^1/_2$.
farkas fl. $I^1/_2$.

Lewkesesth.

thomas Jowa fl. $I^1/_2$.
Andras fl. $I^1/_2$.
Wladestÿ fl. $I^1/_2$.
Zthanik fl. I. d. XXV.
Mihaila fl. I.
lukachone fl. II.
Roman fÿaÿ fl. $I^1/_2$.
farkas meze fl. $I^1/_2$.
Swsman fl. I. d. XXV.

Swgdÿa.

Monçhwl fl. I. d. XXV.
Lwpeÿ d. LXXV.
Hanza Mikola fl. I.
Daÿol fl. I.
ÿowa gywrg fl. I.
wlsan fl. I.
bona Jankwl d. LXXV.
Laczkonie d. XXV.
petrasko d. XXV.

Radesth.

godan steppan fl. I. d. XXV.
Zthayon fl. II.

Ztrinka.

Jana fl. $I^1/_2$.
gywrka Iwan fl. I. d. XXV.
Jacobesthÿ fl. II.
palka fl. I. d. XXV.
gawrill d. LXXV.
Kozma fl. I. d. XV.
Steppan d. L.
philep d. LXX.

Thalmadÿa.

Lwpe fl. I.
Jwche d. LX.
brana Luca cum fratribus fl. $I^1/_2$.
Imreh d. XXV.
Iwan d. XXV.

Gyerchinik.

Ban mihal fl. II.
gywrka fl. II.
Zthanislaw fl. II.
Danchwl fl. I.
hawsestÿ. fl. $I^1/_2$. d. XXV.
Janchol bontha fl. I.
Jowa fl. I. d. XXV.

Gyerczinik alter.

Illias fl. I. d. XXV.
fawr fl. II.
gawra fl. I. d. XXV.
Swsman mihwl fl. II.

Othe.

fodor peter fl. I.
thoma fl. II.

Pertinencia Bozor.

Zigeth.

Bezgywrg fl. I. d. XXV.
Jowan pothar fl. I. d. XXV.

Krissan petr d. LXX.
Kaleman d. XXX.
Marthÿn fl. I.

Kaparllo.

Zthanchwl fl. I½.
Andras fl. I½.
Lwppa fl. I. d. XX.
Steppan fl. I.
fabian fl. I.
Martin d. L.

Zederies.

gywrko Zele fl. II. d. XXV.
Zele Jacab fl. Ij. d. XXV.
Istwanazza fl. I.
Mihoka d. LX.

Boya.

Andras Wÿsko fl. II. d. XXV.
Mathias fl. II.
Steppan daÿa fl. II½.

Vngor Buckhowecz.

Vngor Janus fl. I½.
thomas fl. I. d. XXV.

Bukhowecz alter.

Magyar laczko fl. I.
Magyar ferencz cum fratribus fl. III.
Zthanaza d. L.
peter brates d. L.
peÿka d. LX.
Michal d. XX.

Kÿthest.

peter et Iwan fl. I½.
thoma d. LX.

Dragoyesth.

Mihal fl. I. d. XXV.
Steppan Zek fl. II.
petrus Zek fl. I. d. XXV.
fawr fl. I.

Bothinesth.

tripsa mihalasa fl. I½.
petrus tripsa fl. I. d. XXV.
Mihal Gragws fl. I½.

Zaraz.

Breka mihal fl. I½.
Andras fl. I½.
Jowa mihal fl. I½ d. XXV.

Lewdia.

fethwl fl. I½.
Bog peter d. LX.

In *Herczest* fl. I.

Pogonesth.

Simon gywrg fl. I½.
Simon Janus fl. I½.
Miklo d. L.

Berna.

farra fl. II.
Breczke miklos fl. I½. d. XXV.

Peperig.

tripsa Steppan fl. III½.
kelchestÿ fl. Ij. d. XXV.
therne mihal fl. I. d. XXV.

Monygrowdia.

Miklonestÿ fl. I. d. XXV.
Lukach fl. I.
marko gywra fl. I½.
thoblestÿ fl. I½.

Dragoyesth.

Daiestÿ fl. $I^1/_2$. d. XXV.
Both yankol fl. I. d. XXV.
Both petr fl. I.
Both Steppan fl. I. d. XXV.

Drinowa.

therewk Janus fl. $I^1/_2$.
therek Steppan fl. II.
Domestÿ fl. II.
Dolo gywrg d. LXV.

Zarazel.

Zthoyka demeter fl. $I^1/_2$.

Bozor oppidum
fl. XXV.

(Eredeti feljegyzés a XVI. század elejéről, a bajor kir. álladalmi levéltárban. Acta Brandenburgica CCIV. Nürnbergi csomag.)

377.

Év nélkül.

Castellum Morsÿna:

Execucio facta est in festo Circumcisionis d^{ni}: vicinis et commetaneis ibidem existentibus Nobilibus Johanne Bekes, Stephano similiter Bekes de Endred, Ludovico Drakwlya de Senthesd, Michaele Nagh de Rogosan Johanne Zorbol de Zoran.

Castellum Monosthor:

Execucio facta est in octava festi St. Stephani prothomartiris presentibus ibidem dictis Johanne et Stephano Bekes de dicta Endred, Michaele Wza de Wzesth Petro Cherbycha de Thewÿs. Michaele de ladan.

Super Castrum Sydówar:

Execucio facta est in octava festi St. Johannis Ew^{te} vicinis et commetaneis ibidem existentibus Nobilibus Georgio Gwllya de Krywyna, petro lado de Zlathina Michaele similiter Gwllya de dicta Krywyna, altero Michaele ladislao et Nicolao de Thwrssok.

Castellum Lugas:

Execucio facta est eodem die vicinis et commetaneis, ibidem existen. Nobilibus Andrea Sthanyssa de Waragÿa Georgio doma de eadem Mathia de Zekes Johanne Zerebenchÿ de eadem Lugas, Stephano de Ewthalom Paulo Zeny de dicta Lugas.

Castrum Lippa:

Execucio facta est in festo Epiphaniarum domini presentibus ibidem Nobilibus petro pathochy de Kwrowgd Johanne Nagh de Chewsevfalwa, Castellanus Egregiorum Johannis ac Georgy Petthew de Gerse et francisci fily eiusdem Johannis per eos in Castello Zewdy constituto, Michaele de Bak Judexnobilium Comitatus Orodiensis Soris (?) Gaspar altero Gaspar Bewÿ de eadem Bak.

Super totali possessione Palewlesse ad dictum Castrum Solymos spectante — stb.

(Kivonat a bajor kir. álladalmi levéltárból. Brandenburgica. CCVI. csomag.)

378.

Év nélkül.

Ego petrus More de Gyepes, familiaris Illustris domine Beatricis de Frangepanibus Illustris condam domini Johannis Corvini Lypthouie ducis, ac Regnorum dalmacie Croacie et Sclauonie Bani Relicte, Memorie commendo. Quod quia eadem domina mea graciosa, Castrum suum Hwnyad Simulcum Castellis Haczak Monosthor et Morsyna vocatis ad dictum Castrum Hwnyad pertinentibus, Ex sua speciali Gracia et beniuolencia Michi et manibus meis titulo officÿ, quo ad mediam partem dedit et assignauit, et quamuis certe litere obligatorie ipsius domini Johannis Coruini ducis etc. racione certorum debitorum per eundem michi solui debencium ac me habeantur, Tamen nollens ego vt ipsa domina mea graciosa exinde In me tempore Conseruacionis dictorum Castri et Castellorum aliquod suspicium habeat, et ambiguitatem Ipsi domine mee graciose fide christiana, honoreque et humanitate meis mediantibus, et serie presencim me promitto atque obligor, vt dum et quandocunque Ipsa domina mea graciosa nec non Illustr. puella Elizabeth filia eiusdem prefatum Castrum Hwnyad, Simulcum Castellis prenominatis a me rehabere et aufferre voluerint, Non obstantibus prescriptis literis condam domini ducis obligatorÿs, omnique dolo et fraude ac difficultate post(posito) Quoad partem meam, libere et pacifice ac

sine omni p..... remittere et resignare eisdem tenear, et sim obligatus, harum mearum vigore et testimonio Literarum mediante.

(Eredetije a bajor kir. levéltárban. Acta Brandenburgica. CCV. csomag.)

379.

1518.

Exitus Castri Hwnyad.

(Kivonatilag.)

Eodem tempore (t. i. feria sexta post festum S. Anne) adducti per me d^uo^ gra^mo^ Budam Aurum de Ikes p. I^c^ faciendo cum lucro fl. I^c^ XX. d. 80.

Johannes Bekes suum Annum 1514. complevit in festo Sancte Katherine virginis eodem Anno cui pro complecione Sallarÿ sui solui fl. XXX.

Eidem Johanni Bekes ad Annum 1518. pro suo Sallario vnacum (Pou...?) Coquine eidem deputato ad integram solucionem dedi fl. II^c^ XX.

Annus meus Andree Castellani in Anno 1514. inceptus fuit, feria Secunda post Trinitatis, qua fuit feria Secunda ante Vrbani pape, fuit autem Racio posito tempore prouisoris Johannis Bekes Mecum Eodem Anno prefato circa festum Katherine, remansit autem debitor d^nus^ gr^mus^ ad seruicia mea deseruita a feria Secunda predicta vsque Katherine virginis.... stb.

Eodem Anno (1518.) Johannes Bekes exmandato d^ni^ gr^mi^ fuit ad Bachiam in generalem congregacionem Regni ad ipsum d^num^ gr^um^ cui pro pecunÿs mensalibus dedi fl. XXXX.

Eodem tempore Johannes Bekes Bachie Kenesis qui cum eodem fuerunt Bachie dedit vt nostri Racionem computauit fl. XXXX. IIII.

Exitus Anno eodem super diversas Castri expensas.

Circa festum Epiphaniarum d^ni^ misso Johanne Cheh et Michaele Wza ad Themesium exparte dampnorum illatorum per Cruciatos vt satisfactio fiat expensis eisdem dati: fl. II.

Eodem tempore (dominica post Michaelem) Johanne Cheh misso ad Morzyna exparte Magnifici Pauli Bolanÿ prothonotarÿ expen. fl. I.

Kenesÿs et Hwzaronibus pertinen. Morzyna et Monosthor, qui Bachiam ad dnum graum venerunt pro vexillis eisdem Sindonem emit dnus Johannes fl. V.

Circa festum Sti Thome Apostoli domino Waywode Transilvanie veniendo ad Morzyna Ibidem ad Eum expositi fl. VII.

Procuratori dni grmi Michaeli Wza pertinen. Morzyna et Monosthor ad servicia sua Anni 1518. dati per Johannem Bekes fl. XII. quos eidem solvi.

Ex commissione dni Waywode Transilvanie fuerunt facte excubie per plures dies ob metum Turcarum ne Regnum invaderent, dati excubatoribus fl. III.

(A müncheni bajor kir. levéltárban. Acta Brandenburgica. CCIV. Nürnbergi csomag.)

BIBLIOTECA CENTRALĂ REGIONALĂ
TIMIŞOARA
Nr. de inv.

LUGOSI FŐGYM.
TANÁRI KÖNYVTÁR